

# POETARVM DELECTVS,

*In qua habentur CARMINA excerpta  
ex*

M. VALER. MARTIALE,  
C. VALER. CATULLO,  
ALB. TIBULLO



SEXT. AVREL. PROPERTIO,

*Ad usum*

*ADOLESCENTVM SEMINARII NEAPOLITANI*

Brevibus adnotationibus illustrata,

*Cum diruite rerum & verborum indice.*

Apposta est initio DISSERTATIO de vera  
Epigrammatum Pulcritudine



N E A P O L I M D C C X X X X V I I .

Apud Novellum de Bonis Typograph. Archiep.

*SVPERIORVM PERMISSV*



# AD SEMINARII ARCHIEP. NEAP.

## A DOLESCENTES.

 *LATO* in republica , quam recti undequaque tenacem animo finixerat , lege cavendum edixit , ut exilio poetae multarentur : improvidae enim , & incaute juventuti eorum lectionem fraudi , & exitio esse pexerat ; & jam ejus tempestate a priuinaeo instituto Dei laudes numeris adstrictas prosequendi , ut firmius hominum memoriae adhaererent , & suaviori efficacitate in Det cultum ii propellerentur , deflexisse conspiciebat , non poetices ingenio , sed vitio hominum , elegantibus modis foedis cupiditatibus , aut impotentibus odiis servire jussis . Attamen memor elegantis , & vividae dictonis , quae tum teniter numero sequente fluit , tum aliquando velut amnis fervet , quibus dotibus , dum blande demulcet aures , animum magna vi subit , & quovis fletere potest , non truci adducto supercilie , eos ejiciendos , sed blando vultu , & corollarum muneribus auctos deducendos volebat . Quum de poetis hujusmodi ferret Platio censuram , quid de illis quovis tempore sensisse dicendum est eos , quorum fidei tenella adolescentium aetas , ut ad morum sanctitatem informaretur credita est ? Iis periculum vel de longinquo metuendum amoliri prorsus certum erat ; at si quos fructus ex poetarum lectione colligere esset , iis non fraudare adolescentes sibi commissos , sui officii esse ducebant ; igitur eam rei expedienda sibi rationem ineundam censuerunt , ut neque omnibus poetarum libris promiscue , & nullo habito delectu ad scholas suas appulsus interdiceretur : neque rursus omnibus per eas impune discurrendi venia daretur , ac facultas . Quod ad institutum vero nostrum attinet , accedit alia & potissima ratio , ut candem teneamus viam . Quum enim

enim Adolescentes Optimi vos post artium , & scientiarum emensa stadia ad populum pro concidine verba facturi sitis de maximis , & divinis rebus , sublimissimum , & magnificum eloquii genus jure suo sibi vendicantibus ; item quum alliciendi a vobis animi sint , ad ea , a quibus pravae cupiditates animo vel naturae vitio ingenitae , vel nostra culpa , & desidia succrescentes abhorrent , vivido limatoque dicendi genere pollatis necesse est . Nobis igitur summa ope admittendum existimavimus , ut ea vobis ubertim suppeditaremus subsidia , quibus stilum meliore qua possitis , ratione perpolaretis , quod cumulate nullus , nisi aliquantulum is cum poetis consuetudinem habuerit , & grata eorum carpserit thyma adsequi potest , ut eruditii norunt omnes . Enimvero ni ita fiat , difficile negotio quis dicendi genus sibi comparaverit , in quo venustae voces , & modi fluant , ac profundo ore , ubi res postulet , devolvantur verba , ita ut audiendum animos vivide subeant , ac , ut ille dixit , torreant . Poetarum igitur delectum habere , & vobis tradere statuimus . Cum vero ad rem ventum est , maxime arduum sensimus negotium , ita ut proptermodum a rei prosecutione deterriti simus . Poetarum si quidem libri , qui puriore , & magis nativa elegantia insignes sunt , & nobiles , coeno volvuntur ac foeda spurcitiarum illuvie ita inquinantur , ut gravi feridoque odore mentem hebetent , & conturbent . Perlustrandae tñitur fuerunt illorum lucubrations , qui ad aliquem delectum illorum habendum suam contulerant operam : at eorum nulli pro voto nostro , & e re adolescentium rem cessisse animadvertisimus : alii siquidem deliciorum philologorum genio obsecuti , qui misere conqueruntur , si vel apicem , aut si quid apice minus est e veterum libris excidere patiaris , adeo levi brachio , & timide rem gesserunt , ut operam luserint , & que aequa ferme ac resecata , ableganda item fuissent ; reliquerint carmina poetarum , quorum lutulentos latices , ut ita dicam , percolare professi sunt . Alii cognita in alia omnia eentes pessime

sime mutilarunt libros , non artus solum integros prae-  
dentes , sed articulos saepius intercedentes , ita ut senten-  
tia corrumperetur , & sibi non constaret ; quinimo pro-  
tervis adolescentibus , interdum & inoautis occasio facta  
sit , ut curiositate exciti sententiam adsequendi , impurissi-  
mis fontibus labia admoverint , certum in discrimen-  
se conscientes , pestiferos latices bauriendi . Occurrerunt  
sane huic malo & Auctor Delectus epigrammatum Pa-  
risius olim editi , in antiquorum , neotericorumque poeta-  
rum carminibus feligendis , & eruditus Seminarii nostri  
Professor in triumvirorum , ut dicunt , latinitatis castis  
carminibus edendis , & subjectis politissimi adnotatiuncu-  
lis illustrandis . Attamen prior cum exemplaria ad amissim  
verae , solidae , & absolutissimae pulcritudinis poeticæ exacta  
juventuti ad imitandum proponere decrevisset , plura-  
omisit , quæ licet sane insulsa , & invenusta , si su-  
periora spectentur , dicas , occurrebant tamen in iis nativæ la-  
tinæ linguae phrasæ , quibus adolescentes fraudare piaculum  
visum est ; neque eorum votis poeticarum locutionum copiae  
inhiantum , ea censuræ severitate fiebat satis . Professor na-  
ster vero quamvis laboris sui fructum non mediocrem col-  
legisset & ingentem laudem , quod Cl. Jacobus Faccioliatus  
litteris ad Cl. Hieronymum Benvenutum datis luculenter  
testatus est , foedis , obscoenis , & mentis vigorem emol-  
lientibus , & frangentibus penitus resecatis ; attamen quod  
non ad Seminarii usum opus lucubrasset , non usque adeo  
id emunxit , ut vel religiosissimo probaretur . Novum igi-  
tur curandum fuit opus , novusque delectus instituendus ,  
in quo utrique incommodo obviam iretur , id porissimum  
ob oculos habendo , ut opusculum in vestibulo Domus Domi-  
ni progenitum , institutis ejus favens , & serviens prodiret .  
Illijs primum damus tomum , in quo prostant & Dis-  
sertatio de vera pulcritudine Epigrammatum , quæ De-  
lectui , de quo antea , praefixa visitur , & Martialis Epi-  
grammata notulis illustrata , quæ in eo proposita-  
sunt : item Professoris nostri Opusculum , at secundis curis pra-  
be eventilatum , & cribratum , ita ut vel puerulis , quibus

maximam quis habere, velit reverentiam, terendum, tuto-  
dare possit; propediem cum bono Deo iisdem vestigiis  
insistentes, ut alii tomis sequantur, curatur. Igitur  
Adol. Opt. quorum commodis inhibamus, filium ductum est (ut  
est in Adagiis) opus est. & acu. Quod facultatis nostrae  
fuit, praestitimus; nam adjiciatis non intermissam exercita-  
tionem necessum est. De ea siquidem usurpari potest,  
quod de animi impetu, & ardore mentis ad gloriam di-  
xit Cicero pro M. Caelio: Quae studia in adolescen-  
tia tamquam in herbis significant, quae virtutis ma-  
turitas, & quantae fruges industriae sint futurae. Ad  
eam vosmet accendite, & alacriter ad imitandum exempla,  
quae hic prostant, reserte. Vestris insuper exercita-  
tionibus explicandis, quo expedite stylus excurrat, ejus-  
que modicus vobis sit tractus, certorum locorum, ad quos  
Epigrammata revocata sunt, indicem addi curavimus, ad  
imitationis facultatem, & copiam, quena aliis pone se-  
quitur difficiliores voces, loquendi modos poeticos, &  
ad illustrandam mythologiam facientia, complectens. Qua  
in collectione quantum opera pretium fecerimus, utilitas  
tem illius experti intelligetis. Tandem nequid cultura  
artis defit in quod potissimum adolescentium cura inten-  
dere debet, Catullianorum carminum rationis brevem ex-  
planationem, at accuratam subjici curavimus. Hisce frui-  
mini: utque animus vester, quem excolare summa ope eni-  
timur, magno senore fructus reddat, pro virili contendite.  
Nos quae futura exoptamus ex praeteritis aestimantes, con-  
fidimus, rem opinione melius processuram: Vosque vota no-  
stra victuros.

# VETUS INTERPRETIS AD LECTOREM. PRÆFATIO.

**C**um minimum septenas horas quotidie in libris evolutandis insunam; fieri haud potest quin ingenium litteris intentum sileat agatque quietem: eapropter ut longiores horas, postquam senioribus curis & laboribus affatim satisfactum est, fallam, ad amoeniores musas & poeticas oblectationes operam advertere sollenne mihi est.

Me autem lexitante *Catallianos* lepores quasi Atticos, & *Tibulli* nativam elegantiam venustatemque, & omnigenæ eruditioñis plenam *Propertii* majestatem in Grammaticos mecum ipse plerumque exarsi, qui pueris instituendis vel quorundam poetarum sequioris memorias scribendi effusam facultatem, vel scurilem ineptamque mordacitatem patienter oggerunt & inculcant, trium poetarum nostrorum ne nomina quidem eos edotent, cum eorundem lectionis diurnæ nocturnæque desiderium acuendum sit & incendendum.

Cum autem Præceptorum auribus pene importunus obfrepem, ut pueros horum Triumvirorum explanatione exercerent, responsum est, se etiam Augustæ ætatis auctorum elegantiam persentiscere atque obolere, sed ab *Catullo*, *Tibullo* & *Propertio* explicandis tum se præpeditos esse, ne adolescentium mores ingenui, & mens candida liberiori poesi obfuscaretur; cum quia, cum trium poetarum carmina fabellis ex Latio, Græcia Asiaque petitis undique circumfluant, in eorum sententia percipienda nisi ex maximis commentariis pauca selecta illustrentur, (quod etiam eruditioribus philologis accideret), saepè sibi caput scalpendum atque animo hærendum. Quare ut poetæ nostri libertate decembri perpurgarentur, & facilibus brevibusque annotationibus non ad toedium usque protractis, ut ad manus haberi possint, adornarentur, me expostularunt.

Porro visum est duplarem hanc difficultatem non esse minimi ducendam, quare, ut morum integrati adolescentium consultum irem, in animum induxi, ut ex selectis horum Triumvirorum carminibus, quæ nullam labem juvenilibus animis inferrent, (verum o mores! multi instar *xvibagw* eis nra *xvgiaw* irruunt, qua facile obvolvuntur, & cuius gustu miter-

time tenentur , ) in hunc libellum ea aggererem , quæ sane casta forent & tot carmina hic invenire est , quibus adolescentium indoles imbus , atque ad veram & veluti masculinam poesim conformari posse videatur .

Commentariis autem per brevibus adornare Poetas institui , collatis non pentioribus virorum clarissimorum eluctationibus , qui non tam ut luce auctores inspergant toti sunt , quam ut nomini suo & laboribus litterariis famam parent : quare poetæ optimi , qui ad voluptatem carmina concinnarunt , ad eam interdum molem increscunt , ut vix eorum codicem annotationibus æternis mactatum manus capiant , & si non statim obvia cususdam versus sententia inspectanda sit , prius volumen commentariorum perlectitandum est : & poesis , quæ ad voluptatem & otium comparata est , satietatem creat & laborem . Quare nec omnigenam eruditionem Morellii , Passeratii , Mureti , Josephi Scaligeri , Simonis Abbesii , Volfi , & Vulpii , & in primis Jani Broukusii qui ad Tibullum & Propertium expoliendum omnium maxima apparatione acceſſit , corrogare adlaboratum mihi est : satis operæ me fecisse censui nostrorum poetarum sententiam clara luce adsperrere , facillimisque commentatiunculis ex simplici Grammaticorum faragine corrasis honestare , non vero politioribus & exoticis animadversionibus onerare : præsertim cum hic libellus fere quoad medietatem mancus sit , nec ad captandam eruditionis lauream , sed ut adolescentium captui obviam iretur , & corundem solum manibus attereretur , coarctatus & confartus sit . In poetis enim vel ad imitationem vel ad voluptatem evolvendis , eorum elegantia necesse est ut primas agat emicetque tanquam in triumpho : commentatio vero philologica sit pedissequa , ne nimium cothurnata & illustris ad se dumtaxat legentium oculos avertat .

Nemo autem mihi molestus sit , si dimidiatum trium poetarum opus & veluti accusum ad lucis usuram protulerim , & quæ fortasse erant carmina nitidiora & selectiora occupaverim , quippe quæ cecinere triumviri cœstro feliciori , & musis jucundioribus agitantibus ; enim vero abunde responsum est , me moribus adolescentium provisum ivisse , quorum tenerimus animus & indoles est tanquam Horatiana testa , in quam quicquid semel infuderis , æternum oluetit necessum est . Præterea exemplis illustrioris notæ virorum usus sum , qui id genus poetarum veluti diminutiones ad tyronum usum concin-

narunt : opponam auctoritatem Hermanni Bulshii, qui *Plautinas decimationes* cum scholiis ad scholasticorum profectum adornavit : quem præcessit Rob. Stephanus, qui festivum admodum delectum edidit sententiarum & proverbiorum ex eodem Plauto, Terentio, Virgilio, Ovidio, Horatio, Juvenale, Persio &c. extractum. Id ipsum quod Stephanus, ex solo Plauto & Terentio collegit Georgius Fabricius. Huc etiam spectat *Sapientia Romanae scænae*, cum notis nuper edita a V.C. Christoph. Augusto Heumanno Ilzenaci 1716. Præterea Terentii Andria sæpe ad typhonum gratiam seorsim excusa est, quam & philologica expositione illustravit Vvillelmus Lymbergerius : Idem. Gallica interpretatione, & Latina commentatione singularium phrasium perfecit Carolus Stephanus. Denique norunt omnes *Casta carmina* Catulli a Raphaele Eglino Ico-  
nio selecta Francof. 1606.

Hæc autem vestigia & viros doctos secuto mihi minime verendum est, ut tenuem laborem in feligendis ex hoc triumviratu poetarum castis carminibus universi æqui bonique faciant, atque a quibusdam nequaquam succenseatur, quod meliora prefferim, & deformè quid disceptraque trium poetarum membra compegerim, frustaque adornare fategerim : cum mihi caveam, idem in aliorum poetarum operibus ab illusterrimi noniniis hominibus factitatum esse, hoc dumtaxat sibi proponentibus, ut de litteratis adolescentium studiis optime mererentur, non ut perfectum opus ac limatum exantlarent.

Vnicuique ex nostris Poetis præmittendam duxi per brevem illorum patriæ, vitæ, ætatis & operum notitiam ex Joannis Fabritii Bibliotheca Latina, viri de utraque lingua & re philologica omnium bene merentissimi allatam, quippe qui & utiliora digessit, & ex sexcentis auctoribus, quæ sibi certiora visa sunt de Catullo, Tibullo & Propertio in medium attulit. Ita adolescentes una cum selectissima poesi etiam trium poetarum principum subactam, satis brevem licet historiam, delibabunt.

Initio singulorum carminum & elegiarum *argumentum* nunc primum appositum est, quo per compendium totius carminis materies & in antecessum ab lectoribus percipiatur; quod adeq' utile visum est, ut ex ipso argumento sæpe adolescentes sine commentationum adjumento poesi mentem assequi valeant, & purum poetice jucunditatis fontem uno veluti hau-stu absorbere sibi videantur.

Variarum lectionum arditatem eo dumtaxat usurpavi ,  
si sententia auctorum nostrorum nitidior emicaret : quando enim tyronibus opus inscribitur , & quæ eorum solum intersunt , & quæ eisdem coaptantur apparanda sunt . Mihi autem vix semel aut iterum copia sumta est vel unam vocem in texu minime Christianam pietatem præferentem immitandi , vel particulam apponendi , si carmen ob eandem rationem paucis versibus diminutum adscribere necessitas adegerit , attamen poetarum fides , sententia verbaque nitide constant : ita ut & carmen integerrimum & apprime perfectum elucescat .

Ceterum optarem ut bonæ frugi adolescentes non solum sepius perlegerent Triumvirorum carmina , verum & mentis mandarent secumque versarent , ut ad eosundem instar quoad fieri possit suas cogitationes exprimant ; & nativam Græcorum suavitatem , qua undique poetæ nostri exundant , & quam antea Ennius vetustus pater , nostrique deinceps Triumviri sientes pæne bibisse viisi sunt , imitantur , sed nequaquam ad servilem modum ; & interdum per me liceat ut honeste etiam suffurentur . Atque præceptores obstrepant & inculcent tyronibus , si in epigrammati & endecasyllabis lepores Græcos priscamque venustatem *Carnilli* pone sequantur , & *Tibulli* miram suavitatem tersamque elegantiam , atque *Propertii* lyricam plane majestatem mentemque in elegiis usurpent . Poeticæ jucunditatis fontes gustantes , denatam duobus post sæculis Augustei temporis poesin ad Sannazarii , Pontani , Vidæ , Fraestorii aliorumque novorum poetarum exemplar facile excitauros .

## Errata

- Pag. 47. Vers. 16. Contingerit  
 64. v. 8. dysticha  
 73. v. 2. timerit  
 80. Ep. 40. v. 1. negat  
 114. v. 5. Cirei  
 Ibid. v. 9. Minerva  
 115. v. 5. possit  
 124. v. 4. noscat  
 143. v. 2. Cædiliane  
 152. XXVII. v. trapetis  
 165. v. 11. falsum  
 166. v. 3. Quod cum  
 167. v. 11. ex tua libidine  
 189. v. 13. sera  
 191. v. 7. Pineæ  
 192. v. 22. fluenti sono  
 193. v. 6. retines  
 199. v. 11. Multique  
 205. v. 23. aut sit  
 232. v. ult. Landat  
 244. v. 1. nec*t*i  
 Ibid. v. 3. valides  
 251. v. 6. Cimmerium  
 252. v. 4. vallo  
 267. v. 12. Prolemaæ  
 274. in hot. n. 3. rotantibus  
 277. v. 14. semita: facta  
 288. El. 8. v. 2. & 294. v. 6.  
     chorus.  
 291. v. 6. conjungis  
 298. v. 2. Parnassi  
 314. in hot. n. 23. Julius  
 315. v. 21. An ccessis  
 316. v. 7. Felicerque Jovis  
     stella.  
 Ibid. v. 11. Dicam,  
 323. in hot. n. 7. lavium  
 341. v. 9. Quirinis

## Corrige

- contigerit  
 disticha  
 timeris  
 negas  
 circi  
 Minerva  
 possit  
 poscat  
 Cæciliæ  
 trapetis  
 falsum  
 Quod tu cum  
 ex tua pons libidine  
 fera  
 Pineæ  
 fluentsono  
 ratinens  
 Multi  
 aut sit  
 Ludat  
 fletti  
 validos  
 Cimmerian  
 vallo  
 Prolemaæ  
 rorantibus  
 semita facta  
 torus  
 conjungis  
 Parnass  
 Julius  
 Arcessis  
 Felicesque Jovis  
 stellas.  
 Dicam.  
 Larium  
 Quirini

Pag.

## Errata

Pag. 344. in noe.n.9. Rhoda-  
mantus.

pag.349. v.37. curu-li struma

pag.350. v.21. A-tys celeri

ibid.v.34. palustrem

ibid.v.39. velo ponte

## Corrigē

Rhadamanthus 2

curu-li stru-ma

A-tys - celeri

palu-strem

velo - ponte .

Pag.184. in not. num.17. omissum illud ex Scalig. hic. *videor  
venire δοκω ελθειν* : non enim solum dicitur *videor hoc  
dixisse* , idest puto me hoc dixisse ; sed etiam *videor  
illum hoc dixisse* . Ita Terent. in Prol. Phormionis :  
*Cervam videri fugere* ; & *settari caves* . de insanienc  
loquens.



# DISSERTATIO

De vera pulchritudine & adumbrata, in qua ex certis principiis, rejectionis ac selectionis Epigrammatum causæ redduntur.

## I. Cur in dijudicanda pulchritudine tam variant hominum sententiaz,

### Pulchri descriptio & fons.

**T**antæ opinionum varietatis qua in dijudicanda scriptorum elegantia distrahi videmus etiam eruditos, ea mihi videtur esse causa, quod nulli fere rationem consulunt, & ex veris certisque principiis res expendunt; sed omnes temere conceptam opinionem, ac impressum sibi sine animadversione ac judicio sensum in judicando sequuntur. Sic factum, ut de formanda & accurate cognoscenda, veræ pulchritudinis idea, ex qua deinde cætera metirentur, pauci admodum laborarint, sed ut quidque animum nescio qua voluptate mulcebat, statim id pulchrum esse pronuntiarint. Et tamen ea regula nihil fallacius aut incertius, falsa enim & ementita pulchritudo imbutas pravis opinioribus mentes voluptate quadam afficit, easdemque vera & solida saepe non afficit. Itaque nil tam deformis est, quod non alicui placeat; nihil tam undique pulchrum, quod non alicui displiceat. Sic ad ridicula cantica videmus exultare rusticos, & ad ineptos histrionum jacos tota nonnunquam theatra conclamant. Sic contra non desunt quos Virgilijus ac Tarentius, quibus nil habent litteræ eleganter, aut nil tamen, aut parum delectet; Tanta in contuetudine, & anticipatis opinionibus vis est, ad delectationem vel afferendam, vel amovendam. Ergo ut ab illa inconstanti opinionum turba recedatur, ad rationis lumen, quod unum certum ac simplex est, accedendum est, ac illius ope vera illa ac sincera pulchritudinis species investiganda, qua quicquid impressum est vere pulchrum & elegans est, a qua contra quicquid abhorret deforme & inelegans merito dicendum.

Ea porro recta nos ad naturam deducet, & id generative pulchrum esse decernet, quod tum ipsius rei naturæ, tum no-

## \* D I S S E R T A T I O .

nostræ etiam conveniat . Quod enim , verbi gratia , corpus aliquod aliqua parte vel redundans vel diminutum deforme habetur , inde est quod abhorreat a natura , quæ integratem partium suarum depolcit , superfluitatem aspernatur . Omnia fere quæ deformia censentur , eadem ratio : semperque in illis animadvertere est vitium aliquod a natura recte constituta disfidens , Nec tamen rem , ut pulchra dicatur , sive quamque naturæ congruere satis est , nisi etiam nostræ conveniat . Hæc enim animo constans & corpore sensibus praedito , utraque parte certas propensiones , & offensiones habet , quibus vel alliciatur , vel abalienetur : Itaque visus certis coloribus jucundius movetur , auditus certo sonorum genere ducitur ; animam etiam quædam delectant , quædam offendunt , pro ut quæque affectibus ejus vel consenserint vel repugnarint . Nec tamen quælibet hic natura intelligenda est , cum quædam distortæ , depravatae , vitiosæ sint ; sed emendata & beata composta , ex cuius tantum propensionibus de pulchritudine & venustate judicandum .

Hujus autem veræ pulchritudinis ea vis est , ut non fluxa , mutabilis , temporaria sit , sed constans , certa , perpetua , omnibusque seculis præcepte placeat . Qiamvis enim reperiuntur tam pravo ingenio nonnulli ut eam despiciant ; tamen & si pauci sunt , & ratione possunt ad veritatem revocari , cum falsa illa pulchritudo licet tantisper habeat amatores suos , tamen illos non diu retinet , ipsa natura , quæ deliri non potest quoddam ejus sensim fastidium ingenerante . Opinionum enim , ut præclare Cicero , commenta delet dies , naturæ iudicia confirmat .

Hæc si ad orationem transferri placeat , eam vere pulchram esse dicemus , quæ cum ipsarum rerum naturæ , cum sensuum animique nostri propensionibus convenit ; atque ut si oratione sonus , verba , & sententia spectantur , illorum omnium cum duplice illa natura consensus ad pulchritudinem requiritur , quæ nobis ideo sigillatim explicanda sunt ; ac prius de Soto .

DE

# DISSERTATIO.

## DE SONO.

*Rara ejus venustas in imitatione rerum; frequens  
in suavitate. Naturalis ejus  
mensio in auribus.*

**P**rimam illius naturalis pulchritudinis partem **S**ono locavimus, quem a verbis in eo distinguimus, quod inter verbis spectetur proprietas & significatio*nis egregia*n**; in Sono jucunditas vel asperitas aures vel mulcens, vel offendens, aut quedam quasi rerum imitatio, qua tristitia flebiliter, incitata celeriter, aspera aspere dicuntur; atque haec quidem dum oratio pronuntiatur, frequenter appeter; in scriptis autem, de quibus proprio dicimus, infrequenter: quamquam Virgilius admodum feliciter nonnunquam rerum ipsarum sonum, celeritatem, tarditatem carminis sona adumbravit. Nam illud, verbi gratia cum audis, *procumbit humi bos*; nonne tibi videris corruintis bovis obtutum illum sonum audire? Aut hunc legis versum,

*Quadrupedante patrem sonum quasi angula campum,  
nonne currentium equorum sonitus aures quodammodo verberat?  
Sed hoc, ut dixi, rarum, nec fere ab ullo Poeta quam  
2 Virgilio observatum. Itaque maxima soni ac maxime vulgaris virtus & in deliniendis auribus sita: tenuis quidem pulchritudo; sed tamen naturalis illa, eademque maxime populatis. Vix enim ullus de plebe tam rufis, qui natura docente manca & mutila non aversetur; contra plena, structa, finita non sentiat. Hinc Cicero recte in Oratore. Aures, inquit, vel animus aurium nuntio, naturalem quandam inse continet vocum omnium mensiōnēm, itaque & longiora & breviora judicat, & perfecta ac moderata semper exspectat; mutila sentit quedam & quasi decurrentia, quibus tamen quam debito fraudaretur, offenditur; productiora alia; & quasi immoderatus excurrens, qua magie etiam aspernantur aures; quod cum in plerisque, sum in hoc genere nimium quod est offendit vehementius, quam id quod videtur parum. Nec vero moleitudo pedes novit, nec ullos numeros tenet, nec illud quod offendit, aut cur, aut in quo offendat intelligit: & tamen omnium longitudinum & brevitatum in sonis, sic acutarum gravissimique vocum judicium ipsa natura in auribus nostris collocavit.*

# DISSERTATIO.

Merito exigi a Poetis Soni jucunditatem . Asperitas  
multorum Poetarum, & præcipue Germano-  
rum . Quidam nimis canori .

Hanc igitur etiam soni jucunditatem consecetur necesse est , quisquis naturæ studet congruere ; idque eo justius exigitur a Poetis , quod ipsa poësis nihil aliud est , quam oratio modulata , & ad deliniendas aures certis numeris ac pedibus alligata . Quare meritissimo reprehenduntur , qui senis pedibus verba concludere contenti , auribus omnino servire neglexerunt . Qui in vicio vehementer hærent multi epigrammatum scriptores , ac præcipue qui Anthologiam Græcam latine rediderunt , & Germani Poetæ . Nam illa , v.g. quis ferat ipsorum :

*Ex nihilo , qui qua nihilum prius omnia fecit*

*Et nihilum qui , qua nunc aliquid , facies .*

*It te , qui nihilum ante , quod es nunc , fecit ab illo*

*Quod nihilum & nihilum , nunc quod es hoc facies .*

*Silicet ut si aliquid , scelere & scelus hercule ni , eras nili*

*Et scelere hoc aliquid caro habile efficeret .*

*Quid illo item Epigrammate durius ?*

*Ex tuo enim animo haut potes haut novisse meum illum .*

*Qui suam in hac tua agit dudum anima ipse animam .*

*Ex animo ergo animus , seu noscitur ex mea ita istac*

*Musa animi in musas nota sit aura tui .*

*Aut illo disticho .*

*Perge , nec a veteri te fletat tramise quidquam ,*

*Tu quod es , hoc , quo ad heic vivam ego semper ero .*

Sed ut magnopere viciolum est in versibus aurium voluptatem prouersus negligere , cum versus , uti diximus , ad aures demulcendas fit inventus , sic e diverso non leviter peccant qui auribus immodice serviant , & dummodo iis satisfaciant , nihil admodum de sententia laborant ; hoc studium canoras nobis peperit nugas , & inopes rerum versus ; in quod sæpe numero incident qui assidua Poetarum tractatione , poeticæ elocutionis ac numeri facultatem comparaverunt . Nam illi cum affluant verbis elegantibus , vulgares sententias non indecoro suo oblinitre fere contenti sunt . Hoc in multis Buchanani , Borbonii , Barlei carminibus , & epigrammatiis animadvertere est , quæ lectores quidem minus attentos sæpe fallunt : at repetita & excussa , ob rerum tenuitatem , quoddam sui fastigium relinquent , Quare in hoc quoque vitium sedulo inquisi-

## DISSESTITO.

Vimus, multosque ex ejusmodi sonoris verbis, qui nihil intus haberent, amandavimus.

### Verba quomodo rebus accommodanda.

Nunc de verbis, ac rebus naturæ accommodandis dicendum est, in quo, ut supra dictum est, duplex natura consideranda, vel earum scilicet, de quibus loquimur rerum, vel eorum a quibus audimur vel legimur.

Verborum autem cum rebus consensio in eo posita, ut grandibus grandia, humilia humilibus aptentur. Poscit quidem omne genus orationis simplicitatem; sed ista simplicitas sublimitatem non refugit, nec incitationem, immo non minus vitiosum est alta & gravia tenuiter & demisse, quam demissa & tenuia alte & graviter dicere. Vtique enim modo ab ea disceditur, in qua positam pulchritudinem diximus, cum natura consensione. Ergo nec figuræ, nec ornamenta quævis oratio recipit, nec rursum quævis repudiat; est ubi illa aptæ collocentur, est ubi inepte; totum autem in eo est, ut ubique perfecta sit rerum verborumque concordia.

Porro, quod diligenter animadverti velim, & a paucis omnino observatum est, ut verba rebus attempores, non ipsæ res spectandæ, vel quales in se sunt, vel quales in mente dicentis, sed quales in mente audientium vel legentium oratione informatæ sunt. Sic quia sub initio rudis adhuc supponitur auditor, simplicibus verbis earum, de quibus rerum loqueris, notitiis imbuendus est, quibus postea quidvis possis superstruere. Hinc fit ut de quamlibet atroci facinore dicendum sit, non prius liceat, in illud atrocibus verbis invehi, quam in mente Lectorum ea ipsius species impressa sit, quam vim illam verborum atrocitatemque non respuat. Quo vitio illi premuntur, qui nondum incensis Auditorum animis, & quid velint adhuc nescientibus, ardenter orationem inferunt.

Ita optime Virgilius orditur simplicibus verbis:  
*Arma virumque cano, Troje qui primus ab oris  
Italianam fato profugus, Lavinaque venis  
Littora.*

Optime Homerus ob hoc ipsum ab Horatio laudatus  
*Dic mihi Musa virum capte post tempora Troja  
Qui mores hominum multorum vidi, & urbes.  
At vitiose Statius, & nimis subito lectores in alcum rapit  
his verbis:*

*Fraternas acies , alternaque regna prophanis  
Decertata odiis, fontesque evolvere Thebas  
Pterius menti calor incidit .*

Vitiosius etiam Claudianus nondum præparatis animis tu-  
midos ingerit versus :

*Inferni raptoris equos , afflataque currunt  
Sidera canario , caligantesque profunda  
Junonis thalamos .*

Hoc vero præceptum præcipue teneri debet in epithetis ,  
quæ cum rebus semper male junguntur , si ab illa idea dissideant ,  
quam , impieessam gerit Auditor . Eamobrem vidi qui reprehene-  
derent illud initium Lucani ;

*Bella per Æmathios plusquam civilia campos ,  
Jusque datum sceleri canimus .*

Recte , inquiunt post expositam stragem Pharsalicam hoc  
epitheto , *plusquam civilia* , uteretur , at ut illo Lectorem  
nihil tum tale cogitantem occuparet , præposterum fuit , &  
peccat in Horatianum illud :

*Non sumum ex fulgore , sed ex sumo dare lucem  
Cogitat .*

*Quo pacto verba humano ingenio convenire sportent . Prima  
eius abalienatio a verbis inusitatis unde profecta ;  
huic quatenus obsequendum .*

Verum convenire rebus verba parum est , nisi etiam homi-  
num naturæ conveiant , in qua cerni licet generalem  
quandam offenditionem in verba obsoleta , sordida , impropria ,  
quam quidem malim naturalem , quam opinabilem dicere , licet  
super quadam opinione fundetur . Quamvis enim quod aliud  
vocabulum alio sit usitatus & eleganter meri sit hominum  
arbitrii , tamen inusitatis & impropriis offendit naturale est ,  
ut usitatis propriisque delectari . Quidquid enim contra ratio-  
nem sit , hoc ipso quia carere ratione perspicitur , offendit .  
Jam vero tritis vocabulis relictiis , inusitata conjectari prorsus a  
ratione alienum est . Quanquam huic naturali offenditioni acce-  
dit alia ex opinione profecta . Nam quia illa verba inusitata  
vulgo reprobantur , hinc cum quodam fastidio , & contemptu  
in ipsa mente conjunguntur ; itaut vix pronuntiari possint ,  
quin se continuo simul effterat hic contemptus & fastidii sensus .

Ergo ne in offenditionem illam sive naturalem , sive opinabi-  
lem

# D I S S E R T A T I O .

7

Item incurrat prudens scriptor , usui se se libenter accommodabit ; & quamvis illum instabilem nec diuturnum esse sentiat , malet tamen aliquando placere quam nunquam illud modo caverbit , ne succrescentes identidem , in aulis præsertim Principium & muliercularum circulis locutiones , nec vulgo adhuc receptas , in scriptis usurpet . Harum enim , ut ita loquar , brevior vita , quam ut in opus diuturnum illigari possint , ut omittam in hoc odiosam quamdam affectionem esse , quæ orationi pondus auctoritatemque detrahat .

Est ergo in vocum proprietate & elegantia pulchritudo quædam ac venustas non aspérnanda , sed ea tamen temporaria , & quæ opinionē qua usus constat innixa , mutata opinione dilabatur . Quare aliam querant oportet , qui non unū seculo , sed omnibus scribunt ; eam nimurum quæ nihil habeat opinionis admixtum , qualis illa verborum cum natura consensio , quam deinceps explicaturi sumus .

## I N T E R I O R Q V Ä D A M

*Or magis arcana verborum cum natura consensio .*

**N**aturam humanæ mentis si penitus introspicere velis , & interiores in ea delectationum fontes rimari , robur quoddam in ipsa deprehendes , quadam infirmitate coniunctum , unde magna varietas & inæqualitas oriatur . Robore enim sit ut perpetuam remissionem gravetur , infirmitate contra ut perpetuam contentionem pati nequeat . Hinc est quod ipsi nihil diu placet , nihil sui undique simile . Hinc in Musica perfectum omnino concentum aversetur , quod compertum , Musicos induxit ut discordes sonos , quas dissonantias appellant , consulto admiserent . Hinc sit denique ut quævis corporis exercitatio , etiam si voluptatis causa primum suscepta , fiat ex perpetuitate supplicium .

Id vero etiam in oratione locum habet , imo ibi maximam natura teneritudinem prodit , altam illam & incitatam diu non patitur ; rursus illa humi repente & nunquam se attolente , si longior sit , fatigatur : stare , requiescere , erigi , dejici avert omnis auditor & lector . Inde nascitur tanta varietatis necessitas , qua parvis grandia , concitata placidis , alta humilibus miscentur . Sed hæc fortasse parum in epigrammatis loci habens , quæ propter brevitatem , varietatia minus indigent .

A 4

Vc.

### DISSERTATIO.

Verum ista licet generaliora commemorare non piguit ; quod cætera magis argumenti nostri propria inde pendeant , impræmisque metaphorarum , quarum magna vel ad ornandam , vel ad virtuandam poesim vis est , usus & judicium . Nam si cur homines metaphoris delectentur attentius consideremus , non aliam inveniemus causam ; nisi eam quam indicavi naturæ imbecillitatem , quæ rigida illa veritate , & simplicitate lassata metaphorarum a vero nonnihil abscedentium admixtione recreanda est . Hic verum & legitimum metaphorarum usu discas , easque itidem adhibendas , ut discordes sonos adhibent Musici , ad tollendum perfecti concentus fastidium : sed quam crebro illæ , quove loco usurpandæ sint , non exiguae cautionis ac prudentiæ res est . Illud hic monuisse sufficer , quia metaphoræ , hyperbolæ , & quæcunque a simplici & naturali loquendi more deflectunt , non propter se expertuntur , sed tanquam nauseantis naturæ remedia necessitate quadam asciscuntur , propterea magnam in eis moderationem esse servandam . Vnde vere & recte a Quintiliano dictum : Modico & opportuno earum usu illustrari orationem , frequente obscurari , & tædio compleri . Quod vitium in multis præsertim recentiorum epigrammatiæ sæpe deprehendas , ut infra quibusdam exemplis ostendemus . Sed tamen ne hoc in nimiam abeat se-veritatem , notandum est , ea tantum pro metaphoris habenda , quæ a vulgari usu remota sunt , & duplicum idæam animo offendunt : unde si quæ metaphoræ ita tritæ sint , ut jam quasi propriæ usurpentur , nec aliud quam rem ipsam , ad quam explicandam adhibentur , exhibeant , proprietatum potius vocabulorum numero , quam metaphorarum ducendæ sunt , nec sub iis quorum copiam reprehendimus tropis comprehenduntur .

#### *De Stilo nimis Metaphorico . Quadam epigrammata ob id rejecta .*

Est quidem Poetis major quædam troporum venia , sed tamen suus est illis etiam modus , sua , ut loquitur Cicero , verecundia , præcipuumque semper ornamentum ex simplicitate petendum . Quare longissime a pulchro aberrant illi apud quos tota quasi natura histrionicam agit ; adeo nihil communis more elequentur ; nihil tale effingunt , quale extra poemata cernitur ; sed omnia extollunt , deprimunt , mutant , & quædam

dam veluti larvam omnibus induunt. Hac nos de causa quedam epigrammata tanquam nimis metaphorica ex selectorum numero exclusimus, ut duo sequeantia Heinsii, viri ceteroqua humaniorum litterarum scientia clarissimi.

Auriga lucis, ignei poli cursor  
 Metator astræ, temperator horarum;  
 Aevi minister, circulator æternæ,  
 Luxrator orbis, dissipator umbrarum,  
 Currus perennis, igneaque quadrigæ  
 Franator ingens, qui diem vehis purum;  
 Rursumque vultum surripis tuum mundo,  
 Et candicantis oculis coma flammam  
 Cras e lacertis Thetios tua rursus  
 Redibis: at nox occupat meum soleos: Janum Douzam  
 scilicet. Itemque.

Dulces alumni noctis, ignei fratres  
 Parva cohortes, ignei poli cives,  
 Qui per serenos astheris vagi campos  
 Molles choreas ducitis levi planta,  
 Cum membra nostra molliter reclinata  
 Vittosque sensus occupat sopor levis;  
 Cur nunc, ut ante per domum cœli pictam  
 Et e latebris, forniciisque inaurati  
 Puris fenebris tollitis sacrum vultum,  
 Abite tandem, non videbitis Douzam.

In his epigrammatis præter congregatas ad nauseam metaphoras, easque duras & absurdas, aliud quoque vir sagacissimus vitium notabat, quod scilicet a mœrentis, & amici mortem lugentis animo, quem hic effingere voluit Heinsius, nil longius absit, quam hæc epithetorum lascivia: Sed de verbis satis.

*Prima sententiarum virtus, veritas. Quantum in falsitate  
 vitium sit. Vbi de falsis epigrammatis.*

Nunc de sententiis differendum, quas item rebus ac personis accommodandas esse prædiximus. Rebus convenient, si veræ, si propriæ sint, & quasi interiores. Personis congruent, si naturalibus vel offenditionibus, vel affectibus apparentur.

*Prima igitur sententiarum virtus, veritas. A rebus enim  
 ijsis*

ip̄is dissidet, quicquid falsum est, nec ulla in falsitate pulchritudo, nisi quantum veritatem mentitur. Unde discas pulchritudinis fontem in veritate esse, deformitatis contra in falsitate. Illa vero non a rebus modo abhorret, sed etiam a personis. Inest enim nobis quidam insitus veritatis amor, quemdam in falsitatem offensio, qua sit ut quae nos specie veri delectarunt, ubi falsa patuere, ingrata & injucunda fiant. Hæc ratio fuit viris eruditis, quorum jam ſepe mentionem facio, ut ex hoc delectu multa epigrammata reſecarint, quorum præcipua ſententia ex falſo petebatur, ut, exempli gratia, illud Grotii, licet carmine ſatis magnificum.

*In Joannem Archeam vulgo la pulcella d'Orleans.*

*Gallica non unquam peritura laudis Amazon  
Virgo intacta viris, ſed metuenda viris,  
Cujus non oculis ſedit Venus atque Cupido,  
Sed Mars atque horror, ſanguineaque vices.  
Hæc eft cui Salica leges, cui patria ſe ſe  
Debet, & in veras redditæ scopra manus.  
Nec fas eft de morte queri, namque ignea tota,  
Aut nunquam, aut ſolo debuit igne mori.*

Hæc commemorare non pigiūt, ut magis Lectores perſpiciant, quale ſit illud falſorum genus, quantumque abhorreat a natura, quippe quod ita fere ſit comparatum, ut ejus, quod in eo affirmatur, contrarium non minus plausibiliter dici poſſit, nihil enim magis inepte potuiflet ſcribere Grotius:

*Sed fas eft de morte queri non ignibus illa  
Debita, aſt undis ignea tota mori.  
Certe ſi ejus originem indagari placeat, reperiemus ad illud non natura homines duci, ſed inertia compelli. Non enim alia cauſa ad falſitatis præſidiū confugint, niſi quia veram ex rebus ip̄is eruere pulchritudinem non valent. Certa quippe & definita veritas, mendacium infinitum & incertum: hinc illa ad inveniendum diſſicilis, hoc proclive & obvium, coquē etiam nomine ſpernendum.*

Porro non in affirmationibus modo falſitas intervenit, ſed etiam in affectibus effingendis, cum ſcilicet alicui personæ aliquam quos natura argumentumque poſtular, affinguntur affectus, uel certi licet in hoc Vulci epigrammate, ob id rejecto:

N.

Super marmoreum videns sepulchrum  
 Arvernē bene cogniti mala in re  
 Cœpi sic tacitus loqui : Ad quid, ore,  
 Tot sumptus ? Eornisset hoc sepulchrum  
 Reges claudere, sanguinemque Regum ;  
 Hoc ignobile quod tegit cadaver.  
 Prorumpo in lacrymas, fluant abunde  
 Emissa ex oculis genas per ambas,  
 Quidam me arguit, increpatque fientem,  
 Ifigis sic puto, talibusve dictis ;  
 Ne tu, quisquis es, impius videris  
 Pestem qui patria dales sepultum.  
 Iti contra ego : Falleris, sepulchrum  
 Jacturam fleo, non fleo sepulti.

Alienum sane fuit hominem inducere abunde lacrymandem, quod sceleratus quidam & ignobilis nobili sepulchro esset conditus. Non enim misericordiam, & lacrymas mouent honores sceleratis habiei, sed potius iram & indignationem. Fallsum ergo sibi induit affectum Poeta, qui ibi lacrymatur, ubi irascendum & stomachandum fuit.

### De Fabulosis Epigrammatiſ.

Magnum igitur falsitatis vitium, idemque latissime fusum, & multa quasi membra complexum. Ad hoc enim revocari possunt prium fabulose sententiae, solita Poetarum curricula, ubi nihil dicere habent. Cujus generis tanquam vitiſi, multa nos epigrammata rejecimus, ut illud Grotii ad Rodulphum Imperatorem, fabulis nimis refertum.

Non tibi Mars tantum saret, invictissime duxit,

Quem tories boſsem barbara signa tremant.

Plebs quoque te superum donis veneratur, & illud  
 A Zephyri munus conjugē Casar habet.

Ver Dea perpetuum Batavo prescripsit Apollis  
 Prataque vittrici vivere jussa manu.

Annus Alcinoi decor est, & Adonidos hortis,  
 Nec Pharias animas longior aura rosas.

Prisca Semiramis jactat Pomona labores,

Alta tamen sedi culmina scandit hyems.

Quo eibi Buxus bonos Augustum sera triumphum  
 In qua temporibꝫ nil lices ista decent.

Sed

Scio esse alia quoque in hoc epigrammate culpanda ; sed nunc id unum vitium notamus , propter quod in exemplum affertur .

### *De Äquivocis.*

Referri etiam ad idem genus potest magna pars æquivocorum , quorum acumen fere ex quadam oritur falsitate . Nam , verbi gratia , in illo Sannazarii Epigrammate .

*Jucundus geminos fecit tibi Sequana pontes ,*

*Jure tuam potes hunc dicere Pontificem .*

Si pontificem accipias pro pontium fabricatore , vera sententia , sed inepta : ergo ut acuti aliquid includat , debet vox Pontificis accipi pro Episcopo , quo sensu falsum erit Jucundum esse Pontificem . Similiter in illo epigrammate satis celebri :

*Surdastrum carare ferant te , Gallice , Cosmam ,*

*Et quod ei certam polliciteris opem .*

*Sed nihil efficies licet omnem extenderis artem ;*

*Nam male perpetuos audiet ille dies .*

Accipe verbum audiendi pro ipso sensu , falsa erit sententia ; quia illud corporis vitium sanari potest : accipe pro bono nomine , falsa item erit & inepta , quia falsum & ineptum est , ideo frustra laborare Medicum de sanando aurium vitio , quia famæ mederi non potest .

In his vitiis hærent omnia æquivoca , quorum prouinde venustas valde exilis , imo nulla est . Olim quidem isti genera aliqua laus fuit apud seculum prius : unde a Cicerone & Quintiliano elegantes dicuntur petici ex amphibologia sales : at nunc contra merito valde contemptum est , adeo ut æquivoca non modo non captent urbaniores , sed etiam vitent . Illatenenam utcunque tolerabilia vel certe minus vitiosa sunt , cum sponte nascuntur ; at si quis ea afferat meditata , aut in iis se sibi placere significet , jure insuetus existimatur . Inde est quod epigrammata , quorum elegancia ex æquivoco petitur , nullo fere in pretio sunt . Nam cum versus non nisi labore & industria componantur , recte pusilli & angusti animi existimatur in tam levi argutia versibus illigandâ tempus consumere . Nec omittendum , esse hoc quoque in æquivocis incommodum , quod uni ita lingue affixa sint , ut in aliam transferri non possint . Propter has causas pauca nos ejusmodi in hunc delectum admissimus , & tantum ad exemplum vitiosæ formæ .

De

Falsis item sententiis accensentur hyperbolice , non in uno aliquo verbo , nam de his jam superius egimus , sed in toto sensu , cuiusmodi est illud Ausonii intolerandæ absurditatis .

*Faustrulus insidens formica ut magno elephante*

*Decidit , & terra terga supina dedit .*

*Mox idem ad mortem est multatus calcibus effus*

*Perditus ut posset vix retinere animam .*

*Vix tamen est fatus : Quid rides improbe Livor ?*

*Quod cecidi ? Cecidit non aliter Phaeton .*

Sic ille Græcos in eo' imitatus , quorum mira fuit in hanc eacozeliam proclivitas , ut videre est in eorum Anthologia , ejusmodi hyperbolis scatente . In eadem quoque ruunt frequentes , vel qui infirmo ingenio sunt , vel qui imperitis scribunt : unde talibus delectari magnum imperitiæ signum ; quo vel moveri debent , qui Rablaſii fabulas tam ineptas , tam stolidis hyperbolis refertas legere , ne dicam laudare , non reguntur .

### De Litigiosis , & Controversis .

Porro ad idem falsorum genus accedunt litigiosæ anticipatesque sententiæ , de quibus ambigit lector , veræne illæ , an falsæ sint . Quæ dubitatio quoniam omnem admittit jucunditatem , tollit etiam pulchritudinem .

Hoc nomine nunquam mihi probata est clausula illius Epigrammatis Martialis .

*Par scelus admisit Phariis Antonius armis ,*

*Abscidit vulnus ensis uterque sacros .*

*Illud laurigeros ageres cum lera triumphos .*

*Hoc tibi Roma caput cum loquereris erat .*

*Antoni tamen est peior quam causa Photini ,*

*Hic facinus Domino praestitit , ille sibi .*

Subit enim lectoris animo tacita quædam molestia , quod Poeta tam fidenter dubiam sententiam pro certa sumat . Linbenterque adversus illum reponeret sibi contra videri gravius illum delinquere , qui Domino praestat facinus , quam qui sibi , nec deerunt rationes . Nam sibi peccantes ira , cupiditas , metus ad facinus impellit , quibus voluntas , adeoque criminis magnitudine

eudo ministratur. At qui alteri in scelere patrando obsequitur, frigidus ad facinus accedit, quod longe maiorem arguit pravitatem. Hæc & similia causari quis adversus Martialem posset, ejusque distichon sic immutare nihilo absurdius.

*Antoni eamen est melior quam causa Photini,*

*Hic facinus Domino, praetit ille sibi.*

Quare totum hoc genus controversiarum sententiaram elegantia vacat, & studiose vitandum est iis qui pulchritudinem sequuntur, quam in una demum veritate invenient, & ejusmodi veritate, quam statim propositam lector agnoscat & amplectatur.

*Alia sententiarum virtus, ut propria. & interiores sint.*

*Vbi de alienis, & accidentariis.*

Alteram sententiarum dum cum rebus comparantur vicem esse diximus, ut propriæ & interiores sint, idest, ex rerum quasi visceribus eructæ, non longe arcessitæ, vel ex externis accidentibus, rem tantum quasi conitantibus ductæ. Ea lege innumeris frigidioribus epigrammati liberati sumus, quorum hic pauca exempla subjici placet.

*Alienum & arcessitum est illud Audoenii, de Lyra:*

*In tam diversis cum sit concordia chordis,*

*Tam discors hominum non pudent esse genus.*

Quasi ad pudificios de suis discordiis homines, nihil magis proprium esset quam chordarum lyrae concordia.

*Ex accidentibus rem concitantibus, non ex ipsis rebus visceribus deprehemptum illud Germanici, ut ajunt, Cæsaris, verbibus alioqui satis cultum.*

*Thrax puer adfrido glacie dum ludis in Hebra,*

*Erigore concretas pondere rupit aquas.*

*Dumque ima partes rapido traherentur ab amni,*

*Abscidit tenerum tubrica testa caput.*

*Orba quod inventum mater dum conderecet urna*

*Hoc peperi flammis, catena dixit aquis.*

Alia certe fuit illi matri interior dolendi causa, quam quod filius partim aqua, partim flamma esset absemptus, nec minus illa doluissest si vel totus in aquis periisset, vel totus in flammis. Non debuit ergo ex tam levi tragicae tota dolendi causa repeti, quæ comes non materia doloris fuit.

*Eodem vitio laborant descriptiones negativæ, in quibus enu-*

# DISSERTATIO.

15

*enumerantur, non quæ cuique rei dotes insunt, sed quæ non  
insunt, quod jure quidam reprehendebant in hoc Epigramma-  
te Barlei, alioquin versibus eleganti.*

*Regia Borbonii seboles, qua fospite dudum*

*Belga sibi facilem creditit esse Deum.*

*Sceptriteris illustris avis, illustrior armis,*

*Et rarus Astræa judice nomen habens.*

*Quem celebrat Bellona Duxem, pax lundat inermem,*

*Et cui tot terra, tot famulantur aquæ.*

*Non tibi barbaricum perantia vellera succum,*

*Aut mea Sidenias pagina donat opes.*

*Non Indus quod mittit ebur, quod Dalmata marmor.*

*Quaque gravem placant mascula thura Jovem.*

*Non bellatrixes Aquilas, capivaque bollo*

*Oppida, non vieti carbaso rapta mari.*

*Nos Christum, Lodoce, damus regemque ducemque,*

*Nomina nominibus non aliena tuis.*

*Maxima quin cupio dum mittere maxime Regum,*

*Quo neque majus mistere, mitto Deum.*

Nimis certe longus circuitus est enumerare quæ Regi non des, ut tam leve munusculum intelligatur. Sed in clausula illud etiam durum quod libellum de Christo differentem, Deum & Christum appellat, quasi idem sit Christus, & libellus de Christo. Sed hæc vulgaris dedicatorii, ut ita loquar, generis ineptia, in quo scriptores non aliter fere de libris suis loquuntur, quam si inter ipsum librum, & libri argumentum nihil interesset: ita si de Cæsare vel Catone scribunt, Cæsar, inquit, & Cato genibus tuis advolvitur; si de Cicerone; en, inquit, te Cicero compellat, & patronum adoptat; quæ omnia falsarum sententiarum generi recte accensueris.

*Sententia cum personis qua ratione conciliande. De offendis-  
nibus vitandis: ac priuata de obscuritate.*

Atque hæc quidem sententiarum cum rebus concordia fa-  
cilius intelligitur: at vero earumdem cum personis attem-  
peratio, longe ad percipiendum difficilior, ad tractandum ope-  
rosoior. Tota enim hic humana natura penitus scrutanda est,  
ejusque tacitæ propensiones, tum alienationes rimandas, ut  
istas fugiamus, illis obsequamur. Nec enim fieri potest, ut  
placeat quod naturam offendit, nec ut displiceat, quod ejus

pro-

propensioni obsequitur. Nos quædam tantum hic delibabimus; sed quæ ad institutum nostrum sufficient.

Imprimis in natura hominum, quidam adversus turpia & obscena pudor insitus est, idemque in optima quaque, & bene instituta vehementior. Hunc pudorem offendunt omnes obscenæ sententiae, adeoque illæ alienæ a natura, deformes & inelegantes habendas sunt. Nec refert, quod illæ quibusdam corruptis animis arrideant. Non enim elegantiæ est, ut diximus, corruptæ naturæ congruere, sed honestæ ac bene moratae. Itaque totum hoc genus plane abest ab honestorum hominum sermonibus, nec nisi ab iis frequentatur, qui ut pietatis, sic genuinæ comitatis & elegantiæ sensu carent.

Ergo quod foeda omnia, & lasciva epigrammata resecuimus, non modo moribus & pietati inservitum est, sed etiam urbanitati & elegantiae, cuius nullum prorsus sensum habuisse se testaneat veteres illi Catullus ac Martialis, qui tot il-liberalibus sordibus libros suos opplevere, eoque nomine non modo flagitosi, sed etiam rusticci, inhumani, & ut Catullianis verbis utar; *Caprimulgj ac fossores* habendi sunt.

### *De vilibus argumentis epigrammatum.*

Nec vero solum turpem & obscenam speciem, sed omnino quomodounque vilem, deformem & ingratam Lectoribus objicere vitiosum & inelegans est. Hinc pro pulchris & elegantibus haberi non possunt illa epigrammata, quorum argumentum est vel vetula edentula, vel detrita lacerna, poetaster, vel olens hircus, vel putidus nasus, vel helluo in mensam vomens, quæ magna histriónibus jocandi seges. Nunquam enim acumine satis compensatur ista deformitas.

Ea de causa in iis quæ Martiali subjunximus epigrammatis, nullum ex illis ascivimus, multaque quæ occurrabant procul ablegavimus, quale illud Buchananii, in quo strigosi tenis ingratam & invenustam pingit imaginem.

*Ne vole dum clamas ut Stentora vincere possis,*

*Omnis homo est animal nocte dieque boas.*

*Jam tibi dilapsa est prope nonagesima messis,*

*Jam tremit effacto curva senecta gradu.*

*Vertice jam levi vix tres hædere capilli,*

*Et cernis quantum noctua mane videt.*

Sem-

Semper & e gelido distillat stiria naso ,

Et fluit in madidos longa saliva sinus ;

Nec tibi gingiva dens unus & alter inermi ,

Nec plus rugarum simia scalpit annus .

*Nævole*, si pudor est , rugarum desine tandem

Omnis homo clamans , Nævole , nullus homo es .

Vilius itidem argumentum , speciesque parum jucunda & elegans pendens hominis, huic Sannazarli epigrammati fraudi fuit , quamquam aliquid festivitatis habenti :

Quicquid erat Tripodum Cumis Delphisque petisti ,

Discere fortunam dum cupis , Eune , tuam :

At deus , Extabis supra Regesque Ducesque ,

Veridico tandem retulit ore tibi :

Tu tamen hinc vanos sumpsistī , Gracule , fastus ,

Jam magni dominus , jam pater orbis eras .

Ecce crucem ascendis , non te deus , Eune , fecellit ,

Omnia sunt crepitis inferiora tuis .

Sed hæc honesta & tantum vilia : at Cynica Martialis & Catulli libertas , quæ multa non quidem in moribus foeda , sed quæ tamen ab oculis & auribus removeri jubet humanæ comitas , suis nominibus eloquuntur , proflus impudens & rustica habenda est ; quare nunquam laudabant elegantes vel illas Catulli voces : *Annales Volusi cacata charta* ; vel illud Martialis de Catella: *Ex desiderio coacta venbris, quata patlia non fecellit una* . Et multa alia longe sordidiora , quæ ne illæ exemplum quidem vitii libet asserre . Certo nimia fuit antiquis in hoc genere patientia , nec raro miratus sum , quomodo in Senatu Romano Cicero ferri potuerit , cum hæc adversus Personem declamaret . Meministine , cœnum , cum ad te quinta ferre hora cum Cajo Pisone venissim , aescio quo e gurgustia te prodire involuto capite , soleat ? & cum isto ore færido te terrimam nobis popinam inhalasses , excusatione te uti valeretudinis , quod dices te vinolentis quibusdam medicamentibus solere curari ? Quam nos causam cum accepissimus ; quid enim facere poteramus ? Paulisper stetimus in illo ganearum suarum nidore atque sumo , unde tu nos cum improbissime respondendo , tam turpissime eructando ejecisti .

*De Malignis Epigrammatis.*

Est etiam in hominibus mansuetioris ingenii innatum aduersus malignitatem odium , præsertim qua vitia corporis irridentur , vel fortunæ calamitates , aut quidvis demum quod accedit extra culpam . Nam quia nemo se horum casuum exsoitem videt , ideo ista dejici & irriteri moleste fert. Humane Virgiliana Dido , cum ait ,

*Non ignara mali miseris succurrere disco:  
tacitusque in illam inde exoritur lectorum favor. Pulchre item  
Seneca :*

.... *Non est jocus esse malignum.  
At contra inhumane , qui miseris insultant , & quæ non culpa contracta sunt exprobrant , adeoque quendam illi in legentium animis odii & alienationis excitant sensum .*

Propterea nos paucæ admodum hujus gehærīs , cum nostro ingenio parere liberum fuit , ascivimus , multa contra rejecimus , ut illud Audoeni frigidum & malignum .

*Ecce tibi nulli superant in vertice crines ,  
Nullus in infida stat tibi fronte pilus :  
Omnibus amissis a tergo & fronte capillis ,  
Quid tibi jam restat perdere , calve ? caput .  
Nec nobis magis placebant tot ejusmodi in Martiale , quæ tamen non omisimus , propter superius positas causas.*

*De loquacibus Epigrammatis .*

Omnis hauriæ offendentes colligere longum esset , non nullas tamen libet addere , quod magnam ab hac selectione epigrammatum turbam amovertint . Ergo præter ista longos etiam verborum circuitus , idemque sibi variis verbis ingestum natura fastidit . Ardet enim curiositate , & semper festinat ad exitum , multoque se detineri sermone , nisi cum magno operæ pretio , fert impatienter . Propterea non leve fastidium afferrunt loquacia epigrammata , & quæ longitudinem suam non satis sententiæ magnitudine pensant ; quo vicio nonnumquam premittit Martialis , in aggerendis vulgaribus laudibus quandoque nimius , aut in enumerationibus minutor : verbi gratia , in illo Epigrammate , quo pertinuit tot similitudines de medio petitas cumulatae ?

Puel-

Puella senibus dulcior mihi cycnis,  
 Qui nec lapillos præferas Erythraeos,  
 Nec modo politum pecudis Indicæ dentem,  
 Nivesque primas, liliumque non tattum,  
 Fragratore quod rosarium Paesi,  
 Cui comparatus indecens erat pavo.  
 Inamabilis scirurus, & frequens Phœnix.  
 Adhuc recenti tepeit Erosion busto.

Quid item in illo' alio eandem sententiam toties iterare?  
 O mihi curarum pretium non' vile mearum,  
 Flacce, Antenorei spes & alumne laris;  
 Pierios differ cantusque chorosque sororum,  
 As dabit ex istis nulla puella tibi.  
 Quid petis a Phœbo? nummos habet arca Minerva,  
 Hæc sapit, hæc omnes fænerat una Deos.  
 Quid possent hederæ Bacchi dare? Palladis arbor  
 Inclinat varias pondere nigra comas.  
 Præter aquas Helicon, & ferta, lyrasque Dexrum  
 Nil habet, & magnum semper inane sophos.  
 Quid tibi cum Cirrha? Quid cum Permessidos unda?  
 Romanum propius, divitiusque forum est.  
 Ilic æra sonant: at circum pulpita nostra  
 Et steriles cathedras, basia sola crepant.

### De Vulgaribus.

Qua ratione autem loquacitatem aversatur natura, eadem sententiis nimis vulgaribus offenditur. Est enim quedam loquacitatis species, effutire vulgaria & obvia, cum sit sermonis usus, ut quæ nesciuntur patefiant, non ut nota ac trita repetantur. Ob hoc vicium innumera Epigrammata ab hoc delectu segregata sunt: Sed quia nil illo communius, afferendis ejus exemplis supersedeo.

### De minutioribus argutiis, & verborum lusu.

Displacet etiam nos leviter minutior diligentia, quæ mentem a rebus avocat, ex quibus vera voluptas efflorescit. Hic lusus in verbis, quales sunt paronomasie, alieque id genitus allusiones, nisi citra artem sub stylum succedant, non tam figuræ quam vicia sunt, iisque epigrammatis, quoru

## DISSESTITO:

in eo possum est acumen , nil exilius , præsertim cum uni En-  
guæ ita propria sint , ut in aliam transferri non possint , quod  
secuti nos , frivolas illas argutias prætermisimus , cuiusmodi est  
illa Audoeni .

*Latronum finis funis , mors ultima merces ,*

*Furca capit fures , hinc puto nomen habet .*

*At multi evasere ; dabit Deus his quoque finem :*

*Rarus funestus fur sine fune perit .*

Paulo festivius illud alterius Poetæ de Helvetio occisa noctu ,  
licet vitiolum .

*In nive nocte vagans nuceo cado stipite vicius .*

*Sic mihi nix , nox , nux , nec fuit ante diem .*

*Propensionibus naturæ quomodo obsequendum .*

Omnis illæ naturæ offenditores diligenter vitandæ , nec  
minus ejusdem propensionibus obsequendum , si modo illud  
quod sequimur pulchrum assequi volumus . Tantus enim in  
hominibus amor sui vigeret , nihil ut audire jucunde possint ,  
nisi quod suis affectibus blandiatur . Quamobrem hæc epigram-  
mata merito pulcherrima censemur , quæ in illos affectus ma-  
gis penetrant , eamque menti sententiam objiciunt , quam non  
modo interiori luce verissimam agnoscat , sed etiam interiori  
affectu , ut sibi blandissimam amplectatur ; ut illa Martialis :

*Nolo virum facili redimiri qui sanguine vitam :*

*Hunc volo laudari qui sine morte potest .*

Nam cum omnes mortem oderint , laudes & gloriam expe-  
tant ; nemo est qui non gaudeat sine morte laudari posse . Et  
illud veteris Poetæ :

*Mitte superba pati fastidia , spemque caducam*

*Despice , vive tibi , cum moriare tibi .*

Habet enim , ut inquit Quintilianus , natura sublime quoddam  
& impatiens superioris , quod suaviter palpat , qui ipsam ad  
contempnendum divitum factum adhortatur .

Atque hæc de generalibus pulchritudinis & deformitatis  
fontibus , ad ferendum de quolibet carminis genere judicium  
sere sufficiunt . Sed illa tamen ad propriam Epigrammatum na-  
turam & leges & jura accommodanda sunt , de quibus ideo  
quædam hic subnectere non erit alienum .

Epi-

*Epigrammatis nomen unde ductum, ejus finitio,  
forma & leges.*

Epigramma, ut notat Scaliger, idem quod inscriptio; sed cum multarum rerum extent inscriptiones, vox ista tamen brevibus poematiis proprie attributa, hinc adeo quod trophyis & statuis ejusmodi epigrammata inscribi solerent: atque inde nomen ad brevia poemata universe translatum. Definitur igitur epigramma, ut sit, poema breve, cum simplici cuiusdam rei vel personæ, vel facti indicatione.

Hujus formam quidam, in gravi aliqua vel arguta sententia, qua clausula constet, ita collocant, ut epigramma negent esse quod ejusmodi clausula careat; sed perperam. Sant enim quædam vel elegantissima, quorum æquabilis ubique majestas, & nihil habet clausula præcipuum, ut illud cuiusdam auctoris recentioris.

*Quod bellator hydros pacem spirare rebellis,  
Deplumes trepidare aquilas; mitescere pardos,  
Et depresso jugo submittere colla leones,  
Prospectas Lodoicus equo sublimis abeno,  
Non digiti, non artifices fixere camini,  
Sed virtus & plena Deo fortuna poregit.  
Armandus fidei vindex, pacisque sequester,  
Augustum curavit opus, populisque verendam  
Regali voluit statuam confurgere circo,  
Ut post civilis depulsa pericula belli,  
Et circumdomitos armis felicibus hostes.  
Eternum domina Lodoicus in urbe triumphet.*

In nonnullis etiam simplex quadam mundities, ac mollis subtilisque festivitas placet, cuiusmodi in nonnullis Catulli epigrammatis, quæ in hoc delectu apposuimus, videre est.

Quidam tamen contra nimii, qui istiusmodi clausulas non modo non requirunt, sed etiam alpernantur. Hi fere sunt præposteri quidam Catulli amatores, qui dum languidulas quadam nærias endecasyllabis concluderint, mire sibi videntur festivi & elegantes; quamvis nihil iis sit aut inanius, aut facilius illis, qui aliquem sibi Latinæ linguæ ictum paraverunt.

Quantulo, exempli gratia putamus constitisse Borbonio clausulam hujus Epigrammatis ad Catulli exemplar efficiam?

*Quare Patriæ venite Musæ ,  
Plane mellis & elegantiarum ,  
Docta carmina candidi Tinonis :  
Vos exosculor , o piæ Camænae ,  
Et totis relego lubens diebus  
Isto tempore macerationis ,  
Pœnitudinis atque lachrymarum ,  
Duro Jupiter ! & laborioso .*

En quo perduxerit hominem Christianum , & cæteroquin pium ,  
perversa Catulli imitatio ! qui in Christiani jejunii solemnitate  
explicanda , prophanum Jovis nomen usurpare non veritus  
est , Sed hoc mislo , quid ineptius hoc versu , quamlibet Ca-  
tulliano duro Jupiter ! & laborioso : In quem tamen ille ele-  
ganter exigitat suum epigramma definere , quia similem ver-  
sum invenit in Catullo dōctis Jupiter ! & laboriosis . Sed missis  
illis jejuniis imitatoribus , de illis sententiis , quibus clauduntur  
epigrammata , vere licet affirmare magnam in iis elegantiam es-  
se , dum eximiae sint & cum antecedente serie pulchre cohæ-  
rent . Nam cum nihil æque ac clausula in Lectorum menti-  
bus remaneat , quid rectius quam in illam conferri , quæ p̄ra-  
cipue in ipsorum animis infigi velis ? Adeoque merito vitiosa  
centur ea epigrammata , in quibus decrescit sententia , vel  
quorum clausula quasi addititia & affixa est , nec belle ex su-  
perioribus versibus fluit , quod vitium cernere est in hoc illu-  
stri cæteroquin epigrammate :

*Qui Romam in media quæris novus advena Roma ,  
Et Roma in Roma nil reperis media .*

*Aspice murorum moles , præruptaque saxa ,  
Obrutaque horrenti vasta theatra situ .*

*Hec sunt Roma : viden velut ipsa cadavera tantæ  
Urbis adhuc spirent imperiosa minas ?*

*Vicit ut hæc mundum , nisi est se vincere ; vicit ,  
A se non vicitum nequid in orbe foret .*

*Nunc vitta in Roma vixtrix Roma illa sepulta est ,  
Atque eadem vixtrix , vixtaque Roma fuit .*

*Albula Romani restat nunc nominis index ,  
Qui quoque nunc rapidis fortur in æquor aquis .*

*Dicis hinc quid possit fortuna ; immota labascunt ,  
Et , quæ perpetuo sunt agitata , manent .*

Quatuor enim illi extremi versus plane superflui sunt , frigi-  
dum acumen continent , quo superiorum versuum nitidum nonni-  
hil decoloratur .

Epi-

*Epigrammatum materia; inde divisio in varia genera.  
Primum genus, & secundum.*

Epigrammatum autem materia res omnis, omnisque sententia, adeoque quot sententiarum divisiones, tot sunt etiam epigrammatum. Nos hæc potissimum genera notabimus, ex quibus intelligi etiam virtutes possunt.

Est igitur quoddam genus sublime, grande, magnificum, nobile argumentum nobilibus versibus persequens, nobisque sententia concludens; quale est illud Martialis de Scævola:

*Cum peteret Regem decepta satellite dextra,  
Injectit sacris se peritura foci:  
Sed tam sœva pius miracula non tulit hostis,  
Et rapte flammis jussit abire virum:  
Urere quam potuit contempto Mutius igne,  
Hanc spectare manum Porsena non potuit.  
Major decepta fama est & gloria dextra,  
Si non errasset, fecerat illa minus.*

Talia sunt etiam Epigrammata Grotii de Ostenda, de curribus veliferis. Barclaji de Margareta Valesia.

Est aliud stylo paulo demissius genus sed utilius gravissime sententia; cuiusmodi est illud vere eximum Martialis:

*Quod magni Thraseæ consummatique Catonis  
Dogmata sic sequeris, salvus ut esse velis;  
Pectore nec nudo strictos incurris in enses,  
Quod fecisse velim te, Deciane, facis.  
Nolo virum facili redimit qui sanguine famam,  
Hunc volo, laudari qui sine morte potest.*

Itemque,

*Amissum non flet, cum sola est, Gellia fratrem,  
Si quis adest, jussæ profundiunt lacryma;  
Non dolet hic quisquis laudari, Gellia, quaris;  
Ille dolet vere, qui sine teste dolet.*

Et illud vere aureolum Epigramma:

*Quod te nomine jam tuo saluto,  
Quem regem & dominum prius vocabam;  
Ne me dixeris esse contumacem;  
Toris pilea sarcinis redemi.*

Reges & dominos habere debet,  
 Qui se non habet , arque concupiscit,  
 Quod reges dominique concupiscunt .  
 Servum si potes , Ole , non habere ,  
 Et regem potes , Ole , non habere .

Ex omnibus autem maxime Epigrammatum proprium genus illud vulgo existimatur , quod ingenioso laudatur acumine , alter animos penetrante , in quo item excellit Martialis , ut in isto .

*Tu Sorina quidem semper vel Massia ponis .*

*Papile , sed rumor tam bona vina negat :  
 Diceris hac factus celebs , quater esse lagenas ,  
 Nec puto , nec credo , Papile , nec fitio .*

Et illud ejusdem .

*Munera quod senibus viduisque ingentia mittis ,  
 Vis te munificum , Gargiliane , vocem :  
 Sordidius nihil est , nihil est , te spurius uno ,  
 Qui potes infidias dona vocare tuas .*

*Sic avidis fallax indulget piscibus hamus ,  
 Callida sic stultas decipit esca feras ,  
 Quid sit largiri , quid sit donare ; docebo ,  
 Si nescis : dona Gargiliane mibi .*

Quædam humilia sunt , sed arguta & festiva , simplicitate nitescunt , quod animadvertis licet in illo ejusdem Martialis Epigrammate .

*Exametris epigramma facis , scio dicere Tuccam , \**

*Tucca solet fieri , denique Tucca licet :*

*Sed tamen hoc longum est , solet hoc quoque Tucca , licetque  
 Si breviora probas , disticha sola legas .*

*Conveniat nobis ut fas epigrammata longa  
 Sit transire tibi , scribere Tucca mibi .*

Porro omnium Epigrammatis virtutum nulla aut difficilior aut rarer , quam scita tractatio sive commoda argumenti explicatio , nihil ut neque redundet , neque desit , nihil sit præpostorum , nihil obscurum , nihil verbis impeditum , vel contra nimis subitum , nec satis apte præparatum ; qua dote mirabilis sane Martialis ita apte , perspicue , dilitincte argumenta prosequitur , ut mediocribus cæteroquin sententiis translationis venustate multum elegantiae conciliet . Nam illo , verbi gratia , quid ingeniosius explicatum ?

Ne vivam si non totis, Deciane, diebus,  
 Et tecum totis noctibus esse velim.  
 Sed duo sunt quæ nas distinguunt millia præsum;  
 Quatuor hæc fiunt, cum rediturus eam;  
 Sape domi non es, cum sis quoque sape negaris,  
 Vel tantum caufis, vel tibi sape vacas;  
 Te ramen ut videam duo millia non piget ire,  
 Ut te non videam quatuor ire piget.  
 Et illud quid esset, nisi tractatione fuisse exculptum & preparatum?

Occurrit tibi nemo quod libenter,  
 Quod quacumque venis fuga est & ingent.  
 Circa te, Ligurine, solitudo:  
 Quid sit scire cupis, nimis poeta es,  
 Hoc valde vitium péricolosum,  
 Nam tantos rogo quis ferat labores?  
 Et stanti legis & legis sedentiz.  
 Currenti legis & legis canenti;  
 In thermas fugio, fomas ad aurem;  
 Piscinam peto, non licet natare;  
 Ad cœnam propero, zenes euntem;  
 Ab cœna venio, fugas sedentem;  
 Lassus dormio, suscitas jacentem.  
 Vis quantum facias mali videre?  
 Vir justus, probus, innocens, timeris?  
 Arguta quidem & festiva clausula, sed hujus tamen perspicuus  
 decor ex superiori enumeratione penderet.

Habet Lector quid in his epigrammatiſ excepſendis  
 ſpectatum ſit; reliqua quæ ad hoc opus coalata ſint ex praſe-  
 tione potuit accipere.

## M A R T I A L I S

1. *Aetas.* 2. *Epigrammata.* 3. *Supposita.*

1. **M** Valerius Martialis ex Bilibili Celtiberis oppido Hispanus, scribendi Epigrammati non insulius, artifex teste Francisco Vavassone in lib. de Epigr. at interdum scurrilis; Domitiani & Nervae tempora ingenio suo illustravit. Senex patriam repetens in illa obiit sub Trajano. Kal. Mart. natum se passim docet; obiit autem an. Christi 101. V. C. 854. uti Joh. Massonius in vita Plinii probare sibi videtur. Quot viri adusque etatem nostram existere Martialis nomine vide Fabricii Bibl. Lat.

2. Exstant ejus *Epigrammatum* libri XIII. quorum penultimo *Xenivrum*, ultimo *Apophoreton* titulum inscripsit ipse Auctor: hoc *Apophororum* nomine appellantur munuscula, quæ in Saturnaliis aliisque sollemnibus conviviis donum asportanda convivæ accipiebant: vide Tomassum de donariis vet. c. 17. Qui *Epigrammatum* libris præmittitur *Liber Spectaculorum*, videtur esse collectio Carnisium non ab uno Martiale, sed a variis poetis conscriptorum in spectacula Titi ac Domitiani, edita forte a Martiali, qui in insertis propriis quibusdam *Epigrammati* illam σύγχρονην locupletavit.

3. *Epigrammata* quadam Martiali perperam attributa atque ab Hadr. Junio inserta P. Scriverius rejecit ad calcem suis εἰδόσος; Scriverium secuti sunt plures, quamquam nonnulla ab viris clatissimis rejecta Martiale haud indignè legatus est Nic. Antonius Bibl. vet. Hisp. tom. 1. p. 67. Laudat Martialem nomine οὐτοβαρύον Scriptorem Hieron. Paduanus, uti refert Christianus Daumius vir doctissimus. Epigramma quod e prisco lapide inter veteres inscriptiones exhibet Gruterus p. DCLV. 3. Barthius V. 13. Adversar. Martiali tribuit.

EPI-

# EPIGRAMMATVM

## D E L E C T V S

Liber Primus.

## M A R T I A L I S .

Ad Lectorem . I.

**H**IC est quem legis, ille quem requiris ,  
Toto notus in orbe Martialis ,  
2 Argutis Epigrammaton libellis .  
Cui, Letter studiose , 3 quod dedit?  
Viventi decus , atque sentienti ,  
Rari post cineres habent poetae .

1 Se calamo digitoque commonstrat Poeta . 2 Epi-  
grammatis ( quod est poema breve , cum simplici cuiuspiam  
rei , personæ vel facti indicatione , aut ex propositis aliquid  
deducens ) virtutes duæ sunt , Brevitas & Argutia , quibus  
Venustatem addas . 3 Quodque cinis paucis , hoc mihi vita  
dedit .

Librum edere periculosum . II.

**A**rgiletanas mavis habiteare tabernas ,  
Cum tibi , parve liber , scrinia nostra vacent .  
Nescis , heu , nescis 2 domina 3 fastidia Romæ:  
Crede mihi , nimium 4 Martia turba sapit .

1 Bibliopolarum tabernas in Argileto imo , in II Regio-  
ne urbis . 2 Romanorum rerum dominorum . 3 Centuræ  
judiciiq. notas ex oculis , vultu , nutu , supercilio , cæterisq. motibus  
perspectas ; ipsum fastidium . 4 Romani Marte oriundi .

28 EPIGRAMM. DELECTVS

5 Majores nusquam ronchi : juvenesque, senesque  
Et pueri 6 nasum 7 rhinoceroris habent.  
Audieris cum grande 8 sophos, 9 dum basia captas,  
10 ibis ab excusso missus in astra sago.  
Sed tu, ne roties 11 domini patiare litoras,  
Neve nover lusus 12 trifis 13 arundo tuos 3.  
14 Etherias, lascive, cupis volitare per auras :  
15. I, fuge & sed poteras evitare esse domi.

5 Sonantiores sannæ & irrisiones nusquam sunt quam Romæ.  
6 Ut dextra fidei, genua misericordiæ, supercilium gravitati &  
fastui, &c. ita nasus irrisioni dicatus, censuræ & acri judicio.  
7 Cui ingens, cornu munitus, validus nasus. 8 Ab auditoribus  
acclamatū recitanti sophos, tristis, paucalios; Pulchre, bene, recte!  
Euge belle! Facete, laute, lepide, nihil supra! 9 Dū captas ap-  
probations, quas veteres amplexu & basis attestabatur. 10 Ex-  
cipient te quidem gremio, sed ut tē sago in sublime jactent per  
ludibrium & procacitatem, ut solent canes excipere ; quod ab  
Othono factitatum refert Sveton. cap. 2. expros. acque illi fa-  
mæ cupiditatem, qui ad astra tolli velit : vel ad rhinocero-  
ris nasum respicit, quo ursum seu urum in astra tulit. 11.  
Emendantis & ad limam revocantis. 12 Severa, censoria  
13 Calamus scriptorius. 14 Prodire in vulgus gestis, ver-  
sarique in hominum manu, imo jactaberis in astra. 15 Epi-  
trope Sarcastica.

Ad Marcum. III.

**D**O tibi naumachiam, tu das Epigrammata nobis :  
Vis puo cum libro, Marce, natare tuo.

Ex persona Domitiani offensi intempestiva poetæ (Epi-  
grammata sua Cæsari dum naumachiam pararet offerentis) in-  
terpellatione : & exitium poetæ carminibusque in aquas abje-  
ctis minati. Naumachia, combattimento navale.

Leo Cæsaris lepori parcens. IV.

5 **A**therias aquila 2 puerum portante per auras :  
Illesum 3 timidis unguibus hæsit onus :

1 Domitianus leones lepori parcentes anteponit Jovis aquilæ  
Ganymedem rapienti. 2 Ganymedem Trois filium. 3 Sollicitis  
ne puer excederet vel læderetur.

Nunc

**M**one sun & Cæsareos & exorat præda leones ;

**T**itus & ingenti ludit in ore lepus .

**Q**ua majora putas miracula ? summus & verisq[ue] .  
Auctor adeſt : hac sunt Cæsar[is] , illa Jovis .

**A** A Cæſare exhibitos . & Ne l[ed]atur lepus impetrat . **C**en-  
te haec ſunt majora , quod leoni magis propria præda ſit lepus ,  
quam aquilæ puer , & conſequenter Domitian[us] hoc miracu-  
lum majus quam illud Jovis . *Adulatorie* .

Deciani factum laudat . V.

**Q**ued i magni Thraseæ , & conſammatique 3 Catonis  
4 Dogmata ſic ſequeris , & ſalvus ut eſſe velis &  
Bettore nec nudo ſtrictos incurris in enſes ;  
Quod feciſſe velim te , Deciane , facis .  
**N**olo viram , facili redimit qui ſanguine famam :  
Hunc volo , laudari qui ſine morte poterit .

**T**hras. Poeti constantis viri , itmo virtutis ipſius , inquie  
Tacit. 16. Annal. Sveton. Ner. Arrian. Epict. lib. 1. cap. 1.  
&c. qui a Nerone jufſus mori , alacriter venas incidi jufſit ,  
ſanguinem libans Jovi liberatori . 2 Omnibus numeris abſo-  
luti viri , Stoici perfectiſſimi . 3 Qui ne Cæſarem victorem ,  
videret , ſe Uticæ inter fecit ; cui hinc cognomen Uticensis . 4  
Placita & decreta Stoica , Mortem eſſe ad manum portum &  
libertatem a miseriſis , &c. 5 Ut tamen nolis tibi mortem  
conſciscere , quod fecerunt illi . 6 Nolo virum qui molliter  
& desperanter ad mortem quaſi remedium confugiat : hunc  
volo qui mala fortiter toleret perferatque .

De Regulo pene oppreſſo . VI.

**T**ur ad 1 Herculei gelidas qua 2 Tiburis arces ;

3 Canaque ſulphureis Albula fumat aquis ;

4 Rura , nemusque ſacrum , 5 dilecta que jugera Muſis

Si-

1 Herculem deum tutelarem colentis . 2 Oppidum ad XVII  
lapidem ab urbe Romæ . 3 Ad planiciem Tiburi ſubjectam  
ſcaturiunt aquæ gelidae , quæ a colore lacteo quem a venis  
habent ſulphureis , Albulae dicuntur . 4 Villam Reguli .  
5 Reguli ſciliæ oratores , docti itaque Muſarum clientes .

30 EPIGRAMM. DELEGTVS

- Signat utcina 6 quartus ab urbe 6 Lapis :  
 Hit 7 radis astivas præstabat porticus umbras ,  
 Hen quam pene novum porticus ausa nefas !  
 Nam subito collapsa ruit , cum mole sub illa  
 8 Gestatus bijugis 9 Regulus 10 esset equis .  
 Nemirum timuit nostras Fortuna querelas ,  
 11 Quæ par eam magna non erat invidia .  
 12 Numc & damna juvant , sunt ipsa pericula tanti :  
 13 Stantia non poterant setta probare deos .

6 Σημεῖον milliarium totidem . 7 Inculta, immorata. *Pashos* .  
 eademque ruinosa . 8 In gelidis hisce porticibus gestari veteres soliti esedo junctis mulis , vel animi vel valetudinis causa . 9 Hic fuit Regulus ille quem Plin. epist. 5. lib. 2. Regem improborum & bipedum nequissimum appellavit , quem tamen poeta palpat . 10 Jamque excessisset . 11 Ut quæ communem desiderantium querentiumque , si Regulum oppressisset , invidiam diram ferendo non esset . 12 Hæc quidem damna fructui nobis & voluptati sunt , hæc pericula vel magno prelio subeunda , quæ arguento sint nos diis curæ esse , ut in Regulo servato deorum providentiam agnoscamus . Scilicet is superis labor est , ea cura quietos sollicitas . 13 Sed ruentia mox ut Regulus gestari desiit , deorum providentiam & bonitatem arguunt .

De Arria & Pæto. VII.

- 1 C'asta suo gladium cum traderet Arria Pæto ,  
 Quem de visceribus traxerat ipsa suis :  
 Si qua fides , vulnus quod feci , non dolet inquit ;  
 2 Sed quod tu facies , hoc mihi , Pæte , dolet .

1 Cæcinæ Pæto , qui in partibus Scribonianis contra Claudiu[m] fuisset , ad mortem adacto , uxor Arria extractum e suo vulnere pugionem marito porrexit , cum voce : Non dolet , Tacit. An. 16. Dio. lib. 60. Plin. lib. 3. epist. 16. 2 Egregie tua enim vita mea mihi carior .

Vive

**M**ihis post nullos Juli memorande sodales ;  
Si quid & longa fides , castaque jura valent .  
3 Bis jam pane tibi consul trigesimus infus ,  
Et numerat 4 paucos vix tua vita & dies .  
5 Non bene distuleris , videas que posse negari ;  
Et solum hoc ducas , quod fuit , esse tuum .  
Exspectant curaeque 6 carentiaque labores ,  
Gaudia non remanent , sed fugitiva volant .  
Hac utraque manu 7 complexaque affere tota .  
Sape flunt imo 8 sic quoque lapsa finu .  
Non est , crede mibi , sapientis dicere , Vivam .  
Sera nimis vita est crastina & vive hodie .

<sup>1</sup> Transcriptus hic versus ab Ovid. 4.eleg. 1.Trist. 2 Veteris & probatae amicitiae, per annos 34. fides. 3 Pene jam sexagenarius es. Romanos autem consularibus numerasse fastis notum est. 4 Reliquæ vitæ tibi jam sexagenario : vel , præteritæ , cum tibi ærumnis curisque distracto perpauci illuxerint dies felices & hilares. 5 Non prudenter feceris differendo voluptates in futurum tempus, quod incertum est. 6 Invicem connexi , ubi Finis alterius mali gradus est futuri. 7 Vindica , supinis manibus accipe , obviis ulnis amplectere. 8 Etiam dum capessis & amplexaris .

### In bono libro non omnia bona . IX.

**S**unt bona , sunt quadam mediocria , sunt mala plura ,  
Qua legis hic : aliter non sit , Avise , liber .

Modeste & per jocum librum suum excusat, quasi ex bonis & malis epigrammati compactu. Tamen aequus Judeo compenset vitiis bona : pluribus bisce ( si modo plura illi bona sunt ) inolinet.

### De vino optimo vili permisto . X.

**Q**uid te , Tucca , iuvat 1 vetyllo miscere Falerio  
2 In Vaticanis condita musta cadis ?

<sup>1</sup> Quod annos ferat vivatque , ländato . <sup>2</sup> Vile & peccima nocte vintym e colle Vaticano , qui Janiculo conterminans .

Quid

**Quid tantum fecere boni tibi pessima vina?**

**Aut quid feterunt optima vina mali?**

**3 De nobis facile est : scelus est 4 jugulare Falernum,**

**Et dare 5 Campano. 6 toxica seva mero.**

**Conviva meruere tui fortasse perire :**

**Amphora non meruit tam pretiosa mori.**

**3 Nos jugulare tibi forte pro levi est. 4 Infuso Vaticano Fa-**  
**lernum occidere. Metaph. sublato vini calore animali ( quem ab**  
**anima vita habet ) in acetum vertere , quod & bibentes jugu-**  
**lare videtur. 5 Falerno e Campania. 6 Vaticana , quæ ve-**  
**nenum appellat , toxicum autem a taxo venenata arbore , vel**  
**taga mœxa arcus , tela , quæ Barbari veneno tingunt :**

### De vetula edentula . XI.

**S**I memini , fuerant tibi quatuor , Hælia , dentes :

**Expuit una duos ruffis , Et una duos .**

**Jam secura potes totis ruffire diebus ;**

**Nil istic , quod agat , tertia ruffis habet .**

### In Boletorum voracem . XII.

**D**ic mihi quis furor est ? turba spectante vocata ,  
 Solus boletos , Cæciliæ , voras .

**Quid dignum tanto tibi ventre , gulaque precabor ?**

**Boletum , qualem Claudius edit , edas .**

**Boleti , fungorum genus nobilissimum , notissimum gulæ irritans**  
 mentum , & ut jocatus est Nero , cibis Deorum . Namque vene-  
 nato boleto Agrippina Claudiū Cæsarem extinxit , qui deinde  
 Imperatorum Romanorum more consecratus est , & in Di-  
 vorum numerum relatus , Vilibus ancipites fungi ponentur  
 amicis , Boletus domino : sed qualem Claudius edit , &c.

### De Mucio Scævola . XIII.

**C**um peteret 1 regem decepta 2 satellite 3 dextra ,  
 4 Injecit sacris se peritura foci ,

**Sed**

**1 Porsenam ; historia nota ex Livio 2. 2 Scriba , quem pari**  
 cum rege ornati sedentem , regem credidit . 3 Mucii Scævolæ .  
 4 Accenso ad sacrificium focula . Porsena tanta viri constantia  
 attonitus ex saevæ hoste pietatem induit , Mucio ad suos remisso .

Sed tam seva pius miracula non tulit hostis,  
Et raptum flammis jussit abire virum.  
Urere quam potuit contempto Mucius igne,  
Hanc spectare manum Porsena non potuit.  
3 Major decepta fama est & gloria duxtra.  
Si non errasset, fecerat illa minus.

5 Acclamatio epigrammatis encomiasticis solennis. Majorem scilicet laudem meretur constantia ultrix manus errantis, quam tanti facinoris fiducialis incepio.

### Ad Faustinum ut libellos in lucem edat. XIV.

**E** De tuos tandem populo, Faustine, libellos,  
Et cultum docto pedore profer opus:  
3 Quod nec Cecropia dannent Pandionis arces,  
Nec silenti nostri, 2 prætereantque 3 senes.  
Ante fratresstantem dubitas admittere famam?  
4 Teque piger cura præmia ferre tue?  
5 Post te uitura, per te quoque vivere chartæ  
Incipient, 6 tineri gloria sera venit.

1 Quod probent Graci ac Latini. Cecrops Athenarum conditor: Pandion instaurator, arces in tutela Palladis Athenarum præfidis. 2 Non prætereant, id est omne laudis punctum illi tribuant. Metaphora a suffragiis quæ in tabulas cerasas referebantur per puncta: e quibus plurimorum censu magistratus creari, pauciorum, a populo agitari: nullorum præteriri candidatus dicebatur. Horat. ad Pisones; Centuriae seniorum agitans, &c. 3 Qui maturioris iudicii, vel alludit ad Centurias seniorum, us modo. 4 Noli te dulcissimo studiorum fructu defraudare, nominis scilicet immortalitate, & famæ in vivis dulcedine. 5 Ingenii tui foetus, te potius in vivis, & ipse vivus ingrediatur, quam posthumus edatur. 6 Vivus itaque fruere famæ dulcedine.

### De Acerra bibace. XV.

**H** Esterno fætore mero qui credit Acerram,  
Fallitur, 2 in lucem semper Acerra babit.

1 Negando magis affirmat, excusando Acerram aerius incusat. 2 Compotationes in lucem protrahit, adeoque noctis non diei hesternæ metum olet.

## In Plagiarium . XVI.

**F**ama refert nostrós tē , Fidentine , libellorū  
 Non aliter populo , quam recitare i tuos .  
 Si mea vis dici ; gratis tibi carmina mittam ;  
 2 Si dici tua vis ; hac eme , ne mea sint .

1 Pro tuis . 2 Nam quod amis , possis dicere jure tuam .

## Ad Sabidium . XVII.

**N**on amo te , Sabidi , nec possum ardore quare .  
 Hoc tantum possum dicere ; non amo te .

Odi te , Sabidi , gratis ; neque enim odii mei rationem reddere valeo , an ab animi pravitate , morum dissimilitudine , & syderum contrapositione , antipathia , genio infesto , seu malo omne . Ita Senecæ Thyestes : *rapior* & nescio quo , sed *rapior* ; & , Nihil timendum video , sed timeo tamen ; vel argutius , merito te odi , neque tamen per modestiam licet effari odii mei caussam ; vel propter oris tui impuri graveolentiam non sustineo apud te longiore pri sermone , hoc tantum dico , Non amo te .

## Fletus sine teste . XVIII.

**A**missum non flet , cum sola est Gellia , patrem ;  
 Si quis adest , iussæ profiliunt lacrymæ .  
 Non dolet hic , quisquis laudari , Gellia , quaris à  
 Ille dolet vere , qui sine teste dolet .

Quisquis e lacrymis laudem captat , quæ turpius nunquam fluunt ubi finguntur ;

## De pietate fratrum . XIX.

**S**i<sup>1</sup> , Lucae , tibi , vel si tibi<sup>2</sup> , Tulle , darentur .  
 Qualia Ledaī sata Lacones habent :

\* Nobile par fratrum , quorum pluri amorem celebrat Plinius Sec.epist.18.lib.8. Si possetis per mortem alternam vobis invicem indulgere vitam , quod de Castore & Polluce Lacedæmoniis Ledæ filiis fecerit poëse .

Nobilis hac esset pietatis rixæ duobus,

Quod pro fratre mori vellet uterque prior :

Diceret infernas & qui prior iacet ad umbras ;

2 Vivæ tuæ, frater, tempore, vivæ meo.

2 Ego in æterna mortis conditio me manebo, ut tu in æternum vivas.

### Aliena male recitans, XX.

**Q**uem i recitas, mens est, o Fidentine, libellus :  
Sed male cum recitas, incipit esse tuus.

1 Pro more poetarum, qui carmina sua recitabant publice  
in æde Apollinis Palatini, theatris, templis, hortis, &c, vel  
private & coram paucis.

### Laus viri boni, XXI.

**S**i quis erit, rarus inter numerandus amicos,  
Quales prisca fides, famaque novit & avos ;  
Si quis 2 Cecropia madidus Latieque Minerva  
Artibus, & vera simplicitate bonus :  
Si quis erit 3 recti custos, imitator honesti,  
4 Et nihil arcane qui roget ore deos ;  
Si quis erit 5 magnæ subnixus robore mentis,  
6 Dispeream, si non hic Decianus erit.

1 Priscos illos propter amicitiam sincere cultam decantatos.  
Herculem & Theseum, Damona & Pythiam, Pyladen & Ore-  
stem, &c. Alii legunt, anus, id est fama vetusta, diuturna,  
multis retro seculis celebrata. Ita Catullus, & facite hæc char-  
ra loquatur anus. Fama loquax, chartaque dicet anus.  
2 Graeca Romanaq; scientia & artibus imbutus. 3 Stoicæ di-  
sciplinae satelles & sectatores. 4 Et qui ea peryenit, ut nihil  
roget Deum, nisi quod rogare possit palam. Seneca epist. 10.  
qui aperto viruit voto, nec Labra marceret metuens audiri.  
5 Fortis & constans. 6 Execrationis formula.

## Supplicium invidi . XXII.

**Q**ui ducis vultus , & non legis ista libenter ;  
2 Omnibus inuideas , Livido , nemo tibi .

1 Qui vultum adducis ad tristitiam , qui contracta fronte  
hæc improbas . 2 Insinus omnium sis precor , qui habeas cur  
omnibus inuideas : cur tibi , nemo . Hinc illud antiqui : Nemo  
invidit misero .

## De Porcia . XXIII.

**C**onjugis audisset fatum cum Porcia Bruti ,  
Et suberacta sibi quereret arma dolor :  
Nondum scitis , ait , mortem non posse negari ?  
Credideram , satis hoc vos docuisse & patrem .  
Dixit , & ardentes avido bibit ore favillas :  
I nunc , & ferrum , turba molesta , nega .

1 Historia nota ex Plutarchi Bruto . 2 Catonem , cuius  
morituri illa vox : An nescis paulisper spiritu represso , aus  
capite ad parietem illiso emori licere ?

## De apro ad coenam apposito . XXIV.

**B**is tibi triceni suimus , Mancino , vocati ,  
Et positam est nobis nil here præter I aprum .  
2 Non quæ de tardis servantur vitibus uva ,  
Dulcibus aut certant quæ 3 melimela favis ,  
4 Non pyra quæ lenta pendent religata genista ,  
Aut 5 imitata breves punica mala rosas .  
6 Rustica lactantes nec misit fiscina metas ,  
Nec de Picenis venit oliva cadis .

7 Ne-

1 Aprum ad convivia natum . Quem integrum mensis in-  
ferebant Romani . 2 Non nobis apponebantur uvæ duracines ,  
non , &c . 3 Dulcissima poma ita dicta a mellis sapore . 4 Non  
pyra ferocina , quæ ad maturitatem pendent ab arbore , vel in  
cella vinculo religata e genista lenta . 5 Quæ balans . id est  
floris colore imitantur rosas , flores brevis ævi . aliis , quod ipsa  
arbor brevis ævi fit . 6 Nec calatho rustico allata apponeba-  
tur nobis meta lactis , id est lac coagularum , in formam metæ  
Circensis , id est inversi carbinis . ceu pyramidis coactum .

- 7 Nudus aper ; sed & hic minimus , 8 qualisque necari  
A non armato pumilione potest .  
9 Et nihil inde datum est , tantum spectavimus omnes .  
Ponere aprum nobis sic & arena solet .  
Ponatur tibi nullus aper post talia faba :  
10 Sed tu ponaris , cui Charidemus , apro .

7 Non inconditus (ut volunt quidam) sed absque aliis cibis &  
obsoniis illatus . 8 Nec dignus ferro Meleagri , sed qualis ab  
interni nano confici possit . 9 Neque eum carpor scindens  
præministrabat , sed tanquam in Amphitheatro nobis pro spe-  
ctaculo exhibitus est . 10 Sed tu objiciaris apro discerpendus ,  
ut Charidemus a Domitiano ,

### Leo & lepus amici . XXV.

**R**eticibus his tauros non eripuere 1 magistri ,  
Per quos præda fugax itque redire lepus .  
Quodque magis miram , velocior exit ab hoste ,  
2 Nec nihil a tanta nobilitate refert .  
Tutior in sola non est cum currit arena ,  
Nec cavea tanta conditur ille fide .  
Si vitare canum morsus , lepus 3 improbe , quaris :  
Ad qua confugias , ora leonis habes .

1 Custodes leonum , mansuetarii . 2 Robur scilicet animo  
mosque sumit a leonis magnanimitate . 3 Audax , callide .

### Cum dignitate otium . XXVI.

**V**ir Celtiberis non tacende gentibus ,  
Nostra que laus Hispanie ;  
1 Mercetur alius grande , & insanum sophos ;  
Miserere tu 2 felicium ;

C 3 3 3 3

1 Alius irrequieto labore aucupetur insani populi auram  
sibi tanquam diserto patrono acclamantis , ορφως , Insanum sou-  
phos , contradicatio implicita , vel Hypallage , plebis insane .  
2 Horum qui plebis laudibus tumidi & forensibus negotiis oc-  
cupati se felices credunt , digni sane misericordia .

## 38 EPIGRAMM. DELECTVS

3 Veroque fruere & non superbis gaudio,  
Dum & Sura laudatur tuus.

6 Non impudenter vita, quod reliquum est, 7 perit;  
Cum fama, quod satis est, habet.

3 Gaudio tranquillæ vitæ, curis & molestiis liberae, non solici-  
tæ. 4 Non ambitiosus, non levis populi aura inflatus, 5 Pal-  
phurius Sura, cæterique laudis avidi caussidici foro vacent.  
6 Tu, O Liciniane, laudum satis amplum titulum cumulunque-  
consecutus, in posterum citra gloriæ jacturam aue infamie nos-  
tam, otio & quieti indulge, 7 alii perit.

## Ad Leporem. XXVII.

**N**on 1 facit ad seuos cervix, nisi 2 prima, leones;  
Quid fugis hos dentes, 3 ambitiose lepus?  
Scilicet a magnis ad te descendere tauris,  
Et qua non 4 cernunt, frangere colla velint?  
Desperanda tibi est 5 ingentis gloria fati:  
6 Non potes hoc tenuis præda sub hæste mori.

1 Leo cervices ignobiles non curat. 2 Maxima, taurorum  
scilicet & cervorum. 3 Fati gloriam a leone captans. 4 Pra-  
exilitate. 5 Gloriose mortis tibi a Leone datae. 6 Nolo in-  
quinari ignavæ sanguine. Phæd.

## • Plagiarius furti convictus. XXVIII.

**V**na est in 1 nostris tua, Fidentine, libellis  
Pagina; sed certa domini signata figura;  
Quæ tua 2 traducit manifesto carmina farto.  
Sic 3 Aretina 4 violant crystallina testæ;  
Sic niger, in ripis errat cum forte 5 Caystri,  
Inter Ledas ridetur corvus olores;

6 Sic  
1 Quos tibi vindicás furtó. 2 Quæ te manifesto arguit cæ-  
tera surripuisse. 3 Tua pagina meis libellis inserta non minus  
sordore apparet, quam testæ fictiles ex luto Aretino inter vasa  
crystallina: aut corvus inter olores: aut pica inter lusciniæ. Are-  
tium Italijæ urbs, ubi terra testis ap: 4 Contaminant crystallas  
comparatæ cum crystallinis yasis ipsæ sordent. 5 Asæ fl. cygnis  
frequens.

- Sic ubi multisona servet sacer 6 Attide lucus,  
Improba Cecropias offendit pica queretas .  
7 Indice non opus est nostris , nec vindicta librīs:  
Stat contra , dicitque tibi sua pagina , sur es .

6 Philomela , Pandionis regis Atheniensis filia. 7 Non opus  
est alio delatore aut assertore quam tua pagina , quæ te furti  
accusat damnaque .

### Amicus novus . XXIX.

**S**i quid , Fusce , vacas adhuc amari ;  
(Nam sunt hinc tibi , sunt & hinc amici : )  
Unum , si superest , locum rogamus ;  
Nec me , quod tibi sum novus , recuses .  
Omnes & hoc veteres tui fuerunt .  
Tu tantum inspice , qui novus paratur ,  
An possit fieri vetus sodalis .

1 Si quid loci apud te reliquum sit novo amico . 2 Novi  
scilicet .

### Vita quieta . XXX.

**V**ota 1 tui breviter si vis cognoscere & Mart .  
2 Clarum militie , Fronto , togæque deus .  
Hoc petit 3 esse sui nec magni ruris arator ,  
3 Sordidaque in parvis oria rebus amat .  
4 Quisquam 5 picta colit Spartani frigora saxi &  
Et 6 matutinum portat ineptus 6 ave &  
Cui licet exigui nemoris rurisque & beati  
8 Ante focum plena explicuisse plagas &

C. 4

Et

1 Amici tui Marci Valerii Martialis,id est mei. 2 Fuit enim  
tribunus vigiliarum , & consul. vir clarus juxta ac doctus .  
3 Sine cultu & splendore,in re modica & tenui . 4 Nemo adeo  
cui obrigit modicus contigit cum lare fundus,modo mens sana  
sit, velit superbos aditus patronorum durisque fores colere , ut  
summo manè eos salutet . 5 Atria divitum ad frigiditatem in-  
crustata marmore Laconico,natura quidem variegato, sed & arte  
insuper picto, teste Plin. lib.35. cap.1. 6 Salutationis matutinæ  
vocem solennem. 7 Fertilissimæ metonymice, quod domi-  
num beatum reddat. 8 Evacuare ante focum casles & recta  
prædis onusta .

Et pescem tremula salientem ducere seta,  
Flavaque de rubro promere mella cado?  
Pinguis 9 inaequales onerat cui villica mensas,  
Et sua 10 non emperus preparat ova cinis?  
Non amet hanc vitam, quisquis me non amat, optos  
Vivat & urbanis 11 albus in officiis?

9 Mensa sed erat pes tertius impar, Testa parem fecit. Ov.  
Metam.8. 10 Meus, Vincius namque in ipsum sylva descendit  
focum. 11 Nonnulli exponunt pallidus, anxius scilicet & so-  
licitus: alii, pulcher, non fuscatus scilicet sole rusticō. Lipsius r.  
Elect. c. 13. Alba toga induitus inter anteambulonum & niveo-  
rum Quiritum officia; seu cretatus & candidatus in comitiis.

## Patria Scriptorum. XXXI.

V Erona docti + syllabas \* amat & vatis;  
Marone \* felix & Mantua est:  
3 Censetur 4 Apona Livio suo & tellus,  
Stellaque nec 6 Flacco minus:  
7 Apollodoro \* plaudit 8 imbrifer Nilus;  
Nasone Peligni \* sonant.  
9 Duo que Senecas, unicunque Lucanum  
\* Facunda loquitur Corduba.  
\* Gaudent jocosa Canio suo Gades;  
10 Emerita Deciano meo.  
Te, Liciniane, \* gloriabitur nostra.  
\* Nec me tacebit Bilbilis.

+ Versus e quibus plerique Hendecasyllabi Phalacri.  
\* Adverte signata & ad argumentum cuiusque auctoris vel loci ap-  
posita verba, Amat; felix; censetur; plaudit; sonant; facunda lo-  
quitur; gaudent jocose; gloriabitur; & modestum illud, non ta-  
cebit. 1 Catulli. 2 Virgilius natus est in pago qui Andes  
dicebatur, non procul a Mantua. 3 Magni sit, in censu & æsti-  
matione est. 4 Patavinus ager, Patavium, ab Apono Fonte. An-  
tenoreæ vitam qui porrigit urbi. 6 Valerio Flacco. 7 Poe-  
ta Alexandrino, Menandri æmulo. 8 Qai inundatione sua, vice  
imbrium (qui in Ægypto rari) fungitur in terra irriganda. 9  
patrem rhetorem & declamatorem; filium philosophum & tra-  
gicum: vel L. Senecam philosophum fratreisque ejus filium Mar-  
cum tragœdum. 10 Emerita Augusta civitas Hispaniæ ad Lu-  
staniæ spectans.

Ad

## Ad furem, de libro suo. XXXII,

**E**rras meorum fur avare librorum,  
 1 Fieri Poetam posse qui putas tanti,  
 2 Scriptura quanti confest, & tomus vilos.  
 3 Non sex paratur aut decem sophos nummis.  
 4 Secreta quare carmina, & 5 rudes curas,  
 Quis novit 6 unus, scrinioque 7 signatas  
 Custodis ipse 8 virginis 9 pater chartæ;  
 10 Quia erita duro non inborruis mento.  
 11 Mutare dominum non potest liber notus.  
 12 Sed pumicata fronte si quis est nondum,  
 Nec umbilicis cultus atque membrana:  
 13 Mercare tales ab eo, nec sciet quisquam.  
 Aliena quis quis recitat, & petit famam;  
 Non emere librum, sed silentium debes.

1 Qui ambitione nomen Poetæ auctoratis. 2 Librarii trans-  
 scribentis opella, & non ita maghi precii chartæ scapus. 3 Ipsa  
 sapientia aut sapientiae laus non paratur, quo liber, pietio. 4  
 Nondum vulgata. 5 Versus nondum in publicum émissos. 6  
 Auctor solus. 7 Clausas, necdum editas. 8 Quæ nondum le-  
 ctorem experta est, quam nullius viri manus contrectavit, nullius  
 lectoris oculus foris vagantem vidit. 9 Auctor. 10 Quæ nondum  
 dum lectoris manu versata, lanugine inhorrescit, pilosaque facta  
 est aliis quæ nondum recitata atque edita horrescit, ab auditio-  
 rum basantium mento. 11 Frustra & sero plagiarius sibi ad-  
 scribit opus cuius innocentia auctor. 12 Si quis vero liber no-  
 vis sit, cuius frontes (ex sunt, extremitates membranæ in orbem  
 complicatae, in medio quarum apparebant cornua) pumice jam  
 primum poliuntur, & cuius umbilicus (is est bacillus cedrinus,  
 buxeus, cupressinus, &c. extremæ paginæ, absoluто jam opere, assu-  
 tus) vel umbilici extremitates (quæ, complicatis in volumen mem-  
 branis, utrinque apparent, cornuaque appellantur) ebore, argen-  
 to vel auro ornantur; & quem novissime obducit pellishunc eime,  
 simulq; auctoris silentiu. 13 P. Scriverius Mercare tales habeo, nec  
 scilicet.

Fur carminum non est Poeta. XXXIII.

**N**ostris verbis esse te Poetam,  
 Fidensine, putas, capisque credi?

1 Sic

- 1 Sic dentata sibi videtur *Ægle*,  
 Emptis & ossibus, 3 Indicoque cornu :  
 Sic, quæ nigror est 4 cadente moro,  
 5 Cerussata sibi placet *Lycoris*.  
 6 Hac & tu ratione, qua poeta es,  
 Calvus cum faeris, eris comatus.

1 Emendo & adsciscendo aliena pro suis. 2 Dentiæ ex  
 osse vel ebore factiis. 3 Elephantis belluæ Indicæ cornu, ut  
 volunt Varro, Pausanias, Oppianus, &c. vel dente *Aristot.*  
*Plinium, Philostratum.* 4 Præmaturo, qui niger. 5 Candida &  
 lita cerussa. 6 Comam addititiam sumendo.

### De mutuum rogantibus. XXXIV.

**D**imidium donare *Lino*, 1. quam credere totum,  
 Qui mavult; 2. mavult perdere dimidium.

1 Mutuum dare. 2 Æque enim utrumque non solvit, mu-  
 tuum ac donatum; totum ac dimidium.

### Musæ egentes. XXXV.

**O**mibi & curarum pretium non vile mearum;  
 Flacco, 2 Antenorei spes & alumne Laris :  
 3 Pierios differ cantusque chorosque .4. sororum :  
 Aes dabit ex iphis nulla puella tibi.  
 Quid petis a 5 Phœbo ? nummos habet 6 arca Minervæ:  
 7 Haec sapit; 8 hac omnis fenerat una deos .

9 Quid

1 Curarum mearum levamen unicum & solatium, vel studii  
 poetici quod mihi tecum est commune, grande decus. 2 Urbis  
 Patavii quam condidit Antenor, fuit n. Val. Flaccus Argentau-  
 ticon auctor civis Patavinus. 3 Desine & desere poeticam, cum  
 Musæ nullo sint in pretio: vel differ in aliud tempus, cum piæ-  
 sens postuleat ut rem facias. 4 Novem Musis 5 Cui laurus &  
 laus nuda curæ. 6 Arcæ patronorum, quibus leges & causæ ,  
 quas dedit, quas docuit Minerva, nummorum affari dederunt .  
 7 Lucri enim bonum odorem sapere, vera est hodie sapientia,  
 alludit. 2. ad Avieni apologum in quo Palladem collaudat Iu-  
 piter, quod cæteris diis steriles ad gloriæ speciem eligentibus  
 arbores, illa olivam propter fructum elegisset. 8 Adeo dices  
 est, ut cæteris diis mutuum det.

- 9 Quid possent hederæ Bacchi dare? 10 Palladis arbor  
Inclinat 11 varia's pondere nigra comas.  
12 Præter aquas Hælicon & ferta, lyrasque Dearum  
Nil habet, & magnum semper inane sophos.  
Quid tibi cum Cirrha? quid cum 13 Permessido's unda?  
Romanum propius, diuītiasque forum est.  
14 Illic æra sonant: at circum 15 pulpita nostra,  
Et 16 steriles 17 cathedras, basia sola crepant.

9 Quis enim usus corymborum & hederæ? 10 Oliva, cuius ramæ  
mi-ubertate incurvantur. 11 Frondes varii coloris baccis onus  
stas. 12 Studia hæc & opera poetarum, que Helicone, Cirrhæ,  
Permesside lymphæ, sacris Phœbo, Bromio & Musis atque hujus-  
modi bullatis tonant nugis, adferunt tanteum voluptatem, ina-  
nem laudem, plausum & basia ab auditoribus; quin te potius  
conferas ad forenses caussas agendas, unde rem augeas ac dite-  
scas? 13 Permesside nuda? omnino reponendum monet Scri-  
verius. 14 In foro numeratur patronis. 15 Editiora loca an-  
te scenam, e quibus recitabantur poemata. 16 Nullum fructum  
afferentes. 17 Auditorii subsellia.

## Mors Romana. XXXVI.

- 1 Indignas premeret pestis cum rabida fauces,  
Inque suos vultus serperet atra lues:  
2 Siccis, ipse genis flentes bortatus amicos,  
3 Decrevit Stygios Festus adire lacus.  
4 Nec tamen obscuro pia polluit ora veneno,  
5 Aut torcit lenta tristia fata fame.  
6 Sanctam Romana vitam sed morte peregit,  
Dimisitque animam, & nobiliore via.  
8 Hanc mortem fatis magni præferre Catonis  
Fama potest: hujus Cæsar amicus erat.

## Lusus

- 1 Festus immedicabili mentagri correptus. 2 Oculis non  
lactymantibus, & firmo pectore. 3 Relinquendæ vitæ certus.  
4 Non polluit veneno, quo sublati efferuntur nigri. 5 Non  
torsit inedia voluntaria. 6 Sed vulnere facto emisit animam,  
mortis genere Romanis solenni, Lucretiæ, Scipioni, Catoni,  
Bruto, &c. 7 Honestæ & ampla porta, non qua foeda illa foetida-  
que pestis fauces obstruxerat. 8 Hic itaque non fugit e vita  
Cæsaris odio, quod fecit Cato ille Uticensis, ne subire vultum  
tyranni cogeretur, ut ipse dicebat.

44 EPIGRAMM. DELECTVS  
Lusus in verbo Agere. XXXVII.

**S**Emper agis caussas, & res agis, Attale, semper :  
Est, non est quod agas, Attale semper agis.  
Si res, & caussæ desunt, 1 agis, Attale, mulas.  
Attale, ne quod agas desit, 2 agas animam.

1 Agitas. 2 Moriaris.

De Regulo pene oppresso. XXXVIII.

**I**Hec, que pulvere dissipata multo  
Longas porticus explicat ruinas,  
En quanto jacet 2 absolta casu !  
Tectis nam modo Regulus sub illis  
Gestatus fuerat, recesseratque ;  
Vita est pondere cum suo repente ;  
Et postquam domino nihil timebat,  
Securo ruit incruenta damno.  
Tantæ, Regule, post metum querelæ ;  
Quis curam neget esse te deorum,  
Propter quem fuit innocens ruina ?

1 Ejusdem argumenti & artificii ac epigram. superius quod  
incipit: Itur ad Herculei pag. 29. 2 Crimine absolta, quæ  
innoxio lapsu caduta superfederat domini capite immententis.

Vicinus alienus. XXXIX.

**V**icinus meus est, manuque tangi  
De nostris Novius potest fenestræ.  
Quis non invideat mihi, putetque  
Moris omnibus esse me beatum,  
Juncto cui liceat frui sodale ?  
Tam longe est mihi, quam 1 Terentianus,  
Qui nunc Niliacam regit Syenen.  
Non convivere, nec videre saltem,  
Non audiare licet, nec Vrbe tota  
Quisquam est tam prope, tam proculque nobis.

1 Praefectus Egypti, in qua, Aethiopiam versus, urbs Syene,  
umbras nusquam festens solstitio relive,

Mi-

*Migrandum est mihi & longius, vel illi.*

*Vicius Novio, vel & inquiline.*

*Sit, si quis Novium videre non vult.*

*2 Neque enim tam prope videre fas est, 3 In ipsis novii adibus habitet oportet: Inquiline, qui eundem colit focum Fest. lib. 9.*

### Epitaphium pueri. XL.

**A**leime, quem rapsum domino & crescentibus annis  
*2 Labicana & levi cespice velat humus:*  
*Accipe 4 non obario nutantia pondera saxo,*  
*5 Qua cipolla manus dat ruitura labor:*  
*Sed fragiles & buxos, & opacas palmitis umbras;*  
*Quaque virent lacrymis humida prata meis.*  
*Accipe, cara puer, nostri monumenta & laboris:*  
*Hic tibi perpetuo tempore viveat honor.*  
*Cum mibi supremos 8 Lachesis perneverit annos;*  
*Non aliter cineres mando jacere meos.*

*1 Jam adolescentem. 2 In via Labicana, quæ & porta Esquilia dicit ad Labicum Italiz pagum. 3 Non magnifico tumulo: vel respicit precationis & inscriptionis formulam; Sit tibi terra levius. 4 Non obeliscos & pyramidas, non statuas quæ columnis e sauro Ægyptio innixæ pendere & nutare videantur. 5 Consumet ferrum lapidemque vetustas, &c. Ovid. 4. de Ponto. & Juven. Sat. 10. data sunt ipsis quoque fata sepulchris. 6 Buxetum, hypampelon, viridarium, flores pratinus: tumulis namque moris erat virentes inserere arbores, Spirantesque crocos & florum perpetuum Ver. 7 In cippo excolendo, & hoc carmine. 8 E Parcis una, id est ubi fata absolverint penam vitæ meæ.*

### Ad Poetam obtrectatorem. XLI.

**C**um tua non edas, carpis mea carmina, Lali,  
*Carpere vel noli nostra, & vel ede sua,*  
*8 Ut sint quæ ego vicissim carpa.*

## In Rabulam, XLII.

**Q**UOD clamas semper, quod agentibus obstrepis, Heli;  
Non facit hos gratis; accipit, ut raceas.

Pessimum rabulam obstrepero clamore se aliorum actionibus  
ingerentem, ut quem propter imperitiam nemo adscivisset, pro-  
pter importunitatem aliquis placaret, objecta trifaci huic Cer-  
bero pretii offa ut taceret: potest & intelligi de prævaricatore  
ad tacendum corrupto, ex noto illo joco in Demosthenis argu-  
tanginam. Vide Gell, lib. 11. c. 9.

## In Caussidicum clamosum, XLIII.

**C**UM clamans omnes, loqueris tu, Nævole, semper;  
Et te patronum caussidicumque putas.  
Hac ratione potest nemo non esse disertus.  
Ecce racent omnes: Nævole, & dic aliquid.

1 Qui te ostentare soles, ceteris interstrepido, ac si haberet  
quod dices: ecce, jam silentio facto, ostende quam disertus sis  
patronus. At nunc piscis & rana Scriphia es, nec gru quidem ha-  
bes quod dicas.

## De Podagra chiragra, XLIV.

**I**litigat, & podagra Diodorus, Flacce, laborat;  
Sed nil patrono porrigit; hac & chiragra est.

3 Podagra derenti ut plurimum litigiosi, queruli, loquaces  
sunt, & quia pedibus uti non licet, lingua strenui sunt, mala mul-  
ta animo versantes. 2 Jocatur autem avaritiam Diodori a chir-  
agra, quæ manus contrahit, profectam, licet illi non fuisse chir-  
agra. Contudit articulos. Horat, 2. Serm.

## Quo ditior, hoc sordidior, XLV.

**N**ON plenum modo vicies habebas:  
Sed tam prodigus, atque liberalis;

1 Non omnino vicies centena millia sestertium, Neap. mo-  
neta 500000. carolen.

Et tam laetus eras, Calene, ut omnes  
Optarent tibi & centies amici.

Audit vota Deus, precesque nostras;  
Atque 3 intra, puto, septimas Calendas

4 Mortes hoc tibi 4 quattuor dederunt.  
At tu sic & quasi non foret relictum,

Sed raptum tibi centies, abiisti

6 In tantam miser esuritionem;  
Ut convivia sumptuosiora,

Toto qua & semel apparas in anno;

8 Nigræ sordibus explices moneta;  
Et septem veteres tuj sodales

Constemus tibi 9 plumbea selibra;

Quid dignum meritis precemur istis?

Optamus tibi 10 millies, Calene.

Hoc si contingere, fame peribis.

2 Nostræ monetæ 250000. ducat. 3 Intra septem menses. 4 Hereditates ex quatuor amicis mortuis. 5 Quasi tibi ablata potius & amissa fuissent 250000. ducat. quæ relicta & legata. 6 In avaritiam tam sordidam & famelicam. 7 Solis natalibus. 8 Ærea moneta seu plumbea, cuius conrectatiose sordeat manus; simul & sordes Caleni taxat, qui ad septem veteres amicos excipiendos, non excedebat sumptum ejus summulæ quæ nigra vœnit moneta, quod & vilissimarum rerum pretium est, ut appareat ex adjecta selibra plumbea. 9 Pessimæ notæ, id est æneæ monetæ duobus terunciiis, vel etiam plumbeæ; namque & quadrantes plumbæ Romanis quondam in usu. 10 Millies centena millia H.S. id est nostræ monetæ 250000. ducator.

### De Afra vetula. XLVI.

**M**Ammas, atque tatas habet Afra: sed ipsa tatarum  
Dici & mammarum maxima mamma potest.

Puella sibi visa, quod viverent pater & mater cum nutriciis, quos etiam patres ( pro more ) appellabant; vel quo junior videri possit, seniores se interdum coevas, mox & juniores salutavit appellavitque mammarum & tatarum, patrum scilicet matrumque pranomine, cum ipsa jam vetula esset, ipsorumque abavia videbi posset.

Ludus

## Ludus in malum pictorem. XLVII.

**Q**ui pinxit Venerem tuam, Lycori,  
Blanditus, puto; pictor est Minerve.

Pictor qui pinxit Venerem tuam, Lycori, blanditus est Miner-  
væ, Veneris quondam de pulchritudine æmulæ, adeo deformem  
pinxit: vel, puto, id est, ut videtur: pictor est Minervæ, cui simi-  
lior imago tua, Lycori, quam Veneti. Pictores insuper in Miner-  
væ clientela sunt.

## In avarum. XLVIII.

**S**i dederint superi decies mibi millia centum;  
Dicebat nondum, Scavola, n' factus eques?  
Qualiter e vivam, quam large, quamque beate!  
Riserunt, 2 faciles & tribuere dei.  
Sordidior multo post hoc toga; penula peior;  
Calceus est farcta terque quaterque cute;  
3 Deque decem plures semper servantur oliva;  
3 Explicat & cœnas unica mensa duas;  
Et 4 Vejentani bibunt fax crassa rubelli;  
Et tepidum cœnâ queritur, 5 aſſe cicer.  
6 In jus, o 7 fallax atque 8 inficiator, eamus;  
Aut 9 vitue, aut decies, Scavola, 10 redde Deis;

1 Alii justus, id est nondum plenum & iustum assequutus  
censum equitis, qui quadringenta festerit. 2 O faciles dare pra-  
va deos! 3 E decem olivis major pars reservatur in proximam  
cœnam. 4 Fæculentum & turbidum vinum a Vejentibus in  
Italia. 5 Illi plebeja contentio. 6 E formula vocandi in jus.  
7 Qui vovisti te laute victum si, &c. 8 Qui sordide vivendo  
non agnoscit se ex voto accepisse quod accepit. 9 Laute, ge-  
nieliter. 10 Quando iis neq; ueris, vel, ut liberius vivas, quod  
prius fecisti.

## De spectaculo. XLIX.

**P**luto quod juga & delicata collo  
Pardus sustinet, 3 improbaque tigres

1 Pardi enim & pantheræ variegati & maculosi. 2 Mollia,  
pu purea, serica, ut mox n.8. 3 Feroces, rabidæ. vel, quod ne-  
minim probabile erat passuras tigres.

In-

## 5 Indulgent patientiam flagello :

Mordent aurea quod lupata cervi ,  
 Quod frænis 6 Libyci domandar 6 urfi ,  
 Et quantum Calydon tulisse feror ,  
 Paret 7 purpureis aper capistris :  
 Turpes 8 effeda quod trahunt bifontes ,  
 Et 9 motes dare jussa quod choreas  
 Nigro bollua nil negat magistro ;  
 Quis spectacula non puer deorum ?  
 Hac transit ramen , ut minora , quisquis  
 Venatus humiles vider leonum ,  
 Quos velox leporum timor fatigat .  
 Dimitunt , repetunt , amantque captos ,  
 Et securior est in ore prada ;  
 Laxos cui dare , perviosque ritus  
 Gaudent , & similes tenere dentes ;  
 Mollem frangere dum pudet rapinam :  
 Stratis cum modo weneriat juvencis .  
 Hac clementia non paratur arte ,  
 Sed norunt cui servians deanes .

5 Patiuntur flagra . 6 Vide Lipsium Elect. 2. cap. 4. contendentem leones a Romanis cum rudibus obvia notaque voce dictos fuisse Libycos Ursos: ut & elephantem, bovem Lucam: Scruthionem, passerem marinum: contra quem ex Plinii auctoritate, lib. 8. cap. 36. & 58. docte differentem, cum alii plurimi auctores, tunc hic facit locus, ubi inductione cæterarum ferarum, inter quos & ursorum , ascenditur distincte ad leones . 7 Supra num. 2. 8 Curtius Britannicos . 9 Quod Elephantus saltans paret rectori suo ex Aethiopia . \* Hæc tamen omnia superat leporum lusus per nictus leonum .

Operari denum juvat si est operæ pretium . L.

**S**æpe mihi dñeis , Luci clarissime Juli ,  
 Scribe aliquid 1 magnum : desidiosus homo es :  
 Ofie da nobis : sed 2 qualia fecerat olim  
 3 Macenas Flacco , Virgilisque suo :

D

Con-

1 Epicum & perpetuum carmen. 2 Agros & pecunias, quo Musis vacet, non de lodiœ paranda Sollicitus. 3 Locupletavit Clinius Macenzas Virgilium, Horatium, &c.

*Condere vias ruris tentem per secula 4 curas,*

*Et nomen s<sup>r</sup> Hammis eripuisse meum.*

*6 In steriles campos nolunt juga ferre juvenci:*

*7 Pingue solum lassat, sed juvat ipse labor.*

*4 Carmina, 5 Ut ultra rogos & cineres superfit, 6 Musæ non libenter arant litus, non amant studia, *præmia se tollat.* 7 Optimum quidem solum versare fatigat agricolam, sed amplissimæ segetis ipes alit: non minus magni operis Poetam fructus & *præmii spes.**

### Laus catellæ Publii. LL.

*1 Issa est 2 passere 3 nequior 3 Catulli.*

*Issa est purior osculo columba.*

*Issa est carior Indicis lapillis.*

*Issa est deliciae catella Publj.*

*Hanc tu, si queritur, loqui putabis.*

*4 Sentit tristitiamque gaudiumque.*

*Collo nixa cubat, capitque sumnos.*

*Ut 6 suspiria nulla sentiantur.*

*Et desiderio coacta 7 ventris.*

*8 Gutta pallia non fecellit ulla.*

*Sed blando podo suscitat, toroque*

*Deponi rogat, 9 monet 9 levavi,*

*Casta tantus inest pudor catella.*

*10 Hanc ne lux rapiat suprema rotam,*

*Picta Publius exprimit tabella,*

*In qua tam similem videbis Issam,*

*Ut sit tam similis stibi nec ipsa.*

*Issam denique pone cum tabella:*

*Aut utramque putabis esse veram,*

*Aut utramque putabis esse pictam.*

*1 Nomen catellæ Publii. 2 Protervior, 3 Lesbix passere, cuius nequitiam & mortem cauit Catullus. 4 Sentit hos affectus in*

*Domino, atque illi tristi condolet, hilari festiva congratulatur.*

*5 Collo Domini seu gremio innixa dormit. 6 Respirationes.*

*7 Ejiciendi, 8 Prælitit munditiem lecto, neque ejus compamavit stragula. 9 Alvi seu vesicae onere levando. 10 Ut morituræ superfit memoria, curavit Publius illam pingi.*

De

## De prolixis Epigrammatis. LII.

**S**cibere me quereris, Velox, epigrammata longa.  
Ipse nihil scribis; tu breviora facis.

**E**s virtutibus epigrammatum altera est Brevitas: hanc in Martiale cum essent qui carperent, respondet nescio cui Veloci Poete, brevia sua epigrammata esse potiora illius nullis.

## Honesta libertas. LIII.

**C**um te non nossem, dominum regemque vocabam:  
Cum bene te novi, jam mihi Priscus eris.

Te prius mihi non notum pro munifico patrōno & clario viro honorifice salutabam: postquam vero mihi innocueris, familiarius te appello & mero nomine saluto.

## Ad Lectorem. LIV.

**Q**uacunque lusi juvehis & puer quondam,  
2 Apinasque nostras, quas nec ipse jama novi;  
3 Male collocare si bonas voleas horas,  
4 Et invidebis ocio tuo lector:  
A Valeriano Pollio petes Quinto,  
Per quem 5 perire non licet meis nugis.

1 Epigrammata quæ mihi olim puero exciderunt; venalia sunt apud Q. Poll. Valer. 2 Nugamenta carminum. Apinas autem ut & Tricas Apulias oppidula fuisse vilia scribit Plinius lib. 3. cap. 11. 3 Diomede tantam per ignominiam everla, ut in proverbii ludibrium abierint. 3 Modesta extenuatio. 4 Nec sines ocium abiire sine malo. 5 Exscribi enim facit, venditque.

## Jocus in avarum. LV.

**O**ccurris quoties, Luperce, nobis:  
Vis mittam puerum, subinde dicis,  
Cui 1 stradas epigrammaton libellum,

D 2

Leatum

1 Mutuo.

52 EPIGRAMM. DELECTVS

- 1 Lectum quem tibi protinus remittam?  
 Non est quod puerum, Luperce, vexes:  
 Longum est, si velit ad 2 Pyrum venire,  
 Et 3 scalis habito tribus, sed altis.  
 Quod queris, propius petas licabit?  
 4 Argi nempe soles subire 4 letum.  
 5 Contra Cæsaris est forum taberna,  
 6 Scriptis possibus hinc & inde rotis.  
 Omnes ut cito perlegas Poetas.  
 Illinc me pœz; 7 ne roges Atrectum:  
 Hoc nomen dominus gerit taberna.  
 8 De primo dabit, altero vœe nido  
 Rasum pumiso, purpuraque culsum  
 9 Denariis tibi quinque Martiatum.  
 Tanti non es, ais? 10 sapis Luperce.

2 Alii regionem urbis esse volunt, alii insignia sedium, alii leg. ad  
 pilam. 3 In coenaculo, vel tertio tabulato. 4 Tmesis Argi-  
 letum, ab argilla, vel Argi letho, qui ibi ab Evandro cæsus fer-  
 tur. 5 E regione fori Julii est taberna bibliopole. 6 Postes,  
 columnæ, pilæ bibliopolarum inscripta gerébant nomina libro-  
 rum venalium. 7 Ne sit opus querere quis meos libros habeat  
 venales, Atrectus vocatur bibliopola; alii legi volunt me roges.  
 Atrectum, id est ab Atrecto. 8 De summo forulo, capsa, seu ar-  
 mariorum, in primis a vel iummis nidiis optimi recondebantur libri,  
 in imis seu ultimis libri parvæ estimationis. 9 Quibus fere  
 equivalent 4 caroli, nam festertiū est quarta pars denarii, &  
 festertiū valor notus est. 10 Ionice collaudat hominis ter-  
 des, cui pro vili habetur ingenium & labor Poetæ.

Est & prelixa brevitas. LVI.

**T**ercentena quidem poteras epigrammata, & ferre?  
 Sed quis se a ferro, perlegeretque, liber?  
 At nunc 3 succinti que sunt bona.\* disce libelli.  
 Hoc primum est, & brevior quod mibi charta perit.  
 5 Deinde, quod haec una peraget librarius hora.  
 Nec tantum nugis serviet illo meis.

Ter-

1 Capere. 2 Pateretur, toleraret. 3 Brevis libri commoda.  
 4 Minus insufo & perdo chartæ. modeſte. 5 Librarius citius  
 transcribet hæc, ut melioribus vacet exscribendis.

- Tertia res hæc est , quod si cui forte legeris ,  
 Sis licet usque matus , non odiosus eris .
- 6 Te conviva beget misto quincunce : sed ante  
 Incipiat positus quam repuisse catix .  
 Esse tibi ranta ? canticus brevidate videris .  
 Huius spiki , quam multis sic quoque longus erit !
- 6 Inter pocula legeris , & perlegeris minori spacio , quam viuum  
 aqua calida in quincunce quinque cyathorum capaci dilutum  
 frigescat . 7 Putas tibi satis cavisse .

### Qui solvendo non est . LVII.

**S**Exe , nihil debes ; nil debes , Sexte , faciemur ,  
 Debet enim , si quis solvere , Sexte , potest .

Vere jacet se nihil debere qui non est solvendo . Debitoris n.  
 inopia excludit actionem .

### De visendis amicis . LVIII.

**N**E valeam , si non sat is , Deciane , diebus ;  
 Et tecum rotis noctibus esse velim .  
 Sed 2. dno sunt , qui nos distinguunt , milia passum :  
 Quattuor hac fiant , cum redditurus eam .  
 Sape domi non vs : cum sis quoque , sepe negaris .  
 Vel tantum 3. cauiss , vel 4. tibi sape vacas .  
 Te eamam ut videam , dno mittis non piget ire :  
 Ut te non videam , quatuor ira piget .

1 Jurandi formula , ut , ni vivam , dispercam . 2 Intercapedo  
 & spacium bis milie passum , qui quater mihi fiunt fedeunti ,  
 nec te convenienti . 3 Clientum causis . 4 Tuis studiis , vel  
 balneis , coenis , seu valitudini curandæ .

### Ardelio ; multa agendo nil agens . LIX.

**D**Eclamas 1 belle ; cauiss agis , Attale , belle ,  
 Historias bellas ; carmina bella facis .

2 Scite , lepide ,

D. 3

Com-

Componis belle mimos ; epigrammata belle ;  
 Bellus grammatus , belbus es astrologus .  
 Et belle cantas , & saltas , Attale , belle .  
 Bellus es arte lyra , bellus es arce pila .  
 Nil bene cum facias , facis attamen omnia belle .  
 Vis dicam quid sis : magnus es a ardalia .

2 exolucreayus , ut lib. i. epig. 80. malta agendo nihil agens , qui ut videatur aliquid esse in omnibus , nihil est in singulis : nusquam n. est , qui ubique est . Seneca epist. 2. Alii ab amore & impetu multa tentantis , nihil prosequentis . Alii ab ardeola avi quae in volatu multum movet , paruni promovet , deductum volunt . Sunt qui Ardeliones mimorum genus fuisse volunt .

## In coenipetam . LX.

**Q** uod i fronte Selium nubila vides , Ruse ;  
 Quod ambulator porticum terit serue ;  
 2 Lugubre quiddam quod tacet piger vultus ;  
 3 Quod pene terram tangit indecens basus ;  
 Quod dextra petus pulsat , & somam vellis .  
 Non ille amiti fata luget , aut fratriis :  
 Uterque natus vivit , & precor & vivus :  
 Salva est uxor , & sarcinaque , servique :  
 Nihil colonus ; villicusque decoxit .  
 Mæroris igitur caussa quaerit domi certat :

1 Selii coenipetæ moestitiae & luctus causam esse domine-  
 nium . 2 Quod moesto vulnu tacitus præ se fert luctum .  
 3 Quod demissio sit vultu capiteque dejecto . 4 In avari Selii  
 impendium . 5 Opes ; nammi , que majore domus gemitu , ma-  
 jore tumultu planguntur quam funera .

## Unguentis delibuti . LXI.

**E**sse quid hoc dicam , quod olent una bassa myrrham ,  
 Quodque tibi est numquam non alienus odor ?  
 1 Animæ foetorem & oris spurcitatem dissimilare voluit  
 Postea diapasmatum & unguentorum accitum odore : sub a siduo

*Mor mihi, suspectum est, quod oles bene, Posthume, semper:  
Posthume, non bene olet, qui bene semper olet.*

hujusmodi odore suspicatur Poeta latere ulcus, vomicam, aut certius quippiam.

## Ne litiges. LXII.

**E**T *judex petit, & petit patronus:  
Solvat censio, Sexte, creditoris.*

Præstat absque lite creditorij solvere, ne unum subterfugiens  
in tres incidas: namque munere palpanus judex, (atque obiter  
corrupta taxat judicia) munus aliud tibi extorquebit patronus,  
& creditori tandem ex lege & sententia solvetendum est.

## In Hermum. LXIII.

**Q**UOD nulli calicem tuum propinas,  
*Humane facis, Herme, non superbe.*

Habebant veteros, honoratores maxime, in coaviviis peculiares suos calices: quos alijs interdum propinare, humanitatis erat, contrarium, superbiz. Invertit hòc Poeta collaudando Hermum, quasi hoc ab illo humane factum sit, ne calice a foetore oris iui venenato alijs offendat. Franc. Luisinus in nominis ambiguitate, quod illi cum Deo Mercurio communis est, joci acumen lateru putat. q.d. facis ut homo, &c.

## Luxus morbos parit. LXIV.

**Z**OILUS agrotat, 1. faciunt hanc 2. stragula febrem:  
3. Si fuerit fatus, coctina quid facient?

**D**4. *Quid*  
1. Ut videntibus ostentet stragula, morbum simulat. 2. Tape-  
tia lecto strata. Non convenit Grammaticis de stragulis, vestes he-  
an lectorum strata denotent: ego utrumque, namque leonis spo-  
lrium Hecculi pro lecto & stragulo, pri Senecam: quoniam ab illis  
tegmen meum, Idemque somno mollis Hercules torus. 3. Si  
valget, non possent videri stragula.

56 EPIGRAMM. DELECTVS

Quid 4 torus a Nilo ? quid 5. Sidona tinctus olentis ?  
Ostendit stultas quid nisi morbus opes ?  
Quid tibi cum medicis ? dimitte 6 Machaonas omnes .  
7 Vis fieri sanus ? stragula sume mea .

4 Torus e lino Ægyptiaco , & Alexandrina pluma factus.  
5 Torus Sidonio tinctus murice, purpureus: legitur &c, sindone  
cinctus, id est plagi, e sindone tincta, olenti murice tinctus.  
6 Medicos, a Machaone filio Æsculapii, nobilitato ab Homero  
cum fratre Podalirio. 7 Sapies & valebis , deposito stragulo-  
rum luxu, sumptisque vilioribus, cuiusmodi mea sunt .

Bis servus , qui servi servus . LXV.

**C**apo tuam, pudet heu, sed capio, Maxime, caenam :  
Tu captas aliam: jam sumus ergo pares .  
Mane salutatum venio : tu diceris esse  
Ante salutatum: jam sumus ergo pares ,  
Sum 2 comes ipse tuus, tumidiq[ue] 3 antecambulo regis.  
Tu comes alterius: jam sumus ergo pares .  
Esse sat est seruum: jam nolo 4 vicarius esse .  
5 Qui Rex est, regem, Maxime, non habeat .

1 Ego te pro rege meo & patrono salutabam, comitabar, pro-  
sequebar, oceanam hioc promeriturus, neque negabo me hinc co-  
nam captare : sed & te video eadem obire officia. ( namque hoc  
faciebant potentiores;) quæcirea, cum tibi par sim, renuacio tuis  
clientelæ, nolo esse cliens clientis, &c. 2 Comes est, qui latus  
rexit, honoris gratia: dictus & exterior seu latero. 3 Anteambulo  
qui præcedit patronum divitem & potentiorem, Poetis Re-  
gem dictum. 4 Sive utiarus est qui seruo paret: Horat.  
5 Ut idem Martialis alibi: Non bene, crede mihi, seruo servitur  
amico : Sit liber, dominus qui volet esse meus .

In Plagiarium . LXVI.

**C**Armina Paulus emit: recitat 1 sua carmina Paulus.  
Nam quod emas , possis dicere jure tuum .

1 Quia empta .

11

## In Posthumum. LXVII.

**B**Asia das abitis, abitis das, Posthumus, i dixeram:  
Dicte, utrum mavis i elige. 2 malo manam.

i Exosculandam malam aliis simpliciterprehendendam tan-  
gendarique, quod illud nimis fastuosum sit, & Imperatorum pro-  
prium. 2 Dispicere enim basia sparci oris.

## De eodem. LXVIII.

**Q**uid nihil nobiscum est, o \* Phœbe, \* novemque sororat?  
Ecce noctes vaci Rūsa jocosa suo.  
Dimidio nobis dare Posthumus ante solebas  
Basa, nunc labno cœpit utroque dare.

\* Numinis cultorè paenitentia suo. Ovid. 2. Trist. Aperte me  
prius leviter noscum dimidio basio salutabat, iam ex carminibus  
notiorem me toto ore osculatur.

## De eodem. LXIX.

**N**on dicam, licet usque me regeris,  
Quis sit Posthumus in me libello,  
Non dicam: i quid enim mihi successe.  
Mas offendere basitationes,  
Qua se tam bona vindicare possunt?

i Cur enim velim illum publicaque nomine offendere, cui fa-  
cile est me, feedis oculis sub amicicia nomine datis adeo mihi  
non abnuendis, vindicare?

## In Candidum. LXX.

**S**i des iniquas etijs tristam fortuna ratione;  
2 Squalidus berebo, pallidiorque res.

i Lege quatuor primis versus ex persona Candidi, ut qui  
sepe promiserat se comitem fore Martiali, si adversæ res inci-  
dissent. & fateor me hic dissentire ab aliis omnibus interpre-  
tibus qui hac tribuant Poeta: sed judicet Lector. 2 Reorum  
propinquis & amicis niveas togas fôrdidis mutare in judicis,  
moris erat, in misericordia aucupium.

Si jubeat patria damnatum exceedere terra,  
Per freta, per scopulos exfusilis ibo comes.

3 Dat tibi divitias: ecquid sunt ista diuina?

Das partem: multum est; Candide, das aliquid.

4 Mecum eris ergo miser. 5 quod si deus ore sereno  
Anaverte: felix, Candide, solus eris.

3 Jam vero fortuna tibi dedit opes, nunquid his me participas?  
non æquam harum posco partem, quanquam neque hæc iniqua  
esset postulatio, apud eum qui se nobis roties ingenerat adversa-  
rum rerum socium. 4 Ita habeo te quidem amicum (ut ais) pa-  
ratum in adversis. 5 Sed si dexter tibi affulserit Mercurius, &  
benigne tecum luserit fortuna, tibi soli dives eris.

### Ad Gallum. LXXI.

**D**ix unquam, semper præstatis, Galle, regans?  
Et semper faltis, jam raga, Galle, nega.

Quoniam ita lubricæ seu præposterae es fidei, ut contrarium  
semper facias iis quæ promiseris: te mihi verbis negare volo, ita  
ex usitato, dabis.

### Amissus folidus. LXXII.

**M** Utua viginti septentia forte negabam,  
2 Quæ vel donanti non grave manus erat.  
Quippe rogabatur felixque, necisque sudalis,  
Et 3 cuius laxis arca flagellat opes.  
4 Is mihi, dives eris, si cauñas egeris, inquit.  
5 Quod peto da, Cai, non peto consilium.

1 Ut mihi mutuo daret. 2 Quam sumnam vel mihi donasse  
non fuisset honestam diviti grave impendium. 3 Cuius arca  
mota resonat laxis nummis tanquam flagellit verbere. Flagellare  
divitias dicuntur qui magnas arcis clausas opes velut verberi-  
bus & carcéribus coercent, &c. 4 Caius consuluit mihi quod  
olim Titus. Vide Martial. epigr. 7. lib. 2. 5 Nummos mutuos,  
non consilium.

Locis

## Locus ab improbis remotus . LXXIII.

**Q**uid mibi reddit ager , quæric , Line , Nomentanus ?  
Hæc mibi reddit ager : se , Line , non video .

Lino exprobanti Martiali facessum in agrum Nomentanum  
rogantique quid haberet reddicu ex agro tam macro & sterili,  
respondet Poeta ex inopinato, si nihil aliud, certe se hoc fructus  
ex eo capere, ut careat conspectu Lini hominis odiosi. Sic ex-  
probanti sibi concitatem Juliano apostate, Marcius Episcopus  
amabilem esse sibi nunc coecitatem respondit, quod illam non  
videret.

## In Sextans . LXXIV.

**E** Mi sen pueris ; rogamus i-poxam ,  
Sed tuos , et uirgos , quatuorve & libras :  
Sexius protinus ille faenator ,  
Quem nostis veterem meum sodalem ,  
Ne quid forte petam , timer , caueque ,  
Et secum , sed ut audiam , susurrat ;  
Septem millia debes Secundo ;  
Phœbo quattuor; undecim Phileto ;  
Et quadrans mibi nullum est in area .  
**O** grande ingenium moi fidelis !  
Durum est , Sexto , negare cum regariis .  
Quanto durius , antequam regaris .

1 Regentem & villosum . 2 Alii Uspote, Grucerus ut puta.  
3 Argenti facti : alii Libras . 4 Sic amicorum petitiones ante-  
vertunt cauti divites: vide Arist. & Rhetor. & Sen. de Benef. .  
5 Ironice .

## In Nævolum . LXXV.

**F**lorida per varios ut pingitur Hybla colores ,  
Cum breve Sicanie ver populantur apes :

1 Quot coloribus distinguitur Hybla in Sicilia , ubi  
mellificæ ages depascuntur flores vernos brevis ætatis :

2 Sic

*2 Sic tua suppositis pellucent prela lacernis :*

*Sic micat innumeris arcula 3 synthesibour.*

*4 sequo 4 unam vestire tribum 5 tua vellera passane,*

*6 Apula non uno quæ grego terra tutit.*

*Tu spectas 7 hyemem 8 suetutti 9 lentes amici,*

*( Pro scelus ! ) 10 lateris frigore erisa mei .*

*11 Quantum erat , infelix , paxis fraudare duabus ,*

*( Quid renuis ? ) non te , dieusele , fed tineas ?*

*2 tot apparent lacernarum colores ad nitem proflarum in  
prællis tuis . 3 Vestibus cornatoris vel quibusvis aliis in vestiarie  
compositis a duurisq[ue] : vel quæ simul induantur . 4 Hyperboli-  
ce . 5 Vester tuæ . Alii legunt tua candida . h.e.tuæ togæ candidæ .  
6 De multis gregibus quos pascit Apulia velleribus nobilis .  
7 Frigus . 8 Cui vestes derrite . Non curzad est . Mei pene nudi .  
9 Tardus ad considerationem . 10 Laceras lacernas , tritas tun-  
nicas , & penetrabili frigori pervias . Legunt alii , frigora trias  
eui . h.e. Mei sodalis tui , latus tum tegentis . 11 Quantulum fue-  
rat tibi , infelix , qui resum usum nescias , non dico , te ( quid refu-  
gis ) copia satis munitum & tueum ; sed tineas , quibus erodendas  
eas relinquis , defraudare duabus lacernis , quas mili domes ?*

### In Maximum . LXXVI .

*V Is fieri liber ? 1 monitis , Maxime , non vis :*

*Sed fieri si vis , hac ratione posse .*

*Liber oris , canere foris si , Maxime , notis :*

*2 Vejentana tuam si domas & eva fitim :*

*3 Si ridore posse miseri chrysendeta Giana :*

*Contentus & hostra si potes effo toga :*

*Mac eti si vis est , si mentis sancta poteras .*

*Liberior 3 Partho viuere & ego poteris .*

*1 Miserum n. est & vile aliena vivere quadra . Juvenal . Sat .*

*3 . vide & epig . 11 . lib . 9 . 2 Vinum teque ac vile ex agro Ve-*

*gentano . 3 Si potes negligere luxuriosas opes divicum , qui iis*

*uti nesciunt . Vel , si risu potes excipere vanorum pompa & simulatas divitias . Chrysendeta , sunt laetæ lances*

*seu patinæ auro circumvinctæ , vel in quibus geminis auro illi-*

*gantur : vide Turneb . lib . 4 . cap . 3 . 4 Trita & plebeja . 5 Parthi*

*pertinacissimi sunt libertatis suis propugnatores .*

Ad

## Ad Sextum. LXXVII.

**V**lo se, Sosse, colo; volebam amare.  
Parendum est tibi: quod jubes, toleris;  
sed si te colo, Sexte, non amabo.

Volebam ego te pro fidelis amare; sed tu me amicam dedi-  
gnatus, te a me clienti colo vis:colam itaque, non amo:timori  
mim cum amore male convenit: & Deo satis est, ut ametur de  
solatus.Seneca epist.47.

## In Zoilum: LXXVIII.

**P**Exāns pulcre ridentem, Zoile, trita.  
Sunt huc trita quidem, Zoile; sed et mea sunt.

1 Gestans togam recentem, & villasam. 2 Non conductio,  
ut tua pexa.

Anceps animus & nihil execuens. LXXIX.

**D**Um modo caussidicum, dum re modo rhetora fingis;  
Et non decernis, Taure, 2 quid esse uelis:  
3 Pelcos, & Priami thanst, vel Nestoris aras,  
4 Et serum jam tibi definere.  
Incipe: 5 tres uno perierant rhetores anno,  
Si quid habes animi, si quid in arte uales.  
6 Schola damnatur; foras licibus omnia fervens:  
7 Ipse poset fieri Marrya caussidicus.  
Bja age, rumpe moras; quo re 8 spectabimus usque?  
Dum, quid sis, dubitas, jam potes esse nihil.

1 Dum te instruis ad forum vel Iocholam. 2 Uter,caussidicus  
an rhetor. 3 Patris Achillis longevi,ue & Priami, & Nestoris.  
4 Tibi dubio,utrum in tres deliberauit,jam ea obrepit aras,qua  
cogitandum erat de relinquendo inito; nisi cogites de caussis  
apud inferos agendis. 5 Atque hinc,vel mediocribus professori-  
bus vacant cathedrae. 6 Rhetorum. 7 Vel ipsa barda Marrya  
Ratua in foro stans & litigantium clamore fervens potuit caussas  
egisse nisi laxa fuisse; & tu sane ubi tam diuturno studio va-  
caris,jam posses caussas agere,nisi plane lapideus essem vel plum-  
beus. 8 Expectabimus.

EPI-

# EPIGRAMMATVM DELECTVS

## Liber Secundus.

# MARTIALIS.

### Amicus otiosus : I.

**O**currat quocumque loco mihi, Posthume, clamas  
Protinus, & prima est hac tua vox, i quid agis ?  
Hoc, si me decies una conveneris hora,  
Dicis: habes, puto tu, Posthume, nill quod agas.

1 Vulgaris salutandi formula, & civiliſ ſatis, ne fiat importunius & ſepiuſ.

### Ambitio servum facit. II.

**Q**uod te i nomine jam tuo saluto,  
Quem regem, & dominum prius vocabam;  
Ne me dixeris esse i contumacem:  
3 Totis pilea sarcinis redemi.  
4 Reges & dominos habere debet,  
Qui ſe non habet, atque concupiscit.

1 Familiariter, & pro more æqualium. 2 Superbum.  
3 Sportula, coena, cæterisque ſervitutis præmijs poſthabitis &  
neglectis, me afferui in libertatem: more ſervorum Rom. qui ma-  
numittendi pileum raso capite acceperunt: dicitur *pileus* & *pi-  
leum*. 4 Qui non habet ſui imperium, qui animi ſui cupidita-  
tes coercere non potest, ille potentiores colit atque ab inferno-  
ribus ſe coli vult, atque ad hoc cupit opes, ſervos, &c.

*Quod reges dominique concubiscunt .  
5. Servum si potes , Qte , non habere :  
Et Regem potes , Ode , non habere .*

*5 Qui suo contentus potest minorum servisio canere , & ipse  
non necesse habebit potentioribus dominis servire , ut ab illis  
accipiat quod his largiatur .*

Laudator insidiosus . III.

*C*andidius nihil est te , Caciliane ; notaui ,  
Si quando ex nostris disticha panca legis ,  
Præcious aut 2 Marci recitas , aut scipta Catulli .  
3 Hac mihi das , tanquam deteriora legas ;  
Ut collata magis placeant mea . 4 credimus illud :  
5 Malo tamen rectes , Caciliane , eas .

*1 Ironice ; alii leg. callidum non placet . 2 Poeta , qui mul-  
ta cum laude scripti epigrammata . 3 Mihi gratificari velle vi-  
deris , præ te ferens mea te cum iis Marti & Catulli recitare , ut  
mea cum iis collata apparet esse æque boni . aut melioris in-  
genii atque artificii , cum revera hoc facis ut mea præ iis sorde-  
scant , quasi majori lumine offuscata . 4 Ironice . 5 Tuis genio  
collata mea facile apparebunt meliora .*

Leo semper est leo : IV.

*V*erbera fœnus solitus leo ferre magnum ,  
Inser tamque pari blandas in ora manus ;  
Dedidicit pacem , subito feritate reversa ,  
Quanta nos in 2 Libyis debitis esse ingens .  
Num 3 duo de tenora puerilia corpora turba ;  
Sanguinem rastris que renovabat humum ,  
Savus & infelix furiali dente peremit .  
3 Martia non vidit majus arena nefas .  
Exchamare libet ; 4 crudelis , perfido , prædicto ,  
A 5 nostra puerte pareere discrupa .

*1 Monobus Asticæ leonum nutrieis . 2 Duos pueros mini-  
stros theatralis qui amphitheatri arenam ferarum gladiatorumq;  
sanguine foedam versando renovabant , iniecta insuper nova  
arena . 3 Marti sacra . 4 Apostrophe ad leonem . 5 Namque  
illa Romulo & Remo infantibus pepercit , immo ubera præbuit .  
Dylli .*

## Dysticha longa. V.

**C**ofconi, 1 qui longa putas epigrammata nostra,  
Utilis ungendis axibus esse potes.  
2 Has tu eruditideris longum ratione colossum,  
Et puerum Bruti dixeris esse brevem.  
Disce, quod ignoras; Marsi doctique 3 Pedonis  
4 Sepe duplex unum pagina tractat opus.  
Non sunt longa, quibus nihil est quod demere possit;  
Sed 5 tu; Cofconi; dysticha longa facis.

1 Quā in epigrammate non tam argutiam quam brevitatem  
exigis, probas te aptiorem fore aurigae servum, qui in Circo  
axes ad celeritatem ungas, quam lectorem diligentem. Ramire-  
suis Colontium hebetem & Rosidum a Poëta dici putat. 2 Ea-  
dem ratione qua epigr. mea a mensura potius quam ab ingenio  
censes, & Colossum arguens nimis esse longum, & statuam pugri  
Bruti nimis esse brevem, cum in utroque laudis summa sit pro-  
pter symmetriam: in hac brevitas, quæ puer, in illo altitudinis,  
quæ Imperatori Deo convenit. 3 C. Pedonis Albino vani epi-  
grammatarii laudatiss. 4. Sepe unum epigramma binas implet  
paginas. 5 Tua epigr. vel brevissima, sunt nimis longazue quæ  
tedium & nauseam pariant.

## Voluntaria nec. VI.

**H**ostem cum fugeret, se 1. Passus ipse periret.  
Hic, rigo, 2. non furest est, ne morire, mors?

1 Fannius Capio quod in Augustum capti vasset proseri-  
pres, ut persecutores fugeret, se ipse interemit. 2. Senec. epist.  
18. Sic mori, vincere est.

## Mala fama. VII.

**A**bscissa servum quid singit, Roneica, lingua? 2.  
Nessis ea populum, quid tacet illa, loqui?

1 Servum, ne scelus domini enunciaret, elongata heras vel  
fecerat, vel simulaverat esse; occasionem hujus epigr. a fabula  
Philomelæ & Terei sumptam opinatus Raderus. ego ex Juvena-  
lis Satyra 9.v.103. secretum divitis ullum, Esse putas; servi ne  
raccant, jumenta loquentur, Et canis & postes, &c.

Diff.

## Difficiles nugæ. VIII.

**Q**ued non carmine gloriæ i Supino,  
 2 Nusquam Græcula quod recantat Echo :  
 3 Non sum , Clavige , raro malus Poeta .  
 Turpe est difficiles habere nugas ,  
 Et stultus labor est ineptiarum .  
 Scribat carmina & circulis 5 Palæmon :  
 6 Me raris juvat auribus placere .

1 Numeris mollioribus composito. Vel postius antistropho. &  
 recurrente (sic n. Ovidio sonat supinus, de Ponto lib. 4. cl. 5. Flu-  
 mina qua in fontes cursu reditura supino) quale literale illud,  
 Romæ tibi subito motibus ibit amor. Verbale illud Virgilii in pri-  
 mis & mediis syllabis : *Musa mihi causas memora, quo numi-  
 ne laeso.* multaque alia, inter quæ Rabani artificiosus dicam an-  
 laboriosus liber de laudibus sanctæ Crucis: atque ejusdem argu-  
 menti alter Publio Optatiano Porphy. autore. Nota sunt illa, *Laus  
 tua non tua fraus, &c.* 2 Non scribo carmina more Græcorum,  
 quorum extremæ partes resonent, more Echus. 3 Non tam nul-  
 lius sum ingenii, ut hæc affectem artificia, his ipse immorer, lecto-  
 remve morer. 4 Turba, plebejæ coronæ recitantem undique  
 cingenti. 5 Forte Q. Rhemnius Palæmon, qui (teste Svetonio)  
 poemata faciebat ex tempore, & scripsit variis & vulgaribus me-  
 tris: aut aliis quispiam tempore Martialis. 6 Paucis sed doctis  
 ex mente Horatii ult. Sat. lib. 1.

## Imitator vitiorum. IX.

**Q**ued nimio gaudes noctem producere vino ,  
 Ignosce ; vitium , Gaure , i Catonis habes .  
 Carmina quod scribis 2 Musis & Apolline nullo ;  
 Landari debes : hoc 3 Ciceronis habes .

1 Uticensis, cuius virtus sœpe mero incaluit, ut ait Horat.  
 2 Nulla gratia, nullo Musarum aut Apollinis instinctu, invitis  
 Masis. 3 Qui infeliciter poeticen est aggressus.

## Ad Quintilianum Rhetorem. X.

**Q**uintiliane, vaga <sup>1</sup> moderator summe juventus;  
<sup>2</sup> Gloria Romana, Quintiliane, togæ;  
<sup>3</sup> Vivere quod proprio pauper, nec inutile annis;  
 Da veniam: properat vivere nemo satis.  
<sup>4</sup> Differat hoc, patios optat qui vincere census;  
<sup>5</sup> Atriaque immodicis artat imaginibus.  
 Me focus, & <sup>6</sup> nigros non indignantia fumos  
 Tetta juvant, & sons <sup>7</sup> vivus, & herba <sup>8</sup> rudit.  
 Sit mibi verna satur: <sup>9</sup> sit non doctissima conjux;  
 Sit non cum somno; sit sine <sup>10</sup> lite dies.

<sup>1</sup> Annos 23. Romæ erudiendis juvénibus impendit Quint. &  
 in his Domitiani nepotes docuit. <sup>2</sup> Romani eloquii summe ar-  
 tifices, insignite senatorio clavo ornamentiisque consularibus.  
<sup>3</sup> Da veniam si etiam in tenui re propera manu carpam gau-  
 dia fugientis vitæ; si frui velim præsentibus, quod pauci adeo fa-  
 ciunt, cum nemo feret vivere, id est vitæ uti commodis & laute  
 vivere sciat, omnes differant. <sup>4</sup> Differant in dies, annos vel se-  
 nectutem ipsam vitæ gaudia & usum, quibus curæ est rem pa-  
 triam augere, & splendere nobilitatis titulis & imaginibus.  
<sup>5</sup> In ariis nobilium, quæ primæ ædium partes, ostendebantur  
 majorum imagines humerorum tenuis expressæ lineis a stenogra-  
 mate ad has discurrentibus. <sup>6</sup> Non aurata laquearia, quæ ne fu-  
 mo corrumpantur, cautio est. <sup>7</sup> Scaturiens, perennis, naturalis.  
<sup>8</sup> Nativæ, non arte læsa & ingenua gratia spoliata. Juven. 3.  
 Sat. v. 18. <sup>9</sup> Ex monte Juvenalis 6 Sat. v. 446. <sup>10</sup> Domestica,  
 & forensi.

## Petit à Domitiano jus trium liberorum. XI.

**R**erum certa salus, terrarum gloria, Cæsar,  
<sup>1</sup> Sospite quo magnos credimus esse deos;  
<sup>2</sup> Si <sup>3</sup> festinatis tories tibi letta libellis,  
<sup>3</sup> Desinuere oculos carmine nostra tuos;

<sup>4</sup> Quod

<sup>1</sup> Quos vel hinc rerum humanarum maximam habere curam  
 scimus, quod te nobis velint incoludem. <sup>2</sup> Mihi scribenti, vel  
 tibi legenti. <sup>3</sup> Quod argumento est placuisse.

4 Quod fortuna vetat fieri, permitte videri;  
 Naturum genitor credar ut esse trium.  
 Hec, si disperciui, fuerint solatia nobis:  
 Hec fuerint nobis praemia, si placui.

4 Iis qui ex matrimonio legitimo tres liberos aut plures fuscepissent, multa erant in spectaculis, honoribus petendis, divisionibus publicis privilegia; natum hoc *jus trium liberorum* a triceminis Horatiis, Liv. i. Hoc autem jure donabantur a Cæsare multi quibus natura negaverat. Poeta *autem* proles hujus imaginariæ jus ab Imp. petit, laboris sui præmium vel solatium.

### Scriptor mutus. XII.

**V**erfculos in me narrat scribere Cinna:  
 Non scribit, cuius carmina nemo legit.

### In Prodigum. XIII.

**C**onstituit Philomuse, pater tibi millia bina  
 1 Menstrua, 2 perque omnes praefit illa dies,  
 3 Luxuriam premeret cum crastina semper egestas.  
 Et vitiis essent danda diurna tuis.  
 4 Idem te moriens heredem ex ase reliquit 3  
 Exheredavit te, Philomuse pater.

1 In dimensum menstruum. 2 Et illius dimensi menstrui singularis partes singulis divisit diebus. 3 Idque ut crastinam anteverteret egestatem coercendo hodiernum luxum. 4 Certe cum te tibi reliquerit, feceritque hereditatem tui Juris, te quasi exheredavit: nam tu rapide omnia abssumis: melius consuluisset tuo luxui dato curatore.

### Conviva unctus & jejonus. XIV.

**V**nguentum, fateor, bonum dedisti  
 1 Convivis 2 here: sed 3 nibil scidisti:  
 Res 4 falsa est bene olere & esurire.

**E** 2 3 **Quid**  
 1 A Balneis & ante coenam prisci inungebantur. 2 Heri.  
 3 Nil convivis distribulisti, carpsisti. 4 Ironice, id est insulsa & inepta. MS. Bodl. falsa est.

5 Qui non cœnat & ungitur, Fabulle;  
Hic vere mihi mortuus uidetur.

¶ Silicernium hoc mihi videtur, ubi apponitur cœna, nihil distribuitur, ubi ungimur tantum velut mortui, quorum cadavera ungere condireque mos erat.

## In Næviam. XV.

**D**um non vis leporem, dum non vis i carpe nullum;  
Et plus quam patri, Nævia, parcis apro;  
Accusas, 2 rumpisque coquum, 3 tanquam omnia cruda  
Attulerit. 4 nunquam sic ego crudus ero.

1 Scissum distribuere convivis. 2 Cædis. & alludit ad carpis.  
3 Causata obsoniorum cruditatem ut serventur ad alias coenas explicandas. 4 Si modo nihil esitavero, nunquam ex obsoniorum copia crudus erit mihi stomachus: & ludit in translatione ~~as~~ crudi. Crudus lepus erit non cotto: ac in homine cruditas ex epularum copia, vel nimio cibo oritur, quem stomachus non concoxit.

## De vipera in ore ursæ. XVI.

\* **P**roxima centenis ostenditur Ursæ columnis,  
Exornant fīcte qua Platanona feræ:  
Hujus dum patulos alludens tentat hiatus  
Pulcher Hylas; teneram meritis in ore manum;  
Vipera sed cæco scelerata latebat in ore,  
2 Vivebatque anima deteriore fera.  
Non sentit puer esse dolos, nisi dente recepero;  
3 Hoc admisisset vivæ nec ursæ nefas.

1 In porticu seu stadio potius centum columnis sublata, planis juxta consitis opaca, & statuis ferarum exornata, dum ludibundus puer & ursæ velut insultans ori statuæ hianti manum insereret, a vipera, quæ in ore statuæ latebat morsus. interiit.  
2 Picta hæc leu marmorea ursa comperta est lethalior ursa vivæ, quasi spirans anima viperæ quæ sua deterior. 3 Scripsérat Martialis, Dum perit, o facinus, falsa quod ursa fuit! Sed in hujus versus obscurioris nec satis elegantis locum vísuum est alterum huic ex ipso Martiali transferre.

De

## De Canio homine perfaceto . XVII,

- D**ic Musa quid agat Canius meus Rufus ?  
 Utramque chartis tradit ille i vitturis  
 Legenda & temporum alta Claudianorum ?  
 3 An qua Neroni falsus adstruit scriptor ?  
 An emulatur improbi jocos & Phædri ?  
 Lascivus elegis , an severus herois ?  
 5 An in cothurnis horridus Sophocleis ?  
 6 An otiosus in schola poetarum  
 Lepore tintos Atteco sales narrat ?  
 Hinc si recessit , porticum terit 7. templi ?  
 An 8 spatia carpit latus Argonautarum ?  
 9 An delicate Sole rufus Europe  
 Inter repentes post meridiem buxos  
 Seder , ambulatue liber acribus curis ?  
 Titine thermis , an lavatur 10 Agrippa ?  
 An rare Tulli fruuntur , atque Lucani ?  
 11 An astuantes iam profectus ad Bajas

E 3

Piger

1 Non perituris, eo natis genio & fato ut immortalitatem  
 consecutæ posteris legantur. 2 Historiam de Claudiis tempo-  
 ribus. 3 An scribit quæ adstruat Neroni tanquam auctori, ut  
 prodeant sub nomine Neronis ? Vel an ad fidem & veritatem  
 historiæ revocat componitque, quæ vivo Netone ob metum aut  
 adulationem, quæ mortuo ex recenti odio falsa scripta sunt ? Ta-  
 cit. in procem. Annal. 4 Mimographi alscuijus joculariis non autē  
 illius qui fabulas composuit. Ita Farnabius. Sed quam recte, ipse  
 viderit: multo enim probabilius intelligitur de ipsis Phædro  
 & Bularum aucto re, quas ipsem in Prologo jocos, appellat. *P. 3. 3. 3.*  
*jocari nos meminerit fabulis.* Favet etiam improbi nomen, cum  
 certum sit Phædrum sub belluarum nominibus, sive temporis ho-  
 minum vitia carpere voluisse. 5 An tristis & altus est majesta-  
 te carminis tragicis ? In tragediis autem inducti heroes & reges  
 grande locuti altis innitebantur calceamentis ; claruitque stylo  
 tragicō Sophocles. 6 An in conventu Poetarum recitat elegan-  
 tes comedias vel alia carmina ? 7 Isidis fani. 8 Porticum  
 Neptuni, Argonautarum pictura exornatam. 9 An in porticu  
 Europæ in quâ buxeta solem frangunt a meridie, &c. 10 Bal-  
 nea de suo nomine excitavit M. Agrippa. 11 Ad aquas calidas  
 in Bajano sinu intra Misenum & Puteolos in Campaula.

70 EPIGRAMM. DELECTVS

1 Piger Lucrino 12 naviculatur in stagno ?  
13 Vis. seire quid agat Canis tuus ? ridet .

12 Scriv.contrahit, nauclatur: ita poscente modulo: 13 Ex persona Musæ resp.Quiquid agat,ridet.

De Apicio prodigo . XVIII.

1 **D**ederas , Apici , bis trecenties ventri ,  
Sed adhuc supererat centies tibi 2 luxus ;  
Hoc tu gravatus , ne famem & sitim ferres ,  
Summa venenum potionē 3 duxisti .  
Nil est , Apici , tibi 4 gulosis factum .

1 Apicius sexcenties decoxerat, inspectis tandem rationibus,  
Superfuturum sibi centies H. S. computavit; sed in hac re tan-  
quam ultima fame vieturus sibi vitam véneno finiit. 2 Luxus  
pro luxui: id est ad luxum. 3 Exhāsisti. 4 Gulæ extremum  
est mortem sibi consciere,ne desit quo gulæ satisfiat.

Ne se dives extollat. XIX.

**S**unt eibi , confiteor , diffusi jugera campi ,  
1 Urbanique tenent prædia multa Lares :  
Et 2 servit domina numerosus debitor arca ,  
Sustentatque tuas 3 aurea mensa dapes .  
Fastidire tamen noli , Rufine , minores .  
4 Plus habuit Didymus : plus Philomelus habet .

1 Et dii tui penates in urbe occupant, soli tantum quantum es-  
set multis domibus. Vel, domus tuæ urbanæ, quas multas habes,  
habent singulæ prædia sua suburbana. 2 Multos tibi obæratos  
habes & foeneratos. 3 Inaurata; auream habens coronam, vel  
aurea. 4 Malis quidem artibus multa nactus es; sed plura Di-  
dymus spado, & Philomelus (quantum ex ficto nomine licet con-  
jicere) citharoedus, qui & te fastidire possint .

De Piscibus sculptis . XX.

**A**rtis 1 Phidiaca toreuma clarum ,  
Piscis adspicis: 2 adde aquam , natabunt .

1 Phidias toreutices inventor fuit, 2 Iga ad vivum expressi-  
nt addita aqua videantur nataturi .

In

## In irascentes amicos. XXI.

**I**Rasci tantum felices nostis amici.

1 Non belle facitis: 2 sed juvate hoc facere.

1 Non ex ratione & causa, sed occasionem queritis irarum.

2 Utile est vobis iras simulare, ne muneremini pauperum officia.

Probitas laudatur & alget. XXII.

**Q**Uæ te causa trahit, vel quæ fiducia Romam,

Sexte? quid aut speras, aut petis inde? refer.

Causas, inquis, agam Cicerone disertius ipso,

Atque erit in 1 triplici pars mihi nemo fero.

2 Egit 3 Atefinus causas, & 3 Cajus: utrumque

Noras: sed neutri 4 pensio tota fuit.

5 Si nihil hinc veniet: pangentur carmina nobis:

Audieris, dices 6 esse Maronis opus.

In sanis: 7 omnes gelidis quicunque lacernis

Sunt ibi; Nasones, Virgiliosque vides.

8 Atria magna colam. 9 vix treis, aut quartuor ista.

Res alnit: pallet cetera turba fame.

10 Quid faciam? suade: nam certum est vivere Romæ.

11 Si bonus es, casu vivere, Sexte, potes.

1 Veteri Romano: 2 Caji Julii Cæsarisi. 3 Augusti. Inquit Poeta; est enim dialogismus. 3 Causidici pauperes, nomina fortasse ficta. 4 Neutri ars sua satis ad sumptum fuit.

5 Refert Sextus., 6 Mea carmina æquare Virgilii opus.

7 Omnes hi quos vides horridulos tritis lacernis, sunt Poetae non inferiores Virg. & Ovidio. 8 Ingrediar ( inquit Sextus )

cliens potentiorum atriarum vel principis aulam. 9 Resp. Poeta.

10 Verba Sexti. 11 Bonis fortuitus est Romæ vixit & incertus; malis stipendum certum.

In lacertam cælatam. XXIII.

**I**nserat Phiale 1 Mentoris mana ducta

Lacerta 2 vivit, & timetur argentum,

1 Cælatoris laudatissimi. 2 Affabre efficta videtur spirare, & vel a gente ne licet ibus timetur pro viva.

## Laus simplicitatis . XXIV.

**S**Implicititer pateat vitium fortasse pusillum :  
Quod regitur , maius creditur esse malum .

## Senex juvenem mentitus . XXV.

**M**entiris juvenem tintis , Lentine , capillis :  
Tam subito 2 corvus , qui modo 3 cygnus erat ;  
Non omnes fallis: scit te 4 Proserpina canum :  
5 Personam capiti detrahet illa tuo .

1 Vis apparere juvenis. 2 Niger. Metonym. 3 Canus, canidus. 4 Vitæ mortisque præses, quæ singitur morituris crinem secare, & has quasi primicias Orcò offerre. 5 Fucum illum capillorum & tinctura quasi calendrum eleganter dixit larvam .

## Nimis Poeta . XXVI.

**O**currat tibi nemo quod libenter :  
Quod quacumque venis , fuga est ; 6 ingens  
Circa te , Ligurine , solitudo :  
Quid sit scire capis ? 1 nimis Poeta es :  
Hoc valde vitium periculosum est .  
Non tigris catulis citata raptis ,  
Non 2 dipsas 3 medio pernita Sole ,  
Nec sic scorpius improbus timetur .  
Nam tantos , rogo , quis ferat labores ?  
Et stanti legis , 6 legis sedenti :  
Currenti legis , 6 legis carenti .  
In thermas fugio , sonas ad autem .  
4 Piscinam peto , non licet natare :  
Ad cœnam proprio , tenes euntem .  
Ad cœnam venio , fugas sedentem .  
Lassus dormio , suscitas jacentem ..

Vis ,

1 Plus habes Poetæ quam hominis. Nimis tibi places in carnis minibus quæ omnibus incontinenter & importune legis. 2 Serpens, a quo icti vexantur siti & restituuntur & nomen. 3 Aprilis ad meridianum solem . Vel meridionali plaga vivens. 4 Non paucæ nec parvæ erant Romæ piscinæ quibus natarent.

*Vis, quantum facias mali, videre?  
3 Vir justus, probus, innocens timerit.*

5 Cetera cum bonus sis ac justus, & propter innocentiam atque  
probitatem expetendus: propter hanc tamen importunam reci-  
tationem, te fugient omnes carentque ut poeticam hisudinem.  
Horat. in calce epist. ad Pisones.

## De eodem. XXVI.

**F**ugerit an mensas Phœbus etnamque Thycetas.

*Ignores: fugimus nos, Ligurine, tuam.*

*Illa quidem laura est, dapibusque instruta superbis?*

*Sed nihil omnino, te recitante, placet.*

*Nolo mihi ponas rhombum, nullumve bilibrem?*

*Nec volo boletos, ofrea voto: race.*

## Aliud amicus, aliud servus. XXVIII.

**E**xigis a nobis operam sine fine i togatam;

*Non eo libertum sed tibi mitto meum.*

2 Non est, inquis, idem multo 3 plus esse probabo;

*Vix ego lexicam subsequor; ille feret.*

*In turbam incideris; canthus & umbone repellens;*

*5 Invalidum est nobis, 5 ingenuumque latus.*

*Quidlibet in caussis narraveris; 6 ipse snoebus;*

*At tibi ter geminum mugiet illo sophos.*

*Lis erit; 7 ingenti faciet convicia voce;*

*Esse pudor vetuit fortia verba mihi,*

*Ergo nihil nobis, inquis, praestabit amicus?*

*8 Quidquid libertus, Candide, non poterit.*

1 Anteambulonis seu clientis togati. 2 Plus mihi, inquis,  
esset honoris ex tui ipsius, quam liberti tui comitatu. 3 Ope-  
rix. 4 Musambertius de umbone togæ intelligit: de cubito po-  
tius dici credo, quo turba obvia, haud secus ac hostes umbone,  
repellitur. 5 Quod undam prementis populi contra niti ne-  
queat, pudeat. 6 Ego tibi oranti non valebo acclamare. 7 In-  
geret adversario tuo corviorum abunda, nec in aurem. 8 Of-  
ficia liberaliora & quæ me decent magis, præstabo.

Im-

## Improbò Poëta nihil improbius. XXIX.

**H**ec tibi, non alia est ad cenam causar vocandi,  
Versecular recites ut, Ligurine, tuos.  
1 Deposui soleas: affertar protinus. 2 ingens  
Inter 3 lactucas, 4 oxygarumque liber.  
Alter 5 perlegitur, dum fercula prima morantur:  
Tertius est, nec adhuc mensa secunda venit.  
Et quartum recitas, & quintum denique libram.  
6 Put idas est, roties si mihi ponis aprum.  
Quod si non 7 scombris scelerata poemata donas:  
Cenabis solus jam, Ligurine, 8 domi.

1 Quod discubituri faciebant, ne stragula confusurarent.  
2 Quod magnum malum. 3 A quibus coena inchoari solita.  
4 Garum hoc est liquamen ex piscibus aceto mixtum. 5 Al.  
Porrigitur. 6 Certe puteret vel aper ad convivia natum ani-  
mal toties appositus, at tu mihi libros regeris. 7 Piscis genus,  
chartis involui solitum Ital. Sgambro: 8 Invitatori soli lice-  
bat recitare: domi itaque solus coena, tibique recita; foris te ca-  
vebimus.

## Unguentis delibuti. XXX.

**Q**uod quacunque venis, 1 Cosmum migrare putamus:  
Et fluere 2 ex casse 3 cinnama fusa vitro:  
Nolo peregrinis placeas tibi, Gelita, nugis:  
Scis puto posse meum, sic bene olere canem.

1 Myropolam profumiere 2 Siccaso, vel fracto. 3 Oleum  
Cinnami, quod & Cinnamomum dictum, profamo di squisito  
odore.

## De Cisterna Ravennate. XXXI.

**S**it cisterna mihi, quam vix ea, malo Ravennae:  
Cum possim multo vendere pluris aquam.

Vini larga copia, aquæ bonæ maxima penuria, unde & caritas  
Ravennæ, quæ Sabinorum oppidum aquis marinis & uliginosis  
perfluum; ita uisitanti vixi, narent sepulti, Sidonius epist. 8.1.1.  
De

## De Copone. XXXII.

**C**allidus imposuit nuper mihi copo Ravennæ ;  
Cum peterem mixtum , vendidit ille merum .

Pluris enim vixit aqua, qua dilueretur vinum, quam ipsum  
merum .

## De villa Faustini , ad Bassum . XXXIII.

**B**ajana nostræ villa , Bassæ , Faustini ,  
Non 2 otiosis ordinata myrtetis ,  
3 Viduaque platano, 4 tonsilique buxeto ,  
5 Ingrata lati sparsa detinet campi :  
Sed rure vero 6 barbaroque latatur .  
7 Hic farta premitur angulo Ceres omni ,  
Et 8 multa fragrat testa 8 senibus autumnis .  
Hic post Novembres , imminentे jam bruma ,  
9 Seras putator horridus refert 9 uvas ,  
30 Truces in alta valle mugiente tauri ,  
Vitulusque inermi fronte prurit in pugnam .  
Vagatur 11 omnis turba \* sordida cortis .  
12 Argutus anser, 12 \* gemmeique pavones ,

82 Nov.

1 Villa quam habet Faustinus Bajis in sua Campania , non  
est sterilis instar tuæ suburbanæ . 2 Sterilibus, si cum frugiferis  
conferantur, quamvis baccæ myrtorum in medicinis utiles sine  
vel quæ locum tantum occupant, & umbram otio abundantibus  
hominibus præbent . 3 Cælibe, infrugifera, non ut populo vi-  
tibus maritata . 4 Buxi enim, ut nunc, in varias animalium for-  
mas condabantur . 5 Nihil fructus aut proventus domino red-  
dencia . 6 Fœcundo, ut apud Barbaros & rudes, qui non ex  
amoenitate & elegantia arborum ad quincuncem dispositarum ,  
sed ex fructu ius estimant . 7 Omnis Faustini domus angulis  
stipatur frumento . 8 Bene olent testæ quibus reconditum est  
vetus vinum . 9 Quod inter autumnales fructus est, ut ὁ τῶν  
πρὸς οὐαριῶν καρπῶν . Et senibus, ut anus testa . 10 Aut in  
reducta valle, mugientium Prospectat errantes greges . 11 Gal-  
linæ, anseres, &c. quæ sequuntur . \* Adverte avium nativa epi-  
theta . 12 Qui picta pandunt spectacula canda .

# 96 EPIGRAMM. DELECTVS

- 14 Nomenque debet quæ rubentibus pennis;  
 Et <sup>+</sup> picta perdix, Numidæque <sup>+</sup> guttata,  
 Et 15 impiorum phasiana Colchorum.  
 Sonantque turres plausibus columbarum;  
 Gemit binc palumbus, inde 16 cereus turtur;  
 Avidi sequuntur 17 villicæ sinum porci;  
 Matremque plenam mollis agnus expectat.  
 Cingunt serenum 18 lattei focum verne,  
 Et 19 larga festos luceat ad 20 Lares sylvæ;  
 Non segnis albo pallat otio 21 caupo;  
 22 Nec perdit 23 oleum lubricus palæstrita;  
 Sed tendit avidis rete subdolum turdis;  
 Tremulaue captum linea trahit piscem,  
 Aut impeditam cassibus refert damnam.  
 Exercet bilares 24 facilis hortas urbanos,  
 25 Nec venit inanis rusticus salutator;  
 Fert ille teris rana cum suis mella,  
 26 Metamque latris; Saffinare de sylva,  
 Somniulosos ille porrigit 27 glires;  
 Hic 28 vagientem matris hispida fætum;  
 29 Et dona matrum vimineo ferunt textæ.

Gran-

- 14 Phoenicopterus, uccello che ha le ali rosse ganti. 15 Qui male audiunt propter parricidia, impietatem, & veneficia Medæ. vide Seneca Medæ argumentum. 16 Cui plumæ coloris cerei. Aliis pinguis turtur. 17 Sinu ferentis glandes vel alium pastum. Rob. Titius legit sonum villicæ scil. vocantis sues ad pastum. 18 Candidi. 19 Luculentus est focus, lignis e vicinis sylva descendenteribus. 20 Quibus juxta focus locus. 21 Caupo, qui ad quæstum domini viatoribus vinum vendit, non pallat & pingue scit otio: sed habet quod agat, ut sequitur. 22 Neque enim uititur oleo, qui non exerceat palæstram: melius se exercet aucupio, venatione, &c. vide adagium, *Perdere oleum & operam.* 23 Luctatori se ceromate ex oleo, cera & pulvere Ægyptio seu Puteolano, ungebant. 24 Non laboris exquisiti, ut in suburbani. 25 Non portat nudum & inane Ave, ut clientes in urbe, sed 2dfert munera, quæ seqq. 26 Cateum ad formam metæ. 27 Glis Ital. Ghiro. 28 Hædum balatu desiderantem matrem. 29 Filii agricultarum ferunt dona a matribus, vel Rance sortie aves & ova matram.

*Grandes probarum virgines colonorum.*

*Fatso vocatur letus opere vicitus,*

*30 Nec avara servat crastinas dapes mensa,*

*Vescuntur omnes, ebrioque non novit*

*Satur minister iuvidere conviva.*

*At tu sub urbe possides 31 famem mundam,*

*Et turre ab alta prospicis 32 meras laurus,*

*Eurem Priapo non 33 timente securus.*

*Et vinitorem 34 farre pacis urbano,*

*35 Piclamque portas 36 otiosus ad villam*

*Olus, ova, pullos, poma, caseum, museum.*

*Rus hoc vocari debet, an 37 domus longe?*

*38 Quod in urbe fieri solet. 39 Praedium suburbanum, mun-*  
*dum guidem & elegans, sed famelicum & sterile. 40 Solas ste-*  
*riiles laurus, quibus nullæ arbores fructiferæ interseruntur.*

*41 Nihil enim est quod fur auferat. 42 Cum sterilis villa non*  
*alat villicum ipsum. 43 Amoenam forte & visu pulchram, ve-*  
*rum non magis saturam quam quæ in picta tabula exprimitur:*  
*alludit forte ad illud Cynici qui servo esurienti pictas ostende-*  
*bat dapes, quæ oculos pascerent non ventrem. 44 Ex urbis*  
*curis tanquam e viaculis solutus. 45 Domus extra urbem, lon-*  
*ge ab urbe diffusa, ad quam cibaria ex urbe efferuntur. o* ~~o~~ *ep'po*  
*dmas.*

### Conviva, non convictor. XXXIV.

*2 Cum uocor ad coenam, 2 non jam venalis, ut 3 ante;*  
*Cur mihi non eadem, qua tibi, coena datur?*

*Ostrea*

*1 Nero coenam tectam clientibus exhibitam a potentioribus,*  
*redegerat ad sportulam, quæ calathus fuit, quo primum obsonia*  
*dabantur; postea centum quadrantes. Domitianus antiquato illo*  
*Neronis edicto revocavit coenas. Unde hic Poeta fraudem fa-*  
*ctam a potentioribus conqueritur, qui clientibus vilissimos, sibi*  
*optimos apponebant cibos. De ejusmodi convivio elegantissime*  
*Plin Jun. ep. 6. l. 2. Convivium illius hominis, ut sibi videbatur,*  
*lantum; ut mihi, sordidum simul & sumptuosum: nam sibi &*  
*pauco apima quedam, caseris uilia & minuta ponebat. Ego*  
*autem eadem omnibus pono: ad coenam enim non ad notam*  
*invito, cunctisque rebus ex aequo quos mensa & toro aquavi.*

*Hiamne libertos? Et tam: convictores enim tunc, non libertos*

*puto,*

78 EPIGRAMM. DELECTVS

- Ostrea tu sumis stagno saturata Luerino ;  
 4 Sumitur & inciso mytilus ore mihi .  
 Sunt tibi 6 boleti ; fungos ego sumo suillos .  
 Res tibi cum 7 rhombo est ; at mihi cum 7 sparulo ;  
 3 Cereus immodicis turatur te clibanibus implet ;  
 Ponitur in cavea mortua pica mibi .  
 Cur 9 sine te coeno , cum 10 tecum , Pontice , coenem ?  
 11 Sportula quod non est , pro sit : edamus idem .

puto. At hoc magno tibi constat. Minime , quia liberti mei non  
 idem quod ego bibunt , sed idem ego quod liberti . Et hercule se  
 gule temperes , non est onerosum , quo utaris ipse , communicare  
 cum pluribus . Gulá ergo reprimenda , & ita sumptibus rectius  
 tua continentia quam aliena consumelia consutas . Igitur me-  
 niente nihil magis esse uitandum , quam istam luxuria & sor-  
 dium novam societatem , qua cum sint turpissima discreta ne  
 separata , turpis junguntur . 2 Sportula conductus . al. leg.  
 non tam ienalis . 3 Sportula non sublata . 4 Al. fungitur .  
 5 Mytilus pisces ex generē concharum , sicut quas Ital. vocant  
 selline ; cuius testa , fugenti labra scindere potest . 6 Fungorum  
 Salutarium , alii boleti , alii suilli seu porcini , alii amanitæ . Al.  
 fungos ego sumo puillos . 7 Rhombis , & sparulus . pisces  
 vilis . 8 A colore pinguedinis . Al. Aureus . 9 Non habens  
 eosdem cibos . 10 In eadem mensa , & coena (ut dicitur) com-  
 muni . 11 Non obsit nobis , quod Imperatoris decreto revoca-  
 tur coena , sublata sportula .

Qui petita extenuant . XXXV.

- E**sse nihil dicas , quidquid petis , improbe Cinna ,  
 Si nil Cinna petis ; nil tibi , Cinna , nego .

Extenundo rem quam petis :

Purpura cordibus emitur . XXXVI.

- C**entenis quod enis pueros , & sape ducenis ;  
 Quod n sub rege Numa condita vina bibis ;  
 Quod constat decies tibi & non speciosa supellex ;  
 Libra quod argenti millia quinque rapit ;

<sup>3 Au-</sup>  
 1 Vina vetustissima . Hyperbolice . 2 Etiam quotidiana . vul-  
 garis tua supellex ,

3 *Aurea quod fundi pretio currucā paratur :*

*Quod pluris 4 mula est , quam domus empta tibi :*

*Hec anima credis magno te , Quintile , parara ?*

*Falleris. 5 hac animus . Quintile , paſſitus emit .*

3 *Quod rheda aurata seu aureis bracteis distincta constat , quan-*  
*ti fundus. 4 Quæ lectio placet , ut apèe jungatur hyperbolicum*  
*multa pretium pretio cartucae : aliis nulli. 5 Magnus animus*  
*tantam pecunia vim in amicos pauperes potius erogasset , ho-*  
*nestæ ipsorum necessitati succurrens ; quam sumptuum ambitione*  
*parasset sibi muliebres has & penè pueriles nugas.*

### Bellus fabulator. XXXVII.

**S**irenas hilarem navigantium genum ,  
*Blandaque mortes , gaudiumque crudele ,*  
*Quas nemo quondam descrebat auditas ,*  
*Fallax Ulysses dicitur & reliquisse .*  
*Non miror : illud , Cassiane , mirarer ,*  
*3 Si fabulantem Canum reliquisses .*

1 *Quæ navigantes hilari sopitas cantu demulcebant , trade-*  
*bantque ip perniciem. 2 Obturatis sociorum auribus , se adliga-*  
*to navis malo. 3 In tantum lepore & lasciva nequitia superat*  
*Sirenum cantus & illecebras Canius .*

### Laus Pompeii & Ciceronis. XXXVIII.

**P**ar scelos admisit 1 Phariis Antonius 2 armis 3  
*Abscidit 2 vultus ensis 3 uerque 4 satros.*  
*5 Illud laurigeros ageres cum lata triumphos :*  
*Hoc tibi , Roma , caput , cum loquereris , erat :*  
*Antoni ramen est pejor , quam cauſsa Potini :*  
*Hic facinus domino praſtitit 5 ille 6 ſibi .*

1 Aegyptiæ ſicæ: id est Pompejo magno occidi iuſſo a Potini  
 qui hoc regi Ptolomæo ſuafit in gratiam Cæſaris. 2 Capita.  
 3 Potini & Antoni. 4 Propter magistratus quos gesserant fa-  
 cros, gloriā. bene merita, res gestas, &c. 5 Pompeii caput  
 triumphales victoris Romæ lauros gessit: Ciceronis caput lo-  
 quentis Romæ. Ille, caput; hic, lingua urbis. 6 In ſuam ſolitaria  
 vindictam, in nullius gratiam. Nihil

## Nihil dando se commendat. XXXIX.

**L**uce propinquorum, qua plurima mittitur ales;  
Dum Stella tardos, dum tibi, Flacce, paro:  
Succurrit nobis ingens 1 onerosaque turba;  
In qua se primum quisque meumque putat.  
2 Demeruisse duos, votum esse: offendere plures;  
Vix tutum: multis mittere dona, grave est.  
Qua possam sola veniam ratione 3 merebor:  
4 Nec Stellis tardos, nec tibi, Flacce, dabo:

1 Amicorum turba, quibus omnibus munera mittere mihi foret onerosum. 2 Beneficio mihi conciliare te & Stellam volebam. 3 Respicit ad quod prius dixerat Demeruisse. 4 Ita nec vos sibi prelatos querentur ceteri.

## Coena jejuna. XL.

**E**sse negat coctum leporem, poscisse flagella:  
Mavis, Rufe, coquum 1 scindere, quam leporem.

1 Rufus cum vellit leporem partiri simulavit esse crudum: coquum iavasit, & flagellis conscidit.

## Domitianus Deus major Jove. XLI.

**C**æsar 1 alma dies, & 2 luce sacratiō illa;  
Censcha 3 Dictum qua tulit Idū Jovem,  
Longa precor, 4 Pylioque veni numerosior ævo,  
Semper & 5 hoc vuln̄, vel meliore nite.  
6 Hic colat Albano Tritenida 7 cultus in 8 auro,

Tere-

8 Natalis Domitianī. 2 Jovis natali sacratiō. Adulatorie:  
In Idām Cretæ montem vel ipsā Rhea secessisse, vel filium Jovem clam alendum Curetibus & nymphis tradidisse singitur, ne a patre Saturno voraretur. 4 Numerofior quam Nestori suus natalis. 5 Feliciter ut nunc, vel etiam felicius. 6 Domitianus diu celebret annua Minervæ (quam supersticie coluit) quinquatria, quæ ipse instituit in arvo Albano: vide Sveton. Domit. c. 4. 7 Redimitus auro, vel & ipse Deus ac Dominus: sic enim se coli voluit. alii leg. multus, id est, frequens, totus. 8 Sunt qui auro malint, ego retinuerim auro, retulerimque ad auream coronam,

*Perque manus tantas plurima & quercus eat.*

**30** *Hic colat ingenti redeuntia secula lustro,*

*Et illi quæ Romuleus sacra Terentus habet.*

*Magna quidem, superi, petimus, 12 sed debita terris.*

**13** *Pro tanto quæ sunt improba vota deo?*

nam,qua redimitus Domitianus certamqibus Poetaqum & Orato-  
rum,scenicisq.ludis præsidebat,atque 9 Victores ornavit coro-  
nis quernis.\* *Cæs.Domitiani,cujus manum alibi vocat Ingensem.*  
**10** *Domit.celebret ludos seculares.* (vide Sveton.c.4.Domitian.  
& Censorinum de die natali) qui centesimo quoque anno  
celebrabantur; quod longum appellat lustrum,quod proprium,,  
est quinque annorum; respicit item censuram quam assumpsit  
sibi Domitianus, Sveton. c.8. Censoris autem erat condere lu-  
strum. **11** *Sacra quæ fiebant ad aram Ditis in Campo Martio,*  
ludis ipsis secularib.Terentus,erat locus in ipso campo martio té-  
plo Ditis spectabilis. **12** *Sub hujus imperio,qui non pauca stru-*  
xit templo, multa refecit. **13** *Nullæ preces iniquæ,nullæ nō pro-*  
bandæ,quæ pro Deo & Domino nostro Domitiano suscipiuntur.

### De Nivibus, Adulatoria . XLII.

**A** *Dspice quam densum 1 tacitarum 2 vellus aquarum,*  
**3** *Desuat in vultus Cæsaris , inque sinus .*  
**3** *Indulget tamen ille Jovi , nec vertice moto*  
**4** *Concretas pigro frigore 5 ridet 4 aquas .*  
**6** *Sidus Hyperborei solitus lassare 7 Bootæ ,*  
*Et madidis 8 Helicen 9 dissimulare comis .*

F

**10** *Qui*  
**1** *Quæ nullo strepitu ingruunt,ut grando & imber.* **2** *Ni-*  
*vem Græci vocant ἐγιῶδες ὕδωρ.* Arnob.2.11. *plumeas cruxulas*  
*& nives plumeas.* Qui dat nivem sicut lanam, Psaltes. **3** *Do-*  
*mitianus tamen ut plenè operaretur , nec ludos hosce in Jovis*  
*forte honorem institutos impediret, sustinuit sub ningente Joye,*  
*idest aere permanere:sic Sveton.Dom.c.4.* **4** *Nives:periphrasis*  
*philosophica.* **5** *Heraldus hunc locū mendosū suspicatur,& le-*  
*git; vel Reicit pro reiicit; vel ne vertice moto Concretas pigro*  
*frigore tardet aquas.retineo tamen rider,& expono non curat,*  
**6** *Qui vel a puero(namq.pene puer contra Cartos,& postea Sar-*  
*matas ac Dacos depugnaverat. Sveton.c.2.Domit.) didicerat to-*  
*lerare , immo patientia fatigare frigus sub gelido Septentrione,*  
**7** *Sideris,quod Ursam majorem inféqui videtur, qui & Arcto-*  
*phylax e 20.stellis. 8 Frigus,imbres,nives Boreales,qua sita est*  
*Helice ufa major e 37.stellis. 9 Præ se ferre,non commoveri.*

10 Qui <sup>ii</sup> fascis lascivit <sup>ii</sup> aquis, & ab æthere ludit ?  
12 Suspicio has pueri Cæsaris esse nives ,

10 Heraldus legit Quis, &c? interrogative. 11 Nive ex aquis  
concreta . 12 Adulatorie innuit nives has immislas a puero  
Domitiani, quem tulerat ex Domitia Augusta, nuper extincto &  
in Deorum album relato ,

### De se modeste . XLIII.

**D**Um novus est, & neque adhuc rasa mihi fronte libellus ;  
Pagina dum tangi non bene fascia timet ;  
I puer , & caro perfer leye munus amico ,  
Qui meruit & nugas primas habere meas .  
3 Curre, sed instructus; comitetur & Punica librum  
Spongia : muneribus convenit illa meis .  
Non possunt nostros multæ , Fanfane , lituræ  
Emendare jocos ; & una litera potest ,

1 Nondum pumice levigatus, & Carmina hæc mea : mode-  
ste . 3 Al. Curre ; sed instructum comitetur pumice librum  
Spongia: ut vel probatus pumice poliatur, vel damnatus spongia  
deleatur. 4 Punica: quoniam ex Africa præstantiores spongæ  
mittebantur. Plin.l.9.c.45, 5. Emendationi libri mei melius con-  
sules cuncta simul delendo, quam singula corrigendo: primas au-  
tem meditationes membranis, codicillis ac pugillaribus veteres  
inscribeant, quas correctas in chartas transcribebant, vel im-  
probatas spongia delebant: unde jocose Augustus respondit tra-  
goediam suam Ajacem in spongiam incubuisse .

### In Ant. Saturninum . XLIV.

2 **D**Um nimium vana tumefactus nomine gaudes ,  
Et & Saturninum te miser esse pudet ;

Im-

1 L. Antonius Saturninus Domitiani sœvitia & verborum  
injuria (ut scribit Aurelius Victor) accensus, bellum civile in  
Germania superiori cui præsidebat, movit: captus postea fuit &  
interfectus. arguit ipsum Poeta ab utriusque nominis omni id  
molitum fuisse; utrumque vero mali ominis & lethale exitisse  
e. Antonius esse vis, non Saturninus: orbis totius imperium affe-  
ctus, pudet esse præsidem tantum Germaniaz ,

- 1 *Impia 3 Parrhasia movisti bella sub ursa ,  
Qualia 4 qui 5 Pharia conjugis arma tulit .*  
 6 *Exciderat ne adeo fatum tibi nominis hujus ,  
Obruit Attiaci quod gravis ira freti ?*  
 7 *An tibi promisit Rhenus , quod non dedit illi  
Nilus , & 8 Artois plus licuisset 8 aquis ?*  
 9 *Ille etiam nostris Antonius occidit armis ,  
Qui tibi collatus , perfide , Cæsar erat ,*

3 *In Germania quæ Septentrioñem spectat , ubi Calisto Lycœni filia a Parrhasia urbe Arcadiæ in ursæ majoris sidus versa fulget .* 4 *Antonius triumvir .* 5 *Cleopatræ reginæ Ægypti , cuius Pharos insula .* 6 *An non meministi quam malo omine tibi foret imitandus Antonius , qui ad Actium Epiri promontorium ab Augusto navalí prælio devictus , cum Cleopatra fugit in Ægyptum , ubi se interfecit ?* 7 *An tu Germaniæ viribus fretus sperasti victoriam , quam ille non assecutus est Ægypti copiis qivus ?* 8 *Fluminibus Germaniæ .* 9 *Emphaticœ . ille triumvir tibi præsidu collatus videri posset Imperator , victus tamen .*

### Ad Silium Italicum Poetam . XLV.

**S**i 1 *Castalidum decus sororum ,*  
 2 *Qui perjuria barbari furoris  
Ingenti premis ore , 3 perfidosque  
Astus Hannibal , 4 levesque Poenos  
Magnis 5 cedere cogis 6 Africanis :  
Paulum seposta severitate ,  
Dum blanda 7 vagus alea December*

F 2

8 In-

1 *Musarum frequentantium fontem in radicibus Parnassi , in quem Castalia virgo Apollinem fugiens versa est .* 2 *Qui forti & sonoro epico carmine scribis bellum Punicum secundum : quod opus extat .* 3 *Poeni autem sempèr foedifragi , crudelis Hannibal .* 4 *Incertæ fidei : unde in proverbium abiit , Punica fides .* 5 *Graphice depingis eos coactos cedere : sic Horat . l . i . ult . sat . Turgidus Alpinus jugulat dum Memnona : idest dum Memnona fingit jugulatum .* 6 *Scipioni utrique ; quorum alteri delecta Carthagine , cognomen inditum Africani .* 7 *Propter licentiam ludorum , & libertatem in Saturnalibus . Blandam vocat quod homines blande alliciat .*

8 *Incertis sonat hinc & hinc fritillis,*  
*Et ludit 9 Popa 10 nequiore talo,*  
*Nostris otia commoda Camoenis,*  
*Nec torva lege fronte, sed remissa*  
*Festivis madidos 11 jocis libellos.*  
 12 *Sic forsan tener ausus \* est Catullus.*  
*Magno mittere passerem Maroni.*

8 Pyrgis seu turriculis ligneis cornelisve intus gradatim asperis,  
 & quibus excutiebant aleas ne fraus fieret fortunæ aleas componendo, ideo additum epitheton *Incertis*. 9 Popa insignis  
 aleator; vel legendum *rota*, aleatorum circumstantium corona.  
 10 Mera manu jacto, absque frictillo, ita enim mulieres ludebant,  
 non viri. 11 Meis carminibus jocosis. 12 Virgilio non potuit, quem multo ætate præcesserat: verum hoc fingit Martialis,  
 tum ut se Catullo, tum ut Virgilio Silium conferret, qui Maronem diligenter imitatus est, & natalem ejus aramque religiosissime coluit. Iege itaque, \* *ausus & Catullus*, hac mente; Sic forte etiam Catullus, si vixisset coevus Virgilio, ut tibi ego, ausus suisset mittere suos hendecasyllabos.

## Malus debitor festive elusus. XLVI.

**M**ille tibi nummos hesterna luce roganti,  
 In sex aut septem, Cæciliæ, dies,  
 1 Non habeo, dixi: sed tu canssatus amici  
 Adventum, lancem paucaque vasa rogas.  
 Stultus es? an stultum me credis amice? negavi  
 Mille tibi nummos: millia quinque dabo?

1 Negavi me habere, non quod non haberem, sed ne tibi creditos perderem: quod si tu vel tam stupidus fueris, vel esse te simulaveris ut hoc non sentias: ego tamen non ita stultus, qui tibi credam vasa 5000 H. S. pendentia, cui negavi 1000 H.S.

## De puerō stillicidio jugulato. XLVII.

**Q**ua vicina 1 pluit Vipsanis porta columnis,  
 Et mader assido lubricus imbre lapis,

1 Ubi stillicidium est portæ Capenz vicinæ columnis  
 Vipsanio Agrippa extrectis.

**1** In jugulum pueri , qui roscida templa subibat ,

Decidit hiberno prægravis unda gelo :

**2** Cumque peregisset miseri crudelia fata ,

3 Tabuit in calido vulnere & mucro tener .

Quid non sœva sibi voluit fortuna licere ?

Aut ubi mors non est , & si jugulatis aquæ ?

**2** Cumque occidisset puerum . 3 Soluta est calore vulneris  
**4** stiria cujus acies non secus atque ferri puerum jugularat .  
**5** Si quæ natura molles sunt aquæ etiam jugulent . Huic epigt.  
 in Antholog. Græca habes geminum .

### Nummum a Cæsare elicit . XLVIII.

**S**æpe meos laudare soles , 1 Auguſte , libellos .

Invidus ecce negat : 2 non minus ergo soles .

Quid , quod honorato 3 non sola voce dedisti ,

Non aliis poterat quæ dare dona mihi .

Ecce iterum nigros & corrodit lividus unguis .

5 Da , Cæsar , tanto tu magis , ut doleas .

**1** Cæsar Domitiane 2 Al. Num minus ergo soles ? 3 Sed &  
 muneribus juris trium liberorum , & dignitate tribunitia &  
 equestri . 4 Invidia & animi anxietate . 5 Urbana & artificio-  
 sa mendicatio .

### Rara juvant . XLIX.

**1** O Eſtat , care Pudens , noſtris ſua turba libellis ,

Lectore inque frequens laſſat , & implet opus :

**2** Rara juvant: primis ſic major gratia pomis :

Hiberna pretium ſic meruere roſæ .

**3** Sapientis in libro memoratur Persius uno ,

Quam levis in tota & Marsus Amazonide .

Tu quoque de noſtris releges quemcumque libellis ,

Effe puta ſolum : ſic tibi pluris erit .

**2** Libelli fortaffe mei nimis multi nocent gratiæ ipsorum, le-  
 tori fastidium parientes propter numerum . 2 Quæ rara, cara .

**3** Gratior est parvus liber Satyrarum Persii, quam ingens Volu-  
 men Marfi, quo bellum Herculis ſcripsit contra Amazonas, quod  
 Amazonia inscripsit . 4 Credo ego alium hunc fuiffe Mar-  
 sum ab illo Epigrammatographo, cuius ſæpe meminit .

## De ape electro inclusa. L.

**E**T 1 latet, & lucet 2 Phaeontide condita gutta;  
Ut videatur apis 3 nettare clausa suo.  
4 Dignum rancorum pretium tulit illa laborum;  
Credibile est ipsam sic voluisse mori.

1 Inclusa est. 2 Electro. 3 Melle, cuius colorem refert  
flavum eleætrum. 4 Ob strenuos in mellificiis labores merita est  
nobile hoc sepulchrum.

## Laudat libellos suos. LI.

**N**escis, crede mibi, quid sint epigrammata, Flacce;  
Qui tantum lusus illa, jocosque putas.  
Ille magis ludit 1 qui scribit \* prandia sævi  
Tereos: aut cænam, \* crude Thyesta, tuam:  
Aut 2 puerο 3 liquidas aptantem Dædalon alas;  
Pascentem Siculas aut Polyphemon oves.  
A nostris procul est omnis 4 vestra libellis;  
Musa nec insano 5 syrmate nostra tumet.  
Illa tamen 6 laudant omnes, mirantur, adorant;  
Confiteor: laudant illa, sed 7 ista legunt.

1 Qui tragica aut epica scribit, argumenti fabulosi, de Tereo,  
& Thyeste, liberos suos edentibus, de Dædali fuga, atque Po-  
lyphemi immanitate. 2 Icaro. 3 Cera aptatas & a sole li-  
quiefactas. 4 Argumentum cothurnatum & verba ventosa,  
turgida, ampullosa, nugas bullatæ. 5 Stylo tragicō: est enim syr-  
ma ea vestis pars quæ oblonga solum verrit, qualem in tragœ-  
diis induit reges & heroes trahebant per theatra. 6 Tanquam  
jucunda, sublimia & grandia. 7 Hæc epigrammata quæ brevia,  
acuta, & in usum vitæ falsa.

## Vive ut moriturus. LII.

**O**Cui 1 Tarpejas licuit contigere 1 quercus,  
Et meritas 2 prima cingere fronde comas:

1 Coronam quernam in quinquennali certamine triplici, mu-  
sico, equestri, gymnico, instituto a Domitiano in honorēm Jovis  
Capitolini: ed & querna coronabantur vates magni, heroici sci-  
licet. 2 Nobilissima Jovi sacra, ab Imperatore data.

*Si sapis, 3 utaris totis, Coline, diebus,  
Extremumque tibi semper adesse patet.  
4 Lanificas nulli tres exorare 4 puellas  
Contigit: observant, quem statuere, diem.  
Divitior 5 Crispo, 6 Thrasea constantior ipso,  
Lautior & 7 nitido sis Meliore licet:  
Nil adicit penso Lachesis, fusosque sororum  
Explicat, & semper de tribus 8 ana secat.*

*3 Ad voluptates, & vitæ hujus gaudia. 4 Parcas, quibus fili vitæ ducendi & absolvendi modus & cura. 5 Neronis vitrico, cuius opibus Nero ditatus est. 6 Thrasea Pætro viro constanti, qui a Nerone iussus mori, alacriter venas incidi jussit, liberatori Jovi sanguinem libans. 7 Splendido & lauto Meliore: nobili ex epiced. 2. sylvæ Papinii & epitaphio Glauciae. 8 Atropos, vel etiam Lachesis.*

### De donis insidiosis. LIII.

*M*Unera quod senibus, viduisque ingentia mittis?  
Vis te munificum, Gargiliane, vocem?  
Sordidius nihil est, nihil est te spurcius an?  
1 Qui potes insidias dona vocare tua.  
Sic avidis fallax indulget piscibus hamus:  
Callida sic stultas decipit esca feras.  
Quid sit largiri, quid sit donare? docebo,  
Si nescis: 2 dona, Gargiliane, mihi.

*1 Qui munificentæ titulo insignis hamos, quibus orbitorum senum ac divitum viduarum inescas hereditates. Senec. epist. 9. Munera ista fortuna putatis? insidias sunt. 2 Munificus vere & liberalis eris, si mihi meique ordinis viris largitus fueris, qui vicem reddere non possumus.*

### De vipera electro inclusa. LIV.

*F*lentibus \* Heliadum ramis dum viperæ serpit,  
2 Fluxit in obstantem succina 3 gentia feram:  
Quæ dum miratur 4 pingui se 4 rore teneri,  
Concreto riguit vincit repente 4 gelo.

*F* 4 <sup>3 Ne</sup>  
1 Ramis populi electriferæ. \* Heliades sorores Phætonitis quæ ejus casum deflentes in arbores populus converte fuisse, & quibus defluit Succinum. 2 Artificium refert Poetice, ad cœsum. 3 Al. Gutta. 4 Succino.

5 *No tibi regali placeas, Cleopatra, sepulchro;*

*Vipera si tumulo nobiliore jacet.*

5 *E prælio Actiaco fugiens Cleopatra in Ægyptum, se inclusit  
sepulchro, quod ipsa splendidum exstruxerat, unde extracta aspi-  
dis morsu periisse putabatur: quod Poeta respicere videtur, cum  
viperæ tumulū conferat tumulo illius quæ aspidis morsu periiit.*

*Villæ descriptio elegans. LV.*

**J**uli jugera panca *Martialis*  
*Hortis \* Hesperidum beatiora*  
 1 *Longo Janiculi jugo recumbunt:*  
*Lati collibus imminent recessus,*  
 2 *Et planus modico tumore vertex*  
*Cælo perfrauitur sereniore:*  
*Et curvas nebula tegente valles*  
*Solus luce nites peculiari:*  
*Puris leniter admoventur astris*  
*Celsæ culmina delicata villa.*  
*Hinc 3 septem dominos videre montes,*  
*Et eorum licet 4 estimare Romam,*  
*Albanos quoque, Tusculosque colles,*  
 5 *Et quodcumque jacet sub urbe frigus,*  
*Fidenas 6 veteres, 7 brevesque Rubras,*  
*Et 8 quod Virgineo cruento gaudet,*

An-

\* *Horti Hesperidam aureis pomis insignes, quos habuerunt in  
extrema Æthiopia parte filiæ Hesperi fratris Atlantis.* 1 *Por-  
rigebatur enim ad pontem Milvium Janiculum, excelsus mons  
non procul ab Urbe, trans Tiberim situs.* 2 *In vertice  
Janiculi planities est quæ colles superat, serena & sunda, non ne-  
bulis, ut valles, tecta: hic Julii Mart. villa. 3 *Septem colles, Pa-  
latinum, Capitolum, Quirinalem, Cœlium, Esquilinum, Vimina-  
lem, Aventinum, quibus imposita Roma rerum domina.* 4 *Lu-  
strare oculis.* 5 *Et quæcunque loca frigida suburbana.* 6 *Ro-  
ma enī antiquiores.* 7 *Oppid. parvum, forte Ulubras.* 8 *Ne-  
muis Diana Aricinæ, in quo fecerant sacra non mitiora quam  
Tauricæ Diana: Strabo. l. 5. *Cruor itaque vel virginum cælarium,*  
vel Annae Perennæ, quæ Didonis fotor (ut habent fabulæ) La-  
vinia insidias fugiens se in Numicium fl. dedit præcipitem; seu  
(ut tradunt melioris fidei historici) anus Bovillis oriundæ, quæ  
populo per seditionem in montem digresso cibum tulerit, seque  
postea ex alta fenestra præcipitavit. vide Ovid. 3. Fast. Macrob. 2.  
Saturn. c. 12. & Tiraquell. ad l. 3. Alexand.**

*Anna pomiferum nemus Perenne.*

9 *Illic Flaminie, Salariaque*

*Gestator patet, effedo racente,*

*Ne blando rota sit molesta somno,*

*Quem nec rumpere nauticum celeus magi;*

*Nec clamor valet 10 helciariorum.*

*Cam sit tam prope 11 Milvius, 12 sacrumque*

*Lapsè per Tiberim volent carinæ.*

13 *Hoc rus (sem potius domus vocanda est)*

*Commendat dominus; tuam putabis:*

*Tam non invida, tamque liberalis,*

*Tam comi patet hospitalitate.*

*Credas 14 Alcinoi pios Penates,*

*Aut \* facti modo divitis 15 Molorchi.*

16 *Vos nuinc omnia parva qui putatis,*

*Centeno gelidum ligone Tibar,*

*Vel Prænesti domate, 17 pendulamque*

*Uni dedit Setiam colono:*

18 *Dum, me judice, præferantur istis*

*Julij jugera pauca Martialis.*

9 *Ex hac villa prospiciuntur effeda & currus in via Flaminia, & Salaria; non tamen audiuntur, aut somnum interpellant.* 10 *Qui navem adverso flumine, vel qui navi anchoram seu grave aliud pondus uno connixu & mntuo hortatu moliuntur, ab ελκω traho.*

11 *Pons Milvius, qui in via Flaminia ultra primum lapidem*

12 *Pro Deo cultū. Virg. 8. Aen.* 13 *Honestior, gravior, laudatior*

*fit domus ista a domino Julio Martialis viro hospitali.* 14 *Regis*

*Phæacum, qui Ulyssem enatanter benigno hospitio excepit.*

*Hom. odyss. ζ. 15 Pauperis pastoris, qui Herculem ad leonem*

*Nemeum occidendum venientem hospitio excepit. \* quem*

*modo divitem factum appellat Poeta, quod juxta Herculis fa-*

*nūm splendido luxu a Domitiano extrectum, Molorcho facel-*

*lum considerat & ipsum donariis ditatum.* 16 *Epiphonema.*

*Ite jam avari quibus non sufficiunt latifundia quæ Milvus ober-*

*ret: ego vel toti Tiburi, Prænesti, & Setiæ pauca hæc Martialis*

*jugera antefero.* 17 *In declivitate montis sitam.* 18 *Malo*

*Jugerum paucorum Julii Martialis, quiana totius Setini agri d-*

*minus esse.*

Vinum

## Vinum nobile, sed suspectum . LVI.

**T**U i Setina quidem semper, vel i Massica ponis,  
Papilez 2 sed rumor tam bona vina negat.  
Diceris hac fatus 3 cœlebs quater esse lagena.  
Nec puto, nec credo, Papile, 4 nec fratio.

1 Vina nobilia, e Setia & Massico in Campania. 2 Immo  
veneno mista esse fama est. 3 Viduus quatuor uxoribus vene-  
no sublati. 4 Nolo tamen bibere: malo enim famæ quam expe-  
rientiæ fidem habere.

## Ad exigentem libellos suos . LVII.

**E**Xigis, ut donem nostras tibi, Quintette, libellos.  
Non habeo, sed habet i bibliopola Tryphon.  
Es dabo pro nugis, & emam tua carmina sanus?  
Non, inquis, faciam 2 tam fatuo: 3 nec ego.

1 Clarus præfatione Quintiliani. 2 Qui emam nugas.  
3 Qui donem fatuo.

## Amicitia &amp; in morientibus vivat . LVIII.

**C**UM i gravis extremas 2 Vestinus duceret horas,  
Et jam per Stygias esset iturus aquas,  
Ultima volventes orabat pensa sorores,  
Ut traherent parva flamina 3 pulla mora.  
¶ Jam sibi defunctus, caris dum vivit amicis 5  
Moverunt tetricas tam pia vota deas.  
Tam largas partitus opes a luce recessit:  
Seque 5 mori post hoc credidit ille 5 senem.

1 Gravi morbo affectus. 2 Filius Vestini, qui in consulatu  
præter culpam à Nerone mori jussus est. 3 Nigra, quæ mor-  
tem minentur: ut contra alba, ubi vitam Parcæ protrahunt. Ju-  
ven. sat. 12. p. 65. 4 Non vi:z desiderio moram hanc orabat,  
sed ut bona sua amicis divideret. 5 Morti maturum.

Cœna

## Cœna oculos pascens . LIX.

**A**D cœnam nuper Varsus me forte vocavit ;  
Ornatus dives, parvula cœna fuit.  
Auro, non dapibus oneratur mensa : ministra  
Apponunt oculis plurima, pauca gule .  
Tunc ego, non oculos, sed ventrem pascere vident :  
Aut appone dapes, Vare, vel aufer opes .

## De sene adulatore . LX.

**C**ondita cum tibi sit jam sexagesima messis ;  
Et facies multo splendeat alba pilo ;  
Discurris tota vagus urbe, nec ulla cathedra est ,  
Cui non mane feras irquietus, ave .  
Et sine te nulli fas est prodire tribuno ,  
Nec caret officio consul uterque tuo ;  
Et 2 sacro decies repetis Palatia clivo ,  
3 Sigeriosque meros, Partheniosque sonas .  
Hæc faciant sane juvenes, deformius, Afer ,  
Omnino nihil est 4 ardelione sene .

1 Ambitiosa indagine officiosus per omnia divitum atria  
quos vel in ipsis atriis, egredientes, vel in cathedris sedentes  
admissus salutas, discurris portans ineptum Ave, cui jam sexage-  
nario & cano dicendum potius fuerat vale. 2 Multoties per  
viam Sacram repetis Cæsaris domum. 3 Jactas ubique fami-  
iliaritatem tuam cum aulicis : crepas usque Sigerium & Parthe-  
nium Cæsaris cubicularios. 4 Ardelio, homo inquietus, huc il-  
luc semper volitans, omnibus negotiis se inimiscens. Hinc ele-  
ganter Phædrus: Est Ardelionum quadam Roma natio, Trepidae  
concurrans, occupata in otio; Gratis anhelans, multa agen-  
do nihil agens sibi molesta, & aliis odiofissima .

## Sapientia in adversis . LXI.

**S**ecuro nihil est te, Nævole, pejus, eodem  
Sollicito nihil est, Nævole, te melius .

Se-

1 Te curis vacuo & prospere agente nihil arrogantius & in-  
solentius, curis presso modestior nemo aut summissior: & quod  
de Caligula Passidius: Nemo fuit servus melior, nemo dominus  
deterior .

- Securus, nullum resalutas, despicias omnes;*  
 2 *Nec quisquam liber, nec tibi gratus homo est:*  
*Sollicitus, donas, dominum regemque salutas,*  
*Invitas. esto, Nævole, 3 felicitus.*  
 2 MS. Bodil. *Nec quisquam visus, nec tibi notus homo est.*  
 3 *Ut sis usque modestus.*

## Vinum dissimile. LXII.

- N**os bibimus vitro, tu 2 murrha, Pontice. quare 2  
 3 Prodat perspicuus ne duo vina calix.  
 1 Convivæ tui, 2 Poculo murrino, 3 Ne si tu vitreis, ut  
 nos, biberes, appareret te non idem vinum bibere quod nos, sed  
 generosius.

## De rusticatione. LXIII.

- R**ure morans quid agam, respondeo pauca, rogatus 2  
 Luce deos oro, famulos, post arva reviso;  
 1 Partibus atque meis justos indico labores.  
 Inde lego, 2 Phœbumque cito, Musamque lacesco.  
 Hinc oleo corpusque frico, 3 mollique palestra  
 Stringo libens, animo gaudens, ac fænore liber.  
 4 Prandeo, poto, cano, ludo, lavo, cæno, quiesco.  
 Dum parvus 5 lychnus modicum consumat olivi.  
 6 Hæc dat nocturnis nox lucubrata Camænis.

- 1 Meis famulis opus distribuo: sic Dido Virgiliana operum-  
 que laborem Partibus æquabat justis aut sorte trahebat.  
 2 Pango carmina. 3 Moderata exercitatione corpus curo: vel  
 stringo corpus palestræ pulvere, quem alibi poeta vocat ha-  
 phen, nam unctione laxatam cutem haphe seu arenæ aspersio-  
 ne stringebant, ab ἡρᾳ præt.med.verbi ἀπότομον, et necto. 4 An-  
 tea legebatur Pondero, sed omnes uno ore emendant, Prandeo,  
 neque enim prandium omnino Latio exulabat. 5 Ellychnium,  
 lucrena. 6 Nox lucubrata, dat hæc carmina &c. Vel nox dat  
 hæc carmina lucubrata Musis nocturnis.

## Stulte superbus. LXIV.

- E**diuum 2 domini, deique nostri,  
 Quo subsellia certiora fiunt,

Et 3

- 1 De renovanda lege Roscia, qua nulli in 14 gradibus federe  
 licuit, nisi cui census equestris: Sveton. cap. 8. Domitian. 2 Do-  
 minum se ac Deum appellari instituit Domicianus: Xiphilinus  
 & Svetonius in Domit. 6:138

Et 3 puros eques ordines recepit,  
 Dum laudat modo 4 Phasis in theatro,  
 Phasis purpureis rubens lacernis,  
 Et jactat tumido superbus ore;  
 5 Tandem commodius licet sedere,  
 Nunc est reddit a dignitas equestris;  
 Turba non premimur, nec inquinamur.  
 Hac, & talia dum referunt supinus,  
 6 Illas purpureas, & arrogantes  
 Jussit surgere Lectius lacernas.

3 Plebi non admistos. 4 Plebejus nescio quis, qui ex vestitus se equitem videri voluit. 5 Verba hæc Phasidis se ex lacernis purpureis equitem gloriantis. 6 Phasidem verbis & vestibus se pro equite jactantem gradibus equestribus ejecit adveniens designator Lectius, qui illum probe noverat.

## Ad medicum. LXV.

1 Languebam: sed tu comitatus protinus ad me  
 2 Venisti centum, Symmache, discipulis.  
 Centum me tetigere manus 3 Aquilone gelatae,  
 4 Non habui febrem, Symmache, nunc habeo.

1 Non plane ægrotabam, inclinabam tantum in morbum.  
 2 Venisti, o medice, comitatus multis tuis discipulis (pro more visendi illius temporis) qui singuli longo ordine venam meam tangebant, vel potius arteriam explorabant. 3 Frigidissime, tanquam Borea gelatae, 4 Et latenti in me febris causæ ~~et~~ ponuntur frigidus vester contactus adjecit extrinsecus ~~et~~ ponuntur ita plane accessit febris, in quam prius solum dilponebar.

## Carmen gemmeum. LXVI.

S Ardonychas, 1 smaragdos, adamantas, iaspidas uno  
 Versat in 2 articulo Stella, Severe, meus.  
 Multas in digitis, plures in carmine gemmas  
 Invenies: 3 inde oft hac puto, culta manus:

1 Smaragdos &c. medium hic corripit exemplo Græcorum.  
 Hom. Batrach. 2 Digito. 3 Gemmeis annulis ornatur, quod  
 elegancias & lumina in carmine ponere sciat.

Mens.

## Mens præstat opibus. LXVII.

**S**um, fateor, semperque fui, Callistrate, pauper;  
 Sed 1 non obscurus, nec male notus eques.  
 Sed toto legor orbe frequens, & 2 dicitur, hic est:  
 Quodque cinctis paucis, hoc mihi vita dedit,  
 At tua centenis ineumbunt recta columnis,  
 Et 3 libertinas arca 4 flagellat opes:  
 5 Magnaque Niliaca servit tibi gleba Syenes;  
 Tondet & innumeros 6 Gallica Parma greges:  
 7 Hoc ego, tuque sumus, sed quod sum, non potes esse:  
 Tu quod es, e populo quilibet esse potest.

1 Ingenio clarus, honore equitis & titulo donatus. 2 Digo monstror. 3 Ingentes, quales possederunt liberti ditissimi, Chrysoponus, Narcissus, Pallas, Callistus, &c. quos enumerat Plinius. l. 36. c. 18. 4 Flagellare divitias dicuntur ii (inquit Turnebus lib. 2 r. c. 4.) qui magnas arcis clausas opes velut verberibus & carceribus coercent. &c. Statius 2. Sylv. Infelix strangulet arca divitias. 5 Sunt tibi latifundia in fertili Ægypto, cuius civitas umbram nusquam flexura Syene. 6 Galliz Cisalpinæ urbs lana nobilis. 7 Quod supra dixi, ego scilicet Pauper doctus: tu Dives indoctus.

## De Nannejo. LXVIII.

**S**edere 1 primo solitus in gradu semper;  
 2 Tunc cum liceret 3 occupare, Nannejus;  
 4 Bis excitatus terque transfluit castra,  
 Et inter ipsas pene tertius sellas  
 Post Cajumque Luciumque confedit:  
 Illinc cucullo prospicit caput tellus,

5 Ocu-

1 Proximo Orchestræ. 2 Ante Domitiani edictum de reno-vanda lege Roscia, qua nulli in 14. gradibus sedere licuit, nisi cui census equestris. 3 Præripere equitibus. 4 Bis terque excitatus a designatoribus & coactus migrare in rematiorem locum cum sella sua (& hoc lepide dicit *castra transferre*) quam in ipsis gradibus posuit inter duos equites Cajum & Lucium, etiam inde extractus est in viam: sellas autem inferre moris erat.

5 Oculoque ludos spectat indecens ; uno ,  
 Et hinc miser dejectus in 6 viam transit ,  
 Subsellioque 7 semifultus extremo ,  
 Et 7 male receptus altero genu , 8 ja<sup>g</sup>as  
 Equiti sedere; 9 Lectioque se stare .

5 An quia luscus an credo quod altero oculo prospice-  
 ret cucullo obvolutus? 6 Interstitia in spectaculis inter ordines  
 erant , inter cuneos & circa balthea quæ theatrum cingebant.  
 7 Semi-sedens & semi-stans. 8 Velut ipse eques. 9 Designa-  
 tori, metuens ne & inde ejiceretur .

### Dona insidiosa . LXIX.

**Q**ued tibi 1 Decembri mense, quo volante 2 mappa ,  
 Gracilesque 3 ligulae, cereique, chartaque ,  
 Et 4 acuta 5 senibus testa cum damascenis ,  
 Præter libellos 6 vernulas nihil misi :  
 Fortasse avarus videar, aut inhumanus .  
 Odi dolosas munera et malas artes .  
 7 Imitantur bamos dona : namque quis nesciret  
 Avidum vorata decipi scarum muscas ?  
 Quoties amico diviti nihil donat ,  
 8 Quintiane, 9 liberalis est pauper :

1 In Saturnalibus. 2 Ultra citroque ab amicis missæ.  
 3 Gladioli argentei seu spathulæ. 4 Vase testaceo metæ seu  
 turbinis formam habente. 5 Prunis rugosis a Damasco Syriæ ur-  
 be. 6 Domi meæ natos, vel procaces, dicaces, jocosos æque ac  
 vernas. 7 Eadem sententia Martialis pag. 87. ep. 53. Sic avidis  
 fallax indulget piscibus hamus: Callida sic stultas decipit esca-  
 feras. 8 Dona non inescat, non cauponatur ,

# EPIGRAMMATVM D E L E C T V S Liber Tertius. M A R T I A L I S.

Pugna pugnam dirimit , I.

**A** Spicis imbellis centent quam fortia damae  
Prælia : tam timidis quanta sit ira feris :  
In mortem parvæ concurrere frontibus audens  
Vis Cæsar Damis parcere ; mitte canes .

<sup>1</sup> A paradoxo: canibus qui alias damis exitio sunt immisssis , dirimitur prælium damarum ad perniciem inter se fureptum ,

Vita tranquilla . II.

**S**i tecum mihi , care Martialis ,  
Securis liceat frui diébus ;  
Si disponere tempus otiosum .  
Et verae pariter vacare vitæ ;  
<sup>2</sup> Nec nos atria , nec domos potentum ;  
Nec lites tetricas , forumque triste  
Nossemus , nec imagines superbas ;  
Sed gestatio , fabulæ , libelli ,  
Campus , porticus , umbra , <sup>2</sup> Virgo , therma ;  
Hæc essent loca semper , hi labores .  
Nunc vivit sibi neuter , heu , bonosque

<sup>1</sup> Non curamus nosse. <sup>2</sup> Virgo aqua quam adduxit Agrip-  
pa via Prænestina. <sup>3</sup> So-

- 3 Soles effugere, atque abire sentit;  
 4 Qui nobis pereant, & imputantur,  
 Quisquam vivere cum scias, moratur?

3 Dies, quibus bene uti ad vitæ hilaritatem licuit. 4 Quod eos  
 inutiles abire passi sumus, non aliis nobis redditis pro eis qua-  
 bus non viximus festive.

### Memoria infelix. III.

**Q**Uinctum pro Decimo, pro Crasso, Regule, i Macrum  
 Ante salutabat rhetor Apollonius.  
 Nunc utrumque suo resalutat nomine: 2 quantum  
 Cura, labore que potest! scripsit, & edidicit.

1 Acutius legas Macrum: nam & hiac inepti rhetoris infe-  
 licem arguit memoriam, qui Decimum salutaret dimidio nomine,  
 Quinctum: Crassum; contrario nomine, Macrum. 2 Ironice &  
 sceptice.

### In Paullum. IV.

**M**anè domi nisi se vobis, meruique videre,  
 Sint mihi, Paule, tua longius Exquilia.  
 2 Sed Tiburtina sum proximus accola pila;  
 3 Qua videt antiquum rusticæ Flora Jovem.  
 4 Alta subarbani vincenda est semita clivi,  
 Et 5 numquam sicco sordida saxa gradu;  
 Vixque datur longas mulorum 6 vincere 7 mandras;  
 Quæque trahi multo marmora 8 fune vides.  
 Illud adhuc gravius, quod te post mille labores,  
 Paule, negat cassa janitor esse domi;

G Exi-  
 1 Si tanti sit tibi officium meum, ut te videre mereatur, amor  
 quidem meus is est ut ad te ire velim, etiamsi longius forent  
 Exquilia, ubi tu habitas. 2 Sed ego habiro ad pilam in via  
 Tiburtina. 3 Prope Floræ deæ rusticæ & florum præsidis tem-  
 plum, atque vetus Capitolium Jovis. 4 Quia per Suburram  
 ascenditur ad montem Exquinum; 5 Perpetuo coenosa saxa.  
 6 Superare, præterire, 7 Proprie caulas; stabula hic, ut apud  
 Juvenalem Sat. 3. v. 237. series mulorum onera portantium.  
 8 Machinis, vel plaustris, ut Juven. Sat. 3. v. 255.

# 93 EPIGRAMM. DELECTVS

Exitus hit operis vani, poguleque & madentis :

10 Vix tanti Paullum mane videre fuit.

11 Semper inhumanos habet officiosus amicos :

12 Rex, nisi dormieris, non potes esse meus .

9 Nimbo, luto, sudore, 10 Vix suscipiendus sit labor tantus,  
etiam si certum esset fe domi tuæ repertum iri, 11 Officiosus,  
homo occupatus in aliis salutandis, ut Paulus iste, non facile  
patet officiis & salutationibus amicorum. 12 Si ergo cupis es-  
se meus seu dominus, seu patronus dormi paullisper, donec sa-  
lutatum te venias, ut te domi offendam .

Laus Hermetis . V,

**H**ermes & Martia facili voluptas :

Hermes omnibus eruditus armis :

Hermes 2 & gladiator, & magister :

Hermes 3 turba sibi tremorque ludi :

Hermes 4 quem timet Helius, sed unum :

Hermes 5 cui cadit Advolans, sed uni :

Hermes vincere, 6 nec ferire doctus :

Hermes 7 supposititus sibi ipsi :

Hermes 8 diritia locariorum :

Hermes 9 belligera superbis hastis :

Hermes 10 aequoreo minax tridente :

Hermes 11 casside languida timendus :

Her-

1 Aevi huius & Romæ Martia deliciae & gloria propter eru-  
ditionem in omni genere armorum: ut mox. 2 Et ipse gladia-  
torum magister id est, lanista. 3 Quo arma tractante tota fa-  
milia gladiatorum turbatur & timet. 4 Quem solum nobilis  
gladiator Helius timet. 5 A quo solo vincitur Advol. nobilis  
glad. 6 Premendo & involvendo vincere sine ictu: vel adver-  
sario parcere, ubi posset ferire: 7 Pugnando non defatigatus,  
sed perinde ac recens gladiatoriis novis conreditur, nec in-  
diget ut sibi alias sufficiatur, sive supponatur: vide Lips. Satur-  
nal. 8 Vnde quæstum faciant qui loca populo in spectaculis  
designant locantque, & lucar sive locar dicitur æs ex locis  
theatralib, collectum. 9 Gladiatoris Samnitis more valide vi-  
brat hastam. 10 Retiarii more movet fuscinam directam in  
Mirmillionem. 11 Andabatarum more pugnat: hi autem ex  
equis galea frontem oculosque testi pugnabant: Languida i. e.  
quæ tenebras & languidam caliginem inducit: Andabatarum  
more pugna e i.e. ex cortum.

*Hermes gloria Martis universi ;  
Hermes et omnia solus , & iter unu-*

12 Potest allusisse ad Hermetem Trismegistum, cuius summam scientiam in Philosophia sequat hujus in arena.

### Homine inido nihil miserius . VI.

**V**T bene loquatur , sentiatque Mamereas ,  
Afficeret nullis , Aule , moribus possis ?  
Pietate fratres 2 Curtios licet vincas ,  
Quietè 3 Nervas , comitato 4 Rusones ,  
Probitate Marcos , equite 5 Mauricos ,  
Oratione Regulos , iusta Paulos :  
6 Rubiginosis cuncta dentibus rodit .  
Hominem malignum forsitan esse tu credas ?  
Ego esse miserum credo , cui placet nemo .

1 Vel integrissimis. 2 Curtios Montanos morum honestates insignes, circa tempora Martialis. 3 Intelligi credo de Nerva, qui succedit Domitiano: namque is, teste Xiphilino, quietus & mitis. 4 Al. Drusones. 5 Junium Mauricum ab aquitate laudat Plin. Sec. 4. l. 22. epist. & l. 1. epist. 5. 6 Theoninis & lividis, id est maledicentia.

### Clavis nequam . VII.

**D**um sibi 1 redire de Patrenibus fundis  
Ducenta clamat coccinatus Euclides ,  
2 Corinthioque plura de suburbano e  
3 Longumque pulchra Remma repetit a Leda ,  
Et fuscitanti 4 Lectio reluctatur ;  
5 Equiti superbo , nobili , locupleti .

G 2

66-

1 Redditum esse animum ex fundis Patrenibus. duxerat Patriae autem non procul a Corintho, urbs Achaea. 2 Grecus enim Euclides e Corintho. 3 Iactatque se ducere genus ab equitibus Castore & Polluce filiis Leda e Jove. 4 Designatori eum ex equestri loco excitanti reluctatur. 5 Ironice; huic Eucli.

Cecidit repente magna de finu clavis.

Numquam, Fabulle, 6 nequior fuit clavis.

6 Quæ prodidit fortunas domini sui, ostenditque Euclidem vel ipsum esse servum, cui curæ aliena clavis, vel pauperem sicutem, cui nemo famulus, qui ipse suam gestaret clavem.

De \* filio Domitiapi. VIII.

**N**ascere Dardanio promissum nomen Iulo,  
2 Vera deum soboles : nascere magne puer.  
Cui pater aternas post facula tradat 3 habendas,  
4 Quique regas orbem cum seniore senex.  
5 Ipsa tibi tereti trahet aurea pollice fila,  
Et totam 6 Phryxi Julia nabit 6 ovem.

\* Ex Domitia uxore, cajus meminit Svet. cap. 3. 1 Imitatio Virgiliana. Julius a magno demissum nomen Iulo. 1. Aeneid. & 2 Chara deum soboles, &c. hæc autem vera, Domitiani scilicet Dei ac Domini. 3 Imperium Romanum. 4 Imit. Ovidiana. Sospite sic te sit natus quoque sospes : & olim imperitus regat hoc cum seniore senex. 2. Trist. vers. 165. 5 Parcae Deæ dabunt patrueli tuæJulia filiæ Titi, partes suas: atque Julia tibi nabit pollice tereti ( qui longevitatem figurat ) fila aurea, quæ lummam portendant felicitatem : namque ex disciplina Hetruscorum aries insolito colore induitus regi vel Imperatori omnium rerum largitionem portendebat. 6 Vellus aureum, quale erat arietis illius, quo Phryxus vectus e Boeotia in Colchos transfretavit.

Frater fratri censum minuit. IX.

\* **C**alliodorus habet censum ( quis nescit ? ) equestrem  
Sexte ; sed & fratrem Calliodorus habet.

Qua-

\* Plenum salis epigræm. Calliodorus cum fratre censum equestrem possidebat, eoque se equitem jactabat: Martialis negat Calliodorum esse equitem partitis bonis, & docet ridicule quo pacto possit esse uterq. eques: i.e. hodie Calliodorus, postridie frater.

*Quadrinventa* <sup>1</sup> *secat*, qui dicit *oūxa mēpīz*;

\* *Uno credis equo posse sedere duos?*

*Quid cum fratre tibi, quid cum <sup>2</sup> Polluce molesto?*

\* *3 Non esset Pollux si tibi, Castor eras.*

\* *Unus cum sis; duo, Calliodore; sedetis.*

*Surge:* <sup>4</sup> *solæcismum, Calliodore, facis.*

*Aut imitare* <sup>5</sup> *genus Leda; aut cum fratre sedere*

*Non potes: alternis, Calliodore, sede.*

*1* Et frater ille tuus qui hereditatem ad assem usque, & minima quæque, ut & ficos, dividi ex æquo poscit, aufert tibi medium censum. \* Neque potestis ex uno censu esse duo equites, & uno sedere equo aut uno subsellio. *2* Fratre (ut ille Castoris) qui officit tuo honori, dimidiatus eques. *3* Elegans lusus in nominibus. Pollux enim pugil, Castor eques: frater ille tuus quasi pugil tibi reluctatur, ne possis esse eques. *4* Nec enimas dicere, *unus sedetis.* *5* E quibus Castor immortalitatem suam cum fratre partitus est, ut alternis vicibus morerentur & reviviscerent: ita vos per vices estote equites, nisi alterum dicat oportere mori & ad inferos descendere, ut superstes sit eques.

### Hereditipeta. X.

*1 Supremas tibi tricies in anno*

*Signanti tabulas, Carine, <sup>2</sup> miss*

*3 Hyblæis madidas thymis placentas.*

*4 Defeci: miserere jam, Carine.*

*5 Signa rarius; aut semel fac illud,*

*Mentitur sua quod subinde tuffis:*

*Excussi loculosque faculumque:*

*6 Cræso divitior licet fuissim;*

G 3

7 Iro

*1* Sæpius mutant tabulas testamenti, tit illicias captatores quos captes. *2* Poeta se captatorem fingit, quo cautius improbas hæredipetarū artes carpat. *3* Melle optimo: Hybla mons Siciliæ mellificiis clariss thymo quippe abundat, qui a pibus gratus. *4* Exhaustus sum, non suppedit quod ultra mittam. *5* Vel noli spem nostram eludere, toties mutando testamentum, vel semel morere, & præsta fidem tussi tuæ mendaci. *6* Lidiæ illo rege ditissimo.

7 Iro pauperior forem, Carine,  
8 Si conchen toties meam comedes.

7 Arnæo mendico. 8 Si non mellita placenta, sed vili fabarum  
in siliquis coctarum te pascerem, quoties signas, vel tussiendo mihi  
spem mortis tuæ facis. Conchis puls ex faba integra, & cum  
cortice suo.

Quod datur non perire. XI.

**C**allidus effractum nummos sur auferet arca :  
Prosternet patrios impia flamma Lares :  
Debitor usuram pariter, sortemque negabit :  
Non reddit sterilis semina jacta seges :  
Depascetur oves diri contagia morbi :  
Mercibus extructas obruet unda rates .  
1 Extra fortunam est quidquid donatur amicis :  
Quas dederis, solas semper habebis opes .

1 Extra fortunæ aleam, nullatenus fortunæ obnoxium. M. Antonius apud Rabirium Poetam : *Hoc habeo quodcumque dedi, &c. Senec. l. 6. de Benef. c. 3. Notum & illud Alexandri, interrogati ubi suos reconderet thesauros: Apud amicos: inquit. Plutarch.*

In Cœnipetam. XII.

**Q**uid factum est rogo, quid repente factum est ?  
Ad cœnam mihi, 1 Dento, quod vocanti  
(Quis credat?) quater ansus es negare .  
Sed nec respicis, & fugis 2 sequentem ;  
Quem thermis modo querere, & theatris ,  
Et 3 conclavebus omnibus solebas .  
Sic est : captus es unctiore cœna,  
Et major rapuit 4 canem culina  
Jani te: 5 sed cito cognitum & relictum  
Cum fastidierit popina dives ,  
Antique venies ad offa cœne .

1 Nomen ex re natum, dente scilicet strenuus. 2 Me sequenter ut invitem te. 3 Cœnationibus, cellis. 4 Cœnipetam Dentonem instar canis odorantem lautiorem culinam. 5 Sed agnitus fastiditusque divitibus redibis ad tenuem mensam meam.

In

## In Parasitum. XII.

**N**Umquam se coenasse domi Philo jurat<sup>\*</sup> : & hoc est :  
Non cœnat, quoties nemo vocavit eum,

\* Nec pejerat : jejunat enim quoties non alio invitatur.

## Ne data commemores. XIV.

**Q**Uæ mihi præstiteris memini, semperque tenebo,  
Cur igitur taceo i Postume, tu loqueris.  
Incipio quoties alicui tua dona referre,  
Protinus exclamat ; dixerat & ipse mihi  
Non belle quædam faciunt duo : & sufficit unus  
Huic operi : si vis, ut loquar, ipse tace.  
Crede mihi, quamvis ingentia, Postume, donec &  
Auctoris 3 pereunt garrulitate sui.

1 Postumus. 2 Vide Senec.de Benef. l.2.c.10. & l.7.c.22.  
3 Amitunt gratiam.

## Infelix memoria. XV.

**E**xtemporalis factus est meus Rhetor :  
Calumnium non scripsit, & salutavit i

Apollonius qui modo scripsit & edidicit, vid.Epigr.3. hujus  
libri 3.nunc tantum prosecit, ut unum aliquem etiam duri no-  
minis possit salutate, nec tameni scripserit. Ironice.

## Varia genera vitæ. XVI.

**C**Ut tradas, Lape, filium magistro,  
Quæris sollicitus diu, rogasque  
1 Omnes grammaticosque rhetorasque  
Devites, moneo : nihil sit illi  
Cum libris Ciceronis, aut Maronis ?  
Fama & Tutilium suæ relinquit.

G 4

3.51

1 Quando artibus honestis Nullus in urbe locutus, &c. Juven.  
Sat.3, 2 Non, Rutilium ut vulg.ne peccet versus, peccanti-  
bus duabus primis syllabis. Videtur is esse quem laudat Cice-  
ro 1.de oratore, & in Bruto de quo Val.Max.lib.2.c.3. & Sve-  
ton.in Augusto,cap.89. alii leg.Lucilius.

3 Si versus facit, abdices Poetam.

Artes discere vult pecuniosas?

Fac, 4 discat 5 citharoedus, aut 6 chorales:

Si duri puer ingenii videtur,

Preconem facias, vel 7 architectum.

3 A sterili & inutili poetices studio illum omni ratione averte  
 4 Discat citharoedi artem, discat fieri citharoedus. *Hellenism:*  
 vide Jos. Mercerum ad epist. 19.l.1. Aristæneti. 5 Citharoedi hac  
 tempestate in pretio. 6 Qui in choro tibia canit. 7 Præter  
 privatorum enim in ædificiis hac tempestate luxum, & Domi-  
 tianus templo & alia publica instauravit.

### Vive hodie. XVII.

**C**ras te vidurum, 1 cras dicis, Postume, semper.

Dic mihi cras illud, Postume, quando venit?

Quam longe cras istud? ubi est? aut unde petendum?

Nunquid apud Parthos, Armeniosque latet?

2 Jam cras istud babet Priami vel Nestoris annos.

3 Cras istud quanti, dic mihi, possit emi?

Cras vives: hodie jam vivere, Postume, serum est;

Ille sapit, quisquis, Postume, vixit beri.

1 Et cras hoc comprehendinat juvenis ignavus, apud Pers. Sa-  
 tyri. 5. v. 66. 2 Ita protrusisti horam, ut hora fere jam protruse-  
 rit te, senem factum. 3. Cras hoc tuum quod præterit non po-  
 test redimi: futurum quantuli? facili sane pretio, immo nullo, quia  
 sponte venit, si velis uti: sed vide Senec. epist. 12.

### Maledicuum imbellem silendo ulciscare. XVIII.

**A**llatres licet usque nos & usque,

Et 1 gannitibus improbis lacefas:

2 Certum est hanc tibi pernegare famam,

Olim quam petis in meis libellis,

Qualiscumque legaris ut per orbem,

Nam te cur aliquis sciat fuisse?

Igno-

1 Conviciis quis & maledictis: gannire canum est: ut alii, vul-  
 pius.

2 Non vivet, non notum erit posteritati nomen tuum.  
 in carminibus meis vel infami nota iustum.

*Ignorans pereas, 3 miser, necesse est.  
Non deerunt tamen hac in urbe forsan  
Unus, vel duo, tresve, quatuorve,  
4 Pellem rodere qui velint caninam.  
5 Nos hac a scabie tenemus ungues.*

3 Quia invidus. 4 Qui maledicos velint maledictis infectari.  
Allusum vult Erasmus ad proverb. *Canis caninam non est.*  
5 Ego ab hac libidine & contagio maledicendi me contineo,  
scabie ejus nolo me contaminare, nolo pruritum ejus scabendo  
levare.

### Bibamus, etas moriemur. XIX.

**S**extantes, \* Calliste, duos infunde Falerni:  
Tu super 2 astivas \*, Alcime funde 2 nives:  
3 Pingueſcat nimio madidus mihi xrinis amomo,  
Lassenturque 4 roſis tempora 4 ſutilibus.  
Jam 5 vicina iubent nos 6 vivere 7 Mausolea &  
Cum dceant, ipſos poſſe perire 8 deos.

1 Triens 4. cyathos, ſextans duos coniinet cyathos, & eſt  
ſexta pars ſextarii. \* Minister poetar. 2 Aquam ſeu gelidam  
& nivibus expreſſam, qua viua generofiffima diluebant, vel da-  
coctam & vitris demiffam in nives ut refrigeretur: Neronis in-  
ventum. Gruterus, *sive nives.* 3 Unguentis delibuti, & floribus  
coronati convivabant veteres: 4 Coronas e roſarum fo-  
liis conſuebant. 5 In valle Martia erat ſepulchrum Augufti.  
*Vel* prop̄lora, quam illud Cariæ Mausoleum. 6 Vita uti, hilari-  
ter vivere, 7 Sepulchra Augufti, Imperatorum atque cogitato-  
rum ab Augufto extructa ad ſimilitudinem Mausolei Artēmifæ.  
8 Imperatores, qui ſe pro diis haberi volement.

### In M. Antonium Ciceronis interfectorē. XX.

**A**ntonii Phario nil objeſbare \* Pothino,  
Et 2 levius tabula quam Cicerone nocens:

*Quid*

1 Nihil habes quod illi exprobres, cum ejus crimen cælo Ci-  
cerone ſuperaris. \* Pothinus poffimus eunuchus qui Pompe-  
jo magno perniciem molitus eſt. 2 Minus teca proſcriptorum  
tabula nocens, quam uno Cicerone.

## 106 EPIGRAMM. DELECTVS

*Quid gladium demens 3 Romana stringis in ora?*

*Hoc admisisset 4 nec Catilina nefas.*

*5 Impius infando miles corrumpitur auro:*

*Et 6 tantis opibus vox tacet 7 una tibi.*

*Quid profunt sacræ pretiosa silentia linguae?*

*8 Incipient omnes pro Cicerone loqui.*

*3 In Ciceronis os: Quod tibi Roma caput cum loquereris, erat.*

*4 Si revixisset, cui tamen major odii causa Ciceronis, quam tibi.*

*5 Popilius Lenas percussor Ciceronis, qui illum capitis reum defenderat. 6 25000 drachmis Atticis tanto precio emisti Ciceronis silentium. 7 Qui te Philippicis exagitavit.*

*8 Omnes jam in crudele hoc tuum facinus invehentur.*

Malus liber malum manus. XXI.

**N**on donem tibi cur meos libellos  
Oranti toties, & exigenti,  
Miraris, Theodore? magna causa est:  
Dones tu mihi ne tuos libellos..

De Pompejo, & filiis. XXII.

*1 Pompejos juvenes Asia, atque Europa, 2 sed ipsum*

*Terra tegit Libyes; 3 si tamen ulla tegit.*

*Quid mirum. 4 toto si spargitur orbe? jacere*

*Uno non poterat tanta ruina loco.*

*1 Cnefus Pompeii Magni filius interiit in Europa vicitus 2*  
*Cæsare ad Mundam in Hispania: Sextus perfit a militibus Antonianis interceptus Milet in Asia. 2 Pompejus Magnus occi-*  
*situs in Africa ad Pelusium Nili ostium sepultus est: Strabo*  
*lib. 16. in monte Cassio sepultum refert. 3 Neque enim con-*  
*stat an sepultus fuerit. Jatet ingens litore truncus dixit Vir-*  
*gil. de Priamo, sed respexit Pompejum, 2. Aeneid. Et illud, Mar-*  
*mores in tumulo Licinus jatet, ac Cato parvo, Pompejus nullo:*  
*Quis putat esse deos? 4 Per tres orbis partes quæ tuim-*  
*notæ, nondum inventa America: de his autem 3. partibus Pompejus*  
*triumpharat. Et quasi non posset tellus tot ferre sepul-*  
*chra, Divisit cineres. Petronius antea, de Crasso, Pompejo, Jul.*  
*Cæsare.*

Vera

## Versus emendandi. XXIII.

**N**on totam mihi , si vacabis , horam ,  
Dones , & licet 1 impunes Severe ,  
Dum nostras legis , 2 exigisque nugas .  
3 Durum est perdere ferias: 4 rogamus ,  
Iacturam patiaris hanc , ferasque .  
Quod si legeris ipse cum diserto  
( Sed numquid sumus 5 improbi ? ) 6 Secundo ?  
7 Plus multo tibi debiturus hic est ,  
Quam debet domino suo libellus .  
Nam securus erit , 8 nec inquieta  
Lassi marimora Sisyphi videbit ;  
Quem censoria cum meo Severo  
Dotti 9 lima momorderit Secundi .

\* Ordo verborum est : Severe , si vacabis parum horæ do-  
nes ut cum Secundo , legas & castiges meos libellos . 1 Me  
tibi debitorem ejus facias . 2 Ad examen judicii castigas .  
3 Objetio ex persona Serveri : Non est æquum me ocia mea  
perdere nugis tuis impensa . 4 Respondet Poëta . 5 Qui  
tibi adjungimus comitem æque gravibus , ac tu , districtum  
negotijs . 6 Libertus hic Lucensis ille ? An Plinius Junior qui  
nostro amicus (ut testatur ipse Plin.epist.ulc.l.3.) qui & Secun-  
dus cognominatus est , disertumque eum vocat Martialis . 7 Plus  
tibi castigatori quam mihi autori . 8 Effugiet mortem ; non in-  
teribit , ad inferos , ubi saxum ingens völvit Sisyphus , damnatus .  
9 Castigatio , expositio , metaphora fabrilis .

## Pauper semper pauper . XXIV.

**S**emper eris pauper , si pauper es , Æmiliane :  
Dantur opes nulli nunc , nisi divitibus .

## Bonæ leges . XXV.

**C**ensor maxime , 2 principumque princeps ,  
Cum tot jam tibi debeat 3 triumphos ,  
Tot nascentia templa , tot renata ,

Tot

\* Censuram sibi assumpsit perpetuam , Domitianus imp. &  
laudatur , quippe legem tulerat qua histrionibus scena interdixit:  
cumque præter triumphis ejus , ac templis . 2 Imperator . 3 Ex  
Dacis scil. Cattis , & Sarmatis .

208 EPIGRAMM. ELECTVS.

*Tot spectacula, 4 tot deos, tot arbes :  
Plus debet tibi Roma , quod pudica est .*

4 Novos Deos, seipsum, patrem, fratrem & Julium, eum antiquis  
Jove custode, Hercule, Fortuna reduce, Jano, &c. Xiphilin. &  
Sveton.

Pecuniam ingeniose a Domitiano aucupatur. XXVI.

**P**AUCA JOVEM NUPER CUM MILLIA FORTE ROGAREM :  
1 Ille dabit, dixit, qui mihi templa dedit .  
2 Templa quidem dedit ille Jovis sed millia nobis .  
Nulla dedit: 3 pudeat pauca rogasse Jovem :  
4 At quam non tetricus , quam nulla nubilus ira ,  
Quam placido nostras legerat ore preces !  
Talis supplicibus tribuit diademata Dacis :  
Et 5 Capitolineas itque reditque vias .  
Dic precor , o nostri dic 6 consilia Virgo Tonantis :  
Si negat hoc vultu , quo solet ergo dare ?  
7 Sic ego : sic breviter 8 posita mihi Gorgone Pallas :  
9 Quae nondum data sunt, stulte, negata putas ?

1 Domitianus. 2 Sveton. Dom. cap. 5.. 3 Al. Pudet heu,  
paura rogasse Jovem, nec impetrasse. 4 Carmen tamen vel libellum supplicem legit vultu non minus sereno, quam quo iura victis dat, quam quo triumphat. 5 Capitolium alcendit triumphans per vim sacram. 6 O Pallas, familiare Domitianus numen, quam eximie colit, & cuius filium se esse vult. 7 Sie ego quærebam, inquit Martialis: sic autem Pallas respondit. 8 Personam scilicet induit mitem: vel alludit ad statuam Palladis in Capitolio positam sine ægide, quam quidem ægida statua Domitianus habet. Gorgone scuto, cui capitinis Medusei pictura inerat. 9 Expecta modo, dabit: neque enim negavit, quia non statim dedit.

Pater in filio superstes. XXVII.

**S**ANTA SALONINI 2 terris requiescit 2 Iberis ,  
3 Qua melior Stygias non videt umbra domos .

4 Sed  
1 Manes enim sancti habiti. 2 In Hispania. 3 Qua umbra non est alia apud inferos sanctior.

4 Sed lugere nefas : nam qui te , Prise , reliqui ;  
Vivit , qua vestris vivere pars magis .

4 Absit inani funere nantie , quia multa pars mei Vitabit  
Libitinam . Magna quidem ejus pars est superstes , cui superest  
gloria ex claris factis , & ex bene meritis nominis celebritas : sed  
alia hic mens Poetæ nostri : vivit itaque melior Salonini pars in  
eo quod te superstitem reliquerit , quem vel anima sua chario-  
rem habuit . Serves anima dimidium meæ . Horat.

## De tribus capellis . XXVIII.

- N**on de fui , neque cedo , nec veneno ,  
Sed lis est mihi de tribus capellis .  
Vicini queror has abesse furto .  
Hoc iudex sibi postulat probari .
- 2 Tu Cannas Mithridaticumque bellum ,  
Et perjuria Punicæ furoris .  
Et Syllas , Mariosque , Mutiosque  
Magna voce sonas , 3 manuque tota .  
Jum dic , Postume , de tribus capellis .

1 Ineptos hujusmodi & umbraticos caussidos qui figura-  
runt tumore & sententiarum vanissimo strepitu crepantes nihil  
ex iis quæ in utu sunt aut vident aut loquuntur , exagitat Pe-  
tronius statim ab initio Sat . Ita hic Postumus vel ex alia oratio-  
ne ( ut ait Cicero pro Roscio Amerino ) quam in aliis reum  
fuerat commentatus hæc declamavit : vel arcessitos hos artis col-  
lores & purpureum , qui late splendeat , pannum assuit caussæ  
levi , quam actam oportuit de tribus capellis . 2 Tu nescio quid  
grande sonas de gloriæ Cannenfi , bello cum Mithridate , Hanni-  
bale , Porsenna , quem Mutius Scævola adortus est , & bellis civi-  
libus Marii & Syllæ : exera chorum quidem , & mira de lente .  
3 Omni gestu & actionis viribus : ita magno conatu magnas  
nugas agis .

## Cito da , aut nega . XXIX.

- M**Utua te centum seftetta , Phœbe , rogavi :  
1 Cum mihi dixisses , exigis ergo nibil :

1 Cum ipse me szpe hortatus fueris prius ut aliquid a te  
peterem . Jam tamen dubitas , cunctaris , &c .

Inqui-

Inquitio, dubitas, cunctaris, meque diebus

Teque decem crucias: jam rogo, Phœbe; 2 nega;

\* Amarum est diu pendere: sequius erat mihi spem præcidi, tibi  
metum, quam utrumque sic trahi, sic cruciari: vide Senec. de Be-  
nef. lib. cap. i.

### Epitaphium Glauciae pueri. \* XXX.

**L**ibertus Melioris ille natus,  
Tota qui recedit dolente Roma,  
Cari delicia 1 breves 2 patrōni,  
Hoc sub marmore Glaucias humatus  
Junto 3 Flaminia jacet sepulchro:  
Gnatus moribus, integer pudore,  
Velox ingenio, decore felix.  
Bis senis modo messibus peractis  
4 Vix unum puer applicabat annum.  
5 Qui fles talia, nil fecar viator.

\* Lege epicedion Glauciae hujus lib. 2. Sylv. Statii, quod huic  
facem præfert. 1 Puer enim extinctus. 2 Melioris Attedii,  
qui Glauciam etiamnum infantem propter elegantiam & inge-  
nium manu miserat. 3 Vide Flamina qua tumuli frequentes.  
4 Prope erat tredecennis. 5 Qui Glauciae fatum immaturum  
atque Melioris miseram orbitatem defles, sis precor felix, neque  
habeas ex tuo quod fleas.

### Mors Othonis. XXXI.

**C**um dubitarer adhuc belli civili's 1 Enyo,  
Forstam & 2 posset vincere mallis Ortho:  
Dannavie multo staturum sanguine Martem,  
Et fudit certa petra ruda manu.

sic.

1 Bellona, furor bellicus. 2 Neque enim se Galbae oppo-  
suisset, nisi sperasset sine bello civili rem geri potuisse, atque ubi  
jam a Vitellianis ad Bebriacum fraude superato, satis supereffet  
spei integræque fere copiæ, supervenientibus & aliis; odio ta-  
men civilium armorum, & ne periret populus, se pugione trans-  
fudit. Sveton. Dio. & Tacit. 2 Hist.

*Sit Cato, dum vivit, sane 3 vel Cesare major :  
Dum moritur, numquid 4 major Othone fuit ?*

3 Quo vel victore majorem se & meliorem assignavit Cato.  
4 Minor certe. Cato enim rebus fractis & desperatis, Otho salvus  
jam & integris: ille tandem, hic odio belli civilis se interfecit: vi-  
tam mollem forti morte coherestavit: *alii* (inquit Tacitus)  
*diutius imperium tenuerunt, nemo tam fortiter reliquit.*

## In Rabulam. XXXII.

**S**eprem r clepsydras 2 magna tibi vocē petentia  
3 Arbiter invitas, Cæciliane, dedit.  
At tu multa diu dicis: vitreisque 4 tepentem.  
Ampullis potas semisupinus aquam.  
5 Ut tandem saties vocemque sitimque; rogamus  
Jam de clepsydra, Cæciliane, bibas.

1 Horologia aquaria, phialas e vitro, cupro, argento, per quæ  
guttatim defluit aqua ad temporum spatiā dimetienda pricis  
in usu, ut hodie horologia arenaria: clepsydra autem tertiam fere  
horæ partem continebat. 2 Tanquam gratum tibi ficeret iudex  
longum dicendi spatiū concedendo. 3 Judex. 4 Mora egeli-  
dani, an a sole vel igne calidam? quam supino ore bibis ad vo-  
cem & vires reficiendas simulque ut tempus protrahas: bibendi  
autem inter agendum morem hunc a suo oratore procul abesse  
vult Fabius. 5 Ut exhausta tandem clepsydra finias, tueque  
voci ac nostris auribus parcas.

## Bene olet qui nihil olet. XXXIII.

**Q**uod semper i casaque, cinnamoque,  
Et 2 nido 3 alitis superba  
Fragras 4 plumbæ Nicerotiana,

1 Synecdoch. pro quovis aromate. 2 Unctus thure quod  
que ac cinnamomum & casiam in nidum congerit Phoenix,  
aque inde discutitur: Plin. lib. 10, cap. 1. & lib. 12, cap. 19. refert,  
negatque. 3 Phoenicis. 4 Unguenta a Nicerote aromatopola  
confecta, & in vasis plumbæ cocta in umbra, ut docet Plinius  
1. 13. c. 2. alii referunt ad sagittas plumbæ, quibus cinnamomum  
ex Phoenicis nido decussum tradit Aristot. 1. 6. de Nat. Anima-  
lii, cap. 13. Papin. 2. sylv. Pharieque exempta volucri Ginnama-

112 EPIGRAMM. DELECTVS

Rides nos, Coraciæ, nil olentes :  
⁊ Malo, quam bene olere, nil alere.

5 Quia plerumque homines odore bono tetur, vel oris vel corporis odorem tegunt.

Avarus ut ulciscendus. XXXIV.

**Q**uod convivaris sine me tam sepe, Lupercæ;  
Inveni, noceam qua ratione tibi.  
Irascar licet usque voces, mittasque, nagesque,  
Quid facies? inquis: quid faciam? + ueniam?

1 Expectarat ex præcedentibus Lupercus dictarum Poetam  
se vocatum non venturum: responderet autem & ~~pro~~ ~~quod~~ se  
venturum: quod male uitat avarum convivatorem.

Sors libellorum. XXXV.

**R**em factam Pompillus habet, Faustina legatur.  
Et nomen toto sparget in orbe suum.  
2 Sic 3 leve flavorum valeat genus \* Uspidorum,  
Quisquis & Ausonium non amat imperium.  
Ingeniosa tamen Pompilli scripta feruntur.  
5 Sed fama non est hoc, mihi crede, satis.  
Quam multi 6 tineas pascunt blattasque diserti?  
Et redimunt soli 7 carmina doctæ ceci!  
Nescio quid plus est, 8 quod donat secula chartis?  
Vitlurus 9 Genium debet habere liber.

1 Famam & nominis, quam desideravit, celebritatem; 2 Sic  
valeant Uspiji \* Germaniæ pop., & quicunque nominis Roma-  
ni hostes sunt, ut vivent Pompilli scripta: id est, Utinam sic pe-  
reant hostes Pop. Rom. ut peribunt Pompilli chartæ. Et hoo re-  
spondet Poeta priori disticho e persona vulgi. 3 Quod a Ro-  
mânis defecissent; Tacit, in vita Agricolæ. 4 Instat vulgus.  
5 Resp. Poeta, 6 Scribunt, quæ, nemine legente, tineat ac bla-  
tis relinquantur escæ, 7 Quæ togæ sunt cor dyllis & piperis  
cuculli. 8 Aeternitatem, 9 Nativam quandam vim & inge-  
nuam facultatem: non ingenium coactum, quod male respondet.  
Vel felicitatem quandam & quasi genii favorem, cuius patroci-  
nio libris æque opus est ac viris, urbibus, &c. In.

Invido invidia supplicium est. XXXVI.

**L**AUDAT, amat, cantat nos**tr**os 1 mea Roma libellos;  
Meque finus omnes, me manus omnis habet.  
Ecce rubet quidam, pallor, stupor, 2 oscitat, odit:  
3 Hoc volo: nunc nobis carmina nostra placent.

1 Mihi favens & amica. 2 Fastidit. 3 Ut invidis dispiacent  
mea carmina: namque hoc felicitatis argumentum.

Orborum avarus adulator. XXXVII.

**A**MISIT pater unicum Silanus:  
1 Cessas mittere munera Oppiane?  
Heu crudelē nefas, malaque 2 Parca!  
3 Cujus vulturis hoc erit cadaver?

1 An cessas captare hanc prædam, O heredipeta? 2 Quæ  
unicum Silani filium sustulisti. 3 Cui heredipetæ continget  
hæc præda? Qui, ut heres scribatur, consolatur aut affides:  
vultur est, cadaver exspectat. Senec. epist. 95.

In detractorem. XXXVIII.

**C**UM sis nec 2 rigida Fabiorum gente creatus,  
Nec qualem 3 Curio, dum prandia portat arantii.  
Hirsuta peperit, \* rubicunda sub ilice conjux;  
Sed patris 4 ad speculum tonsi, matrisque 5 togata  
Filius, & 6 sponsam possit te sponsa vocare:  
Emendaro meos, quos novit fama, libellos,  
Et tibi permittis 7 felices carpere nugas:

H Has

1 Tu, quem neque maiores ornant neque propriæ virtutes:  
auden, tu o vilissime, & mollissime tibi critica arrepta virga mez  
carpere carmina, eaque a laudatis laudata? 2 Studiis bellæ  
asperrima. 3 M. Curio Dentato, agriculturæ studiis non minus  
quam victoriis, & triumphis apud auctores celebri. \* Rustica &  
sole colorata sub ilice hirsuta & comata Curium peperit: i. e.,  
nec tu es e gente Curiorum. 4 Mollis, effeminati, qualis erat  
Otho, cui speculum civilis sarcina belli. Juvenal. Sat. 2. v. 100.  
Vide Senec. de Brevitat. vitæ. c. 12. 5 Famosæ adulteræ: adul-  
terii enim convictæ cogebantur toga inductæ in publicum pro-  
cedere. 6 Usque adeo effeminatus es & mollis. 7 Doctorum  
calculo & præconio nobilia atque victura carmina,

- Has, inquam, nugas, quibus aurem advertere totam  
 Nos aspernантur proceres urbisque forique:  
 Quas & perpetui dignantur scrinia 3 Silii,  
 Et repetit roties facundo 9 Regulus ore;
- 10 Quippe vider propius magni certamina Girei  
 Laudat Aventina vicinus Sura Diana.  
 Ipse etiam tanto dominus sub pondere rerum  
 Non designatur bis terque revolvere Caesar.
- 11 Sed tibi plus mentis, 12 tibi cor limante Minerva  
 Acrius, & 13 tenuer finxerunt pectus Athene.
- 14 Ne valeam, si non multo sapit altius istud,  
 Quod cum panticibus laxis, & cum pede grandi,  
 Et 15 rubro pulmone vetus, nasisque timendum,  
 Omnia crudelis lanus per compita portat.  
 Audest praterea, 16 quos nullus noverit, in me  
 Scribere versiculos, miserias & perdere chartas:
- 17 At si quid nostra tibi bilis inuaserit ardor,  
 Vivet, & hæredit tutoque legetur in orbe:
- 18 Stigmata nec uafra delebit 19 Cinnamus arte.  
 Sed miserere tui, 20 rabido nec perditus ore

Fu-

8 Silii Italici poetæ numquam morituri. 9 Quiem s̄epe alibi  
 laudat appellatque oratorem & doctum musarum clientem.

10 Quæ carmina laudet Clariss. orator Palfurius Sura, qui  
 habitat in Aventino monte, ubi Diana colitur, unde de-  
 spicere potest in Circum max. subiectum. 11 Ironice, tu  
 tamen tibi arrogas plus judicii, &c. 12 Et tibi artium  
 atque Athenarum (quæ sapientiæ magistra perhabetur) præ-  
 fess Minerva polivit ingenium & exacuit judicium, Ironi-  
 ce. 13 Subtiles, acutæ. 14 Dispeream, si non cor pe-  
 cūdis jam putridum, quod cum intestinis, pedibus, jecore &  
 pulmone lanus circumfert per compita venale, plus sapiat  
 quam tuum. 15 Jam corrupto pulmone putre & foetens.

16 Carmina quæ nemo legat. 17 At si ego in te scripse-  
 ro carmen. 18 Inustam tibi ex meis epigrammati infamiam.

Metaph. a punctis corpori inustis, quæ lepide Petronius epi-  
 grammata dixit. 19 Tonsor. 20 Noli latratu tuo ad iram ir-  
 ritare me quem comperies ursum vivum & in iras pronum, ubi  
 dabitur occasio: quin potius o timide ac imbecillis catule pel-  
 lem ursi foeno fartam nordicus lacefiss, unde tibi nihil impender  
 periculi? me vivum senties: caye canis, & quære aliam carnem  
 quam tacitus rodas.

Fumantem nafum vivi tentaveris arsis,  
 Sit placidus licet, & lambat digitosque manusque :  
 Si dolor, & bilis, si justa coegerit ira,  
 Ursus erit: vacua dentes in pelle fatiges,  
 \* Et tacitus queras, quam possit rodere carnem.

## Epigrammata longa. XXXIX.

- H** Exametris epigramma facis, scis dicere Tuccam:  
 1 Tucca solet fieri; denique, Tucca, licet.  
 Sed tamen hoc longum est: solet hoc quoque Tucca, licetque;  
 Si breviora probas, disticha sola legas.  
 2 Conveniat nobis: ut fas, epigrammata longa  
 Sit transire tibi; scribere, Tucca, mihi.

1 Respondeat Poeta. 2 Ex pacto inter nos ita dispertiamus  
 munia: ut mihi licet longa epigramm. scribere, tibi transire.

## Sanitas, vita. XXXX.

- S** Exagefima, Martiane, messis  
 Alta est, & puto, jam secunda Cotta;  
 Nec se tedia lectuli calentis.  
 Expertum meminit die vel uno.  
 At nostri bene computentur anni,  
 2 Et, quantum tetricæ tulere febres,  
 Aut languor gravis, aut mali dolores,  
 A vita meliore separensur:  
 Infantes sumus, & senes videmur:  
 Etatem Friamique Nestorisque  
 Longam qui putat esse, Martiane,  
 Multum decipiturque falliturque.  
 3 Non est vivere, sed valere, vita.

H 2

De

1 LXII. annos natus est Cotta, neque unquam lecto cum afixit unius dieculæ febris ardens. 2 Et a melioris vitæ statu subducatur quantum temporis sit impensum animi Vel corporis morbis, facile apparebit nos diu fuisse, parum vixisse. 3 Imo, Valere est philosophari, inquit Seneca, sine hoc ager est gnimus, &c. epist. 15.

## De Cilice fure . XXXXI.

**F**ur nota nimium rapacitatis  
Complare Cilix volebat hortum  
Ingenti sed erat, Fabulle, in horto  
Præter marmoreum nibil Priapum;  
Dum non vult vacua manu redire;  
Ipsum surripuit Cilix Priapum.

Egregium sane custodem, de quo exclamare libet, sed quis custodiet ipsum Custodem? ut Juyenal. Sat. 6. v. 348. Statuis autem aureis & argenteis addebatur custodes; lignear & lapidear incustoditæ erant; lepide itaque, cum Apollinis statua, quam sursepturis erat, jocatur Entychidas. Anthol. I. 2. c. 25,

## Senex edentulus . XXXXII.

**M**edio recumbit imus ille qui lecto,  
Calvam 2 trifilem semitactus unguento;  
3 Poditque toniss ora laxa lentiscis;  
4 Mentitur, Esculane: non habet dentes.

1 De more & ordine Röm. discumbendi in lectis ad mensam, vide Ciaccon, de triclinio. 2 Sulcis unguento ductis & pictis in calua tripili seu trifili, tres scil. vel paucos admodum habenti capillos. Semitactus autem, μιχείος, tangere quippe oleo, est ungere. 3 Qui videtur dentes purgare lentisco. Lentiscus genus arboris purgandis dentibus idoneas. 4 Simulat, ne appareat edentulus.

## Epitaphium Fusci . XXXXIII.

**I**lle 1 sacri lateris custos, 2 Martisque rogati,  
3 Credita cui summi castra fuere ducis;

Hic

1 Imp. Domitiani præfectus prætorii. 2 Prætorianæ cohorts, quæ in urbe seu ad muros urbis erat, præfectus. Vel legatus Domitiani, qui ipse in urbe propter auspicia & imperia recessens bella gerit per duces. 3 Cui Domitianus commiserat belli Vacici summata. Svet, Dom. c. 6. Tacit. i. & 3. hist.

**H**ic situs est 4 Fuscus 5 licet hoc, fortuna, fateris :

Non timet hostiles jam lapis iste minas .

**G**rande jugum domita Datus cervice recepit ,

Et fatulum viatrix possidet umbra nemus .

**4** In Dacia bello oppressus interiit. Eutrop. 1.7. Juvenal. sat. 4.  
¶. 111. **5** Etsi ipse victus ceciderit, jam tamen securus est tu-  
mulus ejus, Dacis postea victis a Juliano . **6** Victi jam Daci  
retulerunt inferias umbræ Fusci, cui quasi victorie sacratur tu-  
mulus cum agello & luco in ipsa Dacia redacta in deditio[n]em,

### Bibendo cœcus . XXXXIV.

**P**otor nobilis, Aule , lumine uno  
Lustus Phryx erat, alteroque lippus .  
Huic Heras medicus, bibas caveto  
Vipum : si biberis , nihil videbis .  
Ridens Phryx, 1 oculo, valebis, inquit .  
Miseri sibi protinus 2 deunes,  
Sed crebros jubet: exitum requirls ?  
Vinum Phryx, 3 oculus bibe venenum !

**1** Ita Gallus quidam luscus excusso sibi in ludo gladiatorio  
punctim batuenti unico oculo exclamavit 2 adieu mon œil, en  
bon nuit messieurs. Valebis, Itali adio. **3** Extinctus enim est  
bibendo oculus .

### Vestem ingeniose petit : XXXXV.

**Q**uidam me modo, Rufe, diligenter  
In spectum, velut emptor, aut lanista,  
Cum vultu, ditoque fabnotasset ,  
Tunc es, tunc ait, ille Martialis ,  
Cujus 2 nequitias, jocosque novis

H 3

Aurem

**T**anquam empturis quis servum ; aut gladiatorem : man-  
cipia autem venalia empturi diligenter inspiciebant , devestie-  
bant etiam & contrectabant. **3** Epigrammata procacia & je-  
cosa .

- Aurem qui modo non habet 3 Batavam?*  
*Subris modice : levique nutu*  
*Me , quem dixerat esse ; non negavi .*  
*4 Cur ergo, inquit, habes malas lacernas ?*  
*Respondi : quia sum malus Poeta .*  
*5 Hoc ne sapius accidat Poeta ,*  
*Mittas, Rufe, mihi bonas lacernas.*

3 Lectionem hanc, loco motam, sed opt. MSS. auctoritate vindicatam, recipiunt aut certe agnoscunt tres Batavi clarissima Marcialis lumina, Hadr. Junius. J. Gruterus, Petr. Scrivenerius: & ferunt aliquanto clementius quam magnus ille Erasmus & patriotæ alii: exponunt scilicet gratulari sibi Poetam, quod legatur ab omnibus Romæ, præterquam a Batavis; qui armis & duriori vita assueti, corporis Augusti custodes, non ita curabant jocos istos. Prætereunt quippe (juxta Venusinum Poetam). poemata Rhamnes, neque sapit Centurionum genti nequior iste sal. Nam quod in vulgg. legitur severam, e glossa videatur huc transmigrasse. 4 Ego Poeta sum, &c. ut spero, non humillimi spiritus, &c. Quare ergo, inquis, tam male vestitus es? Propter hoc ipsum, amor ingenii neminem unquam divitem fecit. Petronius. 5 Ne sapius cogar me malum fateri Poetam.

### Solers nummorum aucupium . XXXXVI.

**A** Ra domi non sunt, supereft hoc, Regule, tantum,  
*Ut tua vendamus munera: numquid emis?*

In opere suæ unicum remedium dicit esse venditionem munorum sibi a Regulo missorum, quæ notat dominum non redempturum, donaturum potius pretium ipsorum.

### De fragmento navis Argus . XXXXVII.

**F**ragmentum , quod vile putas & inutile lignum,  
*Hæc fait à ignoti prima carina mariis*

- Quam*  
 1 Quod Romæ extabat tempore Marcialis, ut videtur.  
 2 Non prius tentati mortalibus, nullaque mortales præter sua litora norant. Argonautas primum tentasse mare volunt postea.

**Quam nec** 3 **Cyaneæ quondam potuere ruina  
Frangere, nec Scythici tristior ira freti.**

5 **Secula vicerunt: sed quamvis cesserit annis,  
6 Sanctior est salva parva tabella rata.**

3 **Dux insulæ in Ponzi Euxini ostio quæ & Symplegades, quas  
transmisere Argonautæ non sine periculo.** 5 **Fluctus, scopulos,**  
**syrtes prætervectam & superar tem vicit tandem ætas.**

6 **Fragmentum hoc religione & antiquitatis veneratione vel  
ipsam integrum, vel alias qualvis naves superat.**

### Levia leviter cura. XXXXVIII.

**C**ogis me calamo, manuque nostra  
Emen dare meos, Pudens, libellos.  
O quam me nimium probas, amasque,  
1 Qui vis archetypas habere nugas?

2 Qui vel in nugis, qualia sunt mea carmina, primogenias probas ab ipso aurore exaratas vel emendatas.

### Lente loquens. XXXIX.

**H**oc agere est caussas, hoc dicere, Cinna, diserte,  
Horis, Cinna, 1 decem dicere verba novem?  
Sed modo clepsydras ingenti voce petisti  
Quattuor: 2 o quantum, Cinna, tacere poses!

1 Synecdoche finita. 2 Petisti, credo, tantum spatii, quo taceres, non dices.

### De natali Lucani, L.

**H**ec est illa dies, qua 1 magni conscientia 1 partit,  
Lucanum populis, & tibi, 2 Polla, dedit.  
Heu Nero crudelis, 3 nullaque invisor umbra:  
Debit hoc saltē 4 non licuisse sibi.

1 Lucani nobilis poetae. 2 Polla Argentaria uxor Lucani.  
3 Nullius cæde invisor quam Lucani. 4 Respxit id, quod  
multis a se occisis dixit Nero, *Nescisse habet enim Gesarem, quan-*  
*tum Imperatori liceret.*

Liber inæqualis . LI.

- 1 **J**actat inæqualem Matto me fecisse libellum :  
Si verum est, laudat carmina nostra Matto :  
2 **A**æquales scribit libros 3 Calvinus & 3 Umber :  
2 **A**æqualis liber est, & Cretice, qui malus est,

1 Objicit Matto me scripsisse lib. inæqualem, cui, vel mē ta-  
cente, & bona insunt & mala : hábet præterea inæqualis liber  
laudem a rerum varietate. 2 Totos malos, quibus nihil admi-  
scetur boni: nullus autem liber totus bonus est. 3 Poeta ina-  
lus. 4 Alii leg. Critice.

De falso Scævola veri æmulo . LII.

- 1 **Q**ui nunc Cesarea lusus spectatur arena ?  
Temporibus Brutti gloria summa fuit i  
Adspicis, ut teneat flamas, pœnaque & frumenta  
Fortis, & attonito regnet in igne manus !  
3 Ipse sui spectator adeſt, & nobile dextre  
4 Funus amat: & rotis pascitur illa. sacris  
6 Quod nisi rapta foret nolenti pœna, parabat  
Savior in 7 lassos ire finistra focos.  
8 Scire piger post tale decus quid fecerit ante:  
Quam vidi, satis est hanc mihi nosse manum;

1 Quod apud primos Romanos admirandæ erat & celebrans  
dæ fortitudinis opus, nos jam per lusum fieri videmus. 2 In-  
laudem suam & quasi voluptatem vertat. 3 Eleganter, & Em-  
phatice: ipse per ocium, quasi illæsus & a manu sua alienus spe-  
ctavit dextram suam exuri. 4 Metaphora elegans: quasi vi-  
vam dextram rōgo inferret. 5 Tanquam victima exuritur: in  
ara enim fecerat hoc Scævola.. 6 Namque amovendus erat fi-  
ctius hic Scævola ab igne jussu Imperatoris; ut ille verus, Re-  
gis. 7 Victos & fortitudini cedentes. 8 Non querimus quæ-  
dam scelera commiserit ante; illum fortem esse virum vel ex hoc  
apparet.

De Apro sibi a Dextro missio. LIII.

- 1 **T**usca glandis aper populator, & 2 ilice multa  
3 Jam piger, 3 Etola fama secunda fera,

1 Glande pastæ in agro Tuscano. 2 Sagina & pinguedine  
a glande. 3 Magnitudine proxime apro illi quem irata Diana  
in Agorum agros immisit Iliad. 9.v.525.

# LIB. III. MARTIALIS.

22

**Quem** meus intravit splendenti & cuspide 5 **Dexter** ;

**Prada** jaces nostris 6 **invidiosa foci** .

**Pingue** scant madidi tetro nidore 7 **Penates** ,

**Flagret** & exciso festa cultha 8 **jugo** .

**Sed** coquas ingentem piperis consumet acervum ;

**Addet** & 10 **arcano misia Falerna garo** .

**Ad dominum redeas** : **noster** te non capit ignis ,

11 **Conturbator** aper : 12 **vilius esurio** .

14 **Venabulo** . 5 A quo oecisum & poetæ missum arguit su-  
prenum distichon. 6 Opima, cui vel invideri possit, utpote  
majori quam mea ferat conditio. 7 Qui juxta focum, vel æies.  
**Metonymice**. Al. madido tetri nidore Penates. 8 Sylvæ, Hy-  
perbolice: Vel lignis; Synecdochice e montis jugo. 9 Sed im-  
pensa condendi superabit facultates meas.: satius itaque est ut  
remittam Dextro, nisi forte & ille mihi hos sumptus suppedit-  
tet, 10 Interiori meliorique garo, i.e. liquamine ex maceratis  
piscium multorum intestinis, quod olim ex pisce garo fiebat.  
11 In quod condiendo conturbabuntur rationes meæ, & deco-  
quentur opes. 12 Minoris constat famæ meæ, viliori cibo con-  
centa est, minore sumptu coenam mihi constare velim.

## Cælius fingens podagram : LIV.

**D**iscursus varios, 1 vagumque mane,

Et fastus, & ave, 2 potentiorum ;

Cum perferrere patique jam negaret ;

Cæpit fingere Cælius podagram :

Quam dum vult nimis approbare veram,

Et sanas linit obligatque plantas,

Inceditque gradu laborioso ;

( 3 Quantum cura potest, & ars doloris ! )

& Desit fingere Cælius podagram .

1 Officiosa clientis discursitationes in salutandis patronis  
superbis. 2 Divitum. 3 Ironice. 4 Veram enim habet po-  
dram .

Ad Cinnam aut det, aut neget . LV.

**P**rimum est, ut præfes, si quid te, Cinna, rogabo :

Illud deinde sequens ut cito, Cinna, neges .

Dilig.

## 122 EPIGRAMM. DELECTVS

Diligo præstantem: non odi, Cinna, negantem.  
Sed tu nec præfas, nec cito, Cinna, negas.

## Amicus verus &amp; fortis. LVI.

**M**aximus ille tuus, Ovidi, Cæsonius hic est;  
Cujus adhuc vultum vivida cera tenet.  
Hunc Nero damnavit: u sed tu damnare Neronem  
Ausus es, & profugi, non tua, fata sequi.  
Æquora per Scylle magnus comes exulis isti:  
Qui modo nolueras consulis ire comes.  
3 Si vitura meis mandantur nomina chartis,  
Et fas est cineri me superesse meo:  
Audiet hoc præsens, venturaque turba; fuisse  
Illi te, Seneca quod fuit ille suo.

1 Hæc est effigies in cera ad vivum expressa Max. Cæsoni,  
quem a Nerone damnatum in conjuratione Pisoniana, Tacit. 15.  
Annal. tu, Ovidi, in exilium comitatus es per mare Siculum in  
Siciliam vel Africam cui modo præfuerat: proconsuli te comi-  
tem negabas, exuli offerebas. 2 Iniquum fuisse Nerobis judi-  
cium arguebas, sponte exulem ejus sequutus. 3 Si vitale fue-  
rit hoc carmen meum, scient inde præsentes & posteri, Ovi-  
dium id præstissem Cæsonio, quod Cæsonius prius Annæo Se-  
necæ a Claudio in Corsicam relegato.

## De eodem. LVII.

**F**acundi Seneca potens amicus,  
2 Caro proximus, aut prior 2 Sereno;  
Hic est maximus ille 3 quem frequenter  
Felix littera pagina salutat.  
Hunc tu per Siculas secutus undas,  
O nullis, Ovidi, tacendè linguis,  
Sprevisti 4 domini furentis iras.  
Miretur Pyladem suum vetustas.

**Hæc**  
1 Ejusdem argumenti cum præcedenti epigram. Ovidii fidem  
in Cælonium anteponit Pyladis officio Orestem comitantis.  
2 Carus, Serenus, Cæsonius Maximus, ut epigr. præcedenti, &  
Seneca epist. 87. Senecæ amicissimi erant. 3 Ad quem toties  
scripsit Seneca. 4 Neronis.

*Hæst qui comes 5 exuli parentis.*

*Quis discrimina comparet duorum?*

*Hæsti comes exuli 6 Neronis.*

¶ Oresti, non quidem a matre in exilium misso, sed ab Electra  
forore subducto, & a paedagogo in Phocidem sublato: unde  
reversus matri cæde patris sui necem ultius, rursum exilavit.  
Electra Eurip. & Sophoclis. 6 Cruelissimi tyranni, & cuius in  
manu erat te repetuisse, quod Clytemnestra non potuit.

### Gratulatur Licinio morbo liberato. LVIII.

**D**octorum Licini celeberrime 1 Sura virorum,  
2 Cujus præsca graves lingua reduxit avos:  
3 Redderis, heu quanto fatorum munere nobis,  
Gustata Lethe pene remissus aqua!  
4 Perdidérant jam vota metum, securaque Rebant  
Tristia cum 5 lacrymis, jamque peractus eras.  
6 Non tulit invidiam taciti regnator Averni,  
7 Et raptas fatis reddidit ipse colos.  
Scis igitur, quantas hominum mors 8 falsa querelas  
Moverit: 9 Et frueris posteritate tua.  
10 Vive velut raptor fugitivaque gaudia carpe;  
Perdiderit nullum vita reversa diem.

1 Al. celeberrime summe virorum. 2. Cujus sincera  
oratio & antiquitatem sapiens exprimit gravitatem & mo-  
res veterum illorum Roman. 3. Quanto nos bearint mu-  
nere Parcæ, quæ te prope mortuum vitæ restituerunt.  
4 Tanquam in certa morte deposueramus spem & cum votis  
metum curamque pro te, qui jam---5---Pro mortuo deploratus  
eras & conclamatus. 6 Videl sensique Pluto se non fore fe-  
rendo invidiam & querelas hominum te lugentium ipsiusque  
rapacitatem detestantium: itaque---7---Eripuit Parcis colos fu-  
sosque, & te vitæ restituit. 8 Te faucibus suis erepto deceptas  
Vel quam nos veram putabamus, teque vere mortuum. 9 Et  
quasi redivivus sentis quam chartus fueris nobis, tanquam poste-  
ris tuis futuris. 10 Mortis itaque, quam evasisti, memor, rape,  
vitæ restitutæ gaudia tibi superstes.

• EPI-

124

# EPIGRAMMATVM D E L E C T V S Liber Quartus M A R T I A L I S.

Ad Iovem Capitolinum. I.

**T**arpeja venerande rex or i aule,  
Quem salvo duce credimus Tonantem ?  
Cum votis sibi quisque te fatiget ,  
Et noscat dare, quæ Dei potestas ?  
Nil pro me mihi, Jupiter, petenti  
Ne succensueris velut superbo .  
**8** Te pro Cæsare debeo rogare :  
Pro me debeo Cæsarem rogare .

i Capitolii in colle prius Saturnio, mox Tarpejo & Virgine  
Tarpeja, quæ arcem Sabinis prodidit dicto. 3 Tu mea & pu-  
blica prece rogatus ferva Cæsarem, ille me servabit: tu illi do-  
nato, ille mihi donabit.

Maximum ludit pluribus locis habitantem. II.

**E**squiliis domus est, domus est tibi i colle Diana .  
2 Et tua Patricius culmina vicus habet :  
3 Hinc vidua Cybeles, illinc sacraria Vestæ ;  
Inde novum, veterem prospicio inde Jovem .

**Dic** 1 In monte Aventino , cuius culmen habet templum Diana .  
2 Suntque tibi ædes in vico sub Exquiliis ubi Servius Tullius  
jussit patricios habitare. 3 Ex domo tua in Exquiliis ab altera  
parte vides ædem Vestæ & Capitolium novum. Ex ædibus tuis  
in Aventino prospiciis templum Cybeles & Capitolium vetus .

LIB. IV. MARTIALIS. 725

Dic, ubi conveniam? dic, qua te parte requiram?

4 Quisquis ubique habitat, Maxime, nusquam habitat?

5 Nusquam est, qui ubique est. Senec. 2. epist.

Philomusum scurram ostendit. III.

**Q**Uod i se diripiunt potentiores  
Per convivia, porticus, theatra,  
Et tecum, quoties ita incidisti,  
Gestari juvat, & juvat lavari:  
Nolito nimium tibi placere,  
2 Delectas, Philomuse, non amaris.

1 Comitem habere certatim cupiunt. 2 Pro scurra & mo-  
rione haberis, non pro amico.

Tonsor lensus, IV.

**E**strapelus tonsor dum circuit ora Luperci,  
1 Expungitque genas; 2 altera barba subit.

1 Al. Expungitque. 2 Tardus tonsor seu circumspectus tan-  
tam operi impedit moram, ut vel radenti altera succrescat  
barba.

Poeta pictor sui, V.

**D**um mea Cæcilio formatur imago Secundo;  
2 Spirat & arguta picta tabella manu:  
I liber ad Geticam 3 Peucen, Istrumque 4 tacentem;  
5 Hæc loca perdomitis gentibus ille tenet.

Par-

1 Dum Cæcilius Secundus (Plinius, ut credo, Júnior: namque  
is Bithyniam & Pontum obtinuit provincias) tibi effigi curat  
meam imaginem. Quod dicessuri amici mutuo factitabant ad  
memoriam absentium revocandam. 2 Ad vivum affecta. 3 In-  
fulam ad Istri ostium. 4 Placidis & quasi stagnantibus aquis,  
vel gelu & frigore concretum: alii leg. jacentem. 5 i.e. Bithy-  
niam & Pontum, ut num. 1.

## 126 EPIGRAMM. DELECTVS

*Farpa dabis caro, sed dulcia dona sodali :*

*6 Certior in nostro carmine vultus erit .*

*Casibus hic nullis, nullis delebilis annis*

*Vivet, Apelleum cum morietur opus .*

**6** Epigramma Cæcilio grata, & quæ ingenii mèi imagine in cœstioñem expreſſerint & diuturniorema retinuerint, q uam tabula quævis ab artifice peritissimo efficta .

## In. emacem. VI.

**O** Mnia, Caſſij, emis : ſic fiet, ut omnia vendas .

Cum ultra facultates omnia viſ habere lauta ac nitida, multaque emis, adigeris tandem urgente inopia ad omnia vendenda,

Fingit ſe a Musa invitatum ad ſcribenda  
epigrammata . VII.

**Q**uinque ſatis fuerant; ſed ſex, ſepremque libelli ;  
Eſt nimium: quid adhuc ludere Musa juvas ?

Sit pudor, & finis: jam plus nihil addere nobis.

Fama poteffe: teritur noster ubique liber .

Et cum rupta ſitu 2 Meſſalle ſaxa jacebunt ,

Altaque cum 3 Licini marmora pulvis erunt :

Me tamen ora legent , & ſecum plurimus hospes

Ad patrias ſedes termina noſtra feret.

Finieram, cum ſic respondit 4 nonā ſororum ,

Cui coma, & unguento ſordida uestis erat :

Tunc potēs dulces, ingrāte, relinquere. \* nugas ?

Dic mihi, quid melius desidiosus ages ?

An juvat ab tragicos 5 ſoccum transferre cothurnos ,

Aspera vel 6 paribus bella tonare modis ;

7 Per-

1 Atque ubi invidiosa vetuſtas in pulverem verterit marmoreas ædes vel potius ſepulchra.---2---M. Val. Corvini Meſſalle oratoris clariss. &---3---Licinii ditissimi liberti Cæl. Auguſti.

\* 4 Una e novem muſis, non tamen infima, Thalia convivis apta: ineta itaque pro more a balneis & ante convivia. \* Epigrammata? 5 Veruſum hymilem & levem iſtar comicorum , quoꝝ unī proprie eſt ſoccus. 6 Versibus heroicis,

- 7 Perlegat ut tumidus ranca te voce magister,  
 8 Oderis & grandis virgo bonusque puer?  
 Scribans ista graves nimium, nimiumque severi;  
 9 Quos media miseris nocte lacerna videt.  
 At tu Romano lepidos 10 sale tingue libellos;  
 11 Agnoscat mores vita legatque suos.  
 12 Angusta cantare licet videaris 12 avena,  
 Dum sua multorum vincat avena tubas.

7 Melior lectio prælegaturi in scholis prælegunt & exponunt  
 magistri Homerum, Virgilium, & alios auctores epicos. 8 Ta-  
 dio, vel propter poenias irrogatas, ipsos execrarentur auctores disci-  
 puli. 9 Quos elucubrationes reddunt miseris. 10 Joco acu-  
 mine. 11 Vita communis hominum hic legat &c. 12 Tenui  
 carmine, sive versum sive argumentum respicias.

## Morio. VIII.

**M**orio dictus erat: 1 viginti millibus emi.  
 Redde mihi nummos, Gargiliane: 2 sapit;

1 Fatui isti & moriones in pretio & deliciis erant apud di-  
 vites ad hilaritatem: vel, ut hodie apud nostros fatuos divites,  
 ut sit in ædibus aliquis domino ipso stultior. 2 Plus justo sa-  
 pit, id est, plus quam fatuum & morionem vellem.

## Amantior arborum quam amicorum. IX.

**P**allida ne 2 Cilicum timeant pomaria brumam;  
 Mordeat & 3 tenerum fortior aura nemus:  
 Hibernis objecta Notis 4 specularia puros  
 Admiserunt soles, & 5 sine face diem.

1 Ab injuria ventorum & frigoris. 2 Referas Cilicum ad  
 arbores potius e Cilicia translatas quam ad brumam. 3 Stir-  
 pium tenerorum succrescentem sylvam. 4 Lapidés pellucidi  
 in tenues crustas fissi, quibus Romani in fenestris utebantur ut  
 nos vitro. Seneca epist. 9.1.8 & lib. de Provid. Divina c.4. Plin. l. 15.  
 c. 16. Columell. l. 1. c. 3. Panciroli. 5 Purum, ablique pulveris,  
 venti aut atomorum turbine, sine pluvia & tempestate. Al. &  
 sine sole diem.

*At mihi cella dasur, non tota clausa fenestra,*

*In qua 6. nec Boreas ipse manere velit.*

*7 Sic habitare jubes veterem crudelis amicum?*

*Arboris ergo tua tutior hospes ero.*

*6 Non ipse horrens Septentrionis incola Boreas: emphasis hyperbolica. 7 In hoc versu quodque verbum est emphaticum.*

### De laurea Domitiani Jovi oblata. X.

**D**um nova. 1. Pannonie numeratur gloria belli,  
Omnis & ad reducē dum litat ara & Jovem.  
Dat Populus, dat gratus Eques, dat thura Senatus;  
3 Et ditant Latias tercia dona tribus;  
Hos quoque secretos memorabit Roma triumphos;  
4 Nec minor ista tua laurea patris erit.  
Quod tibi de sancta creditis pietate tuorunt;  
Principis est virtus maxima, 5 nosse suos.

1 Sarmatici, \* Narratur, 2 Domitianum. 3 Et a Domitiano datum, plebi pauperique populo congiarium & tributum epulum, propter relatam e bello Sarmatico lauream tertiam: bis enim ante de Catti & Daci triumphaverat. 4 Quod cum licuissest iustum agere triumphum, lauream tantum Jovi Capitolino maluit inferre. 5 Benevolos animos & amorem subditorum suorum erga se propter benemerita agnoscere.

### Fautor alienæ famæ. XI.

**S**ic tua, Cirint, premat epigrammata vulgo;  
Ut mecum possis vel 1 prior ipse legi;  
Sed tibi tantus ineft veteris respectus amici;  
Cerior ut mea sit quam tua fama sibi.  
2 Sic Maro nec Calabri tentavis carmina Flacci;  
Pindaricos posset cum superare modos;

Et

\* Bona ne hæc fide? an Ironice? videtur sane & ex animo; propter exemplum Virgilii. 1 Majori laude quam ego. 2 Hac modestia & amicitia inductus Virgilius cessit Horatio. lyrici carminis laudem, & Vario epicis carminis vel tragediæ gloriam, cum illum Pindaricæ lyræ modis, hunc Sophoclei cothurni sublimitate viciisse potuit. Varium, siquidem ut epicum & Mæonii alitis æmulum canit Horatius ode 6. l. 1. ita Varii tragediam Thyestes cuilibet Græcorum comparat Quintilianus lib. 10. c. 1.

*Et Vario cessit Romani laude osthurni,  
Cum posset tragicò fortius ore loqui.  
3 Aurum, & opes, & rura frequens donabit amicus:  
Qui velit ingenio cedere, rarus erit.*

*3 Censu se aliis habere inferiores ferunt non pauci: sed nemo  
fere est qui se altero minus ingeniosum fateri velit.*

### Poeta polygraphus. XII.

*Cum facias versus nulla non luce ducentos,  
Vare, nihil recitas: 1 non sapis, atque 2 sapis.*

*3 Qui stans pede in uno in hora ducentos præcipitas versus,  
viciosos scilicet & ineptos, qui tibi lutulento e bucca excidunt.  
4 Qui non recitas malos illos versus, unde tibi plus esset dede-  
coris quam laudis.*

### In adventu Cæsaris. XIII.

*5 Phosphore, redde diem; quid 2 gaudia nostra moraris?  
Cæsare venturo, Phosphore, redde diem.*

*Roma 3 rogat 4 placidi numquid te pigra Bootæ  
Plaustra vehunt, lento quod nimis 5 igne venis?*

*6 Ledæo poteras adducere Cyllaron astro:  
Ipse suo cedes nunc tibi Castor equo.*

*Quid 7 cupidum Titana tenes? 8 jam Xanthus, & Aethon  
Frana volunt: vigila 9 Memnonis alma parens.*

I

10 Tar-

*3 Veneris stella, quæ Solis orientis prænuntia Lucifer dicitur,  
solem occidentem subsequens, Vesperus. 2 Desiderium Cæsaris  
expectati, & cum die urbem ingressuri. 3 Ut diem properes.*

*4 Cur tarde oreris ac si vehereris plaustro, quod insequi vide-  
tur Arctophylax, signum tardum quia polo vicinum? Bootæ, qui  
bubulcus latine & græce Arctophylax dicitur, quod quasi ter-  
vet & custodiat arcton: seu pastor sit bovum, quare Bootes.  
Septem enim stellæ triones quasi teriones dicebantur. 5 Stel-  
la, luce. 6 Sumas oportet Castoris Ledes filii equum nomine  
Cyllarum illi a Mercurio donatum, & jam astris additum, ut ci-  
tius exoriaris. 7 Exoriri cupientem solem. 8 Jam solis equi  
cursum gestiunt. 9 Aurora.*

130 EPIGRAMM. DELECTVS  
10 Tarda tamen nitida non cedunt sidera luci ,  
Et cupis Ausonium Luna videre ducem .  
Jam, Cæsar, vel nocte ueni : 11 stent astra licebit ,  
Non deerit populo te ueniente dies .

10 Stant stellæ, nec movetur luna desiderio (credo) videndi Imperatorem Rom, redeuntem. 11 Ipse Cæsar sibi sol erit, gloriosaque sua fulgore lustrabit cœlum, vel maenante noctis facie.

### Ad Cæsarem Domitianum . XIV.

**S**i quid forte petam timido, gracilique libello ,  
1 Improba non fuerit si mea charta ; dato .  
Et si non dederis, Cæsar , permitte regari :  
Offendunt nunquam thura , precesque Jovem .  
Qui fingit sacros auro, vel marmore vultus ,  
Non facit ille deos ; 2 qui rogat, ille facit .

1 Impudenter petax, 2 Qui supplicat, qui adorat, qui rogat,  
ille numen inesse rogato fatetur ; ita ego te Deum facio dum  
rogo. Adulatorie & parasitice .

### In pessimos Conjuges . XV.

**C**um sitis similes , parensque vita ,  
Uxor pessima, pessimus maritus ;  
Miror, non bene conuenire vobis .

Cum plurimum ad amorem valeat morum similitudo, vel inter malos .

### Adulatoria : XVI.

**H**Æc, Auguste, sacra quo vertice sidera pulsat ?  
Par domus est cælo ; sed minor est domino .

### Dona dator commendat . XVII.

**M**agna licet toties tribuas, majora daturas  
1 Dona 2 ducum vicit, 3 vicit & ipse sui :

1 Spectacula, epulas, munera, congiaria, &c. 2 Regum Sar-  
matarum, Dacorum, &c. 3 Et qui teipsum ia dies virtute & be-  
nignitate superas ,

Diligeris populo non propter præmia, Cæsar,  
Propter te populus præmia, Cæsar, amat.

## Ad Priapum . XVIII.

**N**on horti , neque i palmitis beati ,  
Sed rari nemoris, Priape, custos :  
Ex quo natus es , & pores renasci ,  
Furates, moneo, manus repellas ,  
Et sylvam domini facis reserves .  
2 Si defecerit hac , & ipse lignum es .

1 Vitis,vineæ , 2 Namque e ligno es , & nisi sylvam custo-  
dias,deficiente in focum liggo,ipse tu comburaris .

## In Iuscum furem . XIX.

**A**dspicis hunc 1 uno contentum lamine, cuius.  
2 Lippa sub \* attrita fronte 2 lacyna pates :  
Ne contemne 3 caput, nihil est furacius illo :  
Non fuit 4 Autolyci tam 5 piceata manus .  
Hunc tu convivam cautus 6 servare memento :  
Tunc furit , atque oculo boscus utroque vider .  
Pocula 7 solliciti perdunt 8 ligulasque ministri ,  
Et latet in tepido plurima mappa sinu .  
Lapsa nec a cubito subducere pallia nescit .  
Et rectus 9 lanis sepe dyabus abit .  
Nec dormitantem vernam fraudare lucerne  
Erubuit fallax, ardeat illa licet .  
10 Si nihil invasit,puerum tunc arte dolosa  
Circuit, & soleas surripit ipse suas .

1 Cui unus sufficit ad fura oculus, 2 Cavea oculi stil-  
lans. \* Impudenti,effricta fronte. 3 Hominem,ut Græci οφε-  
λλον,vel simpliciter,caput unoculum noli credere inutile aut in-  
nocuum. 4 Mercurii filii patri furtis simillimi Iliad.x.vers.267.  
5 Cui adhæreant tacta;visoata manus. 6 Observare Al.vitare.  
7 Qui quam solicite custodiunt. 8 gladiolos in lingua mo-  
dum desinentes, vel species quasdam cochlearium. 9 læna est  
idem ac clamys, Virgil.Tyrioque ardebat murice læra. 10 Si  
nihil aliud est quod furetur, pueru suo, qui ad pedes custodiit,  
depositas soleas suas surripit,ne desuetæ manus arteni dediscant.

*At mihi cella dasur, non tota clausa fenestra,*

*In qua 6 nec Boreas ipse manere velit.*

*7 Sic habitare jubes veterem crudelis amicum?*

*Arboris ergo tuae ratiōnē hospes ero.*

6 Non ipse horrens Septentrionis incola Boreas: *emphasis hyperbolica.* 7 In hoc versu quodque verbum est emphaticum.

### De laurea Domitiani Jovi oblata. X.

**D**um nova. 1 Pannonici \* numeratur gloria belli;  
Omnis & ad reducēdūm litat ara & Jovem;  
Dat Populus, dat gratus Eques, dat thura Senatus;  
3 Et ditant Latinas tertia dona tribus;  
Hos quoque secretos memorabit Roma triumphos;  
4 Nec minor ista tua laurea passis erit.  
Quod tibi de sancta creditis pietate tuorum  
principis est virtus maxima; 5 nosse suos.

1 Sarmatīci, \* Narratur, 2 Domitianum. 3 Et a Domitiano datum plebi pauperique populo congiarium & tributum epulum, propter relata m̄ bello Sarmatīco lauream tertiam: bis enim ante de Cattis & Daciis triumphaverat. 4 Quod cum licuisset iustum agere triumphum, lauream tantum Jovi Capitoliō maluit inferre. 5 Benevolos animos & amorem subditorum suorum erga se propter benemerita agnoscere.

### Fautor alienę famę. XI.

**S**ic tua, Cirini, premar epigrammata vulgo;  
Ut mecum possis vel a prior ipse legi;  
Sed tibi tantus inest veteris respectus amici;  
Cartor ut mea sit quam tua fama sibi.  
8 Sic Maro nec Calabri tentavit carmina Flacci;  
Pindaricos posset cū superare modos.

Et

\* Bona ne hæc fide? an Ironice? videtur sane & ex animo;  
propter exemplum Virgilii. 1 Majori laude quam ego. 2 Hac modestia & amicitia, inductus Virgilius cessit Horatio. Lyrici carminis laudem, & Vario epicī carminis vēl tragœdī glorian, cum illum Pindaricæ lyræ modis, hunc Sophoclei cothurni sublimitate viciisse potuit. Varium, siquidem ut epicum & Mæonii alitis æmulum canit Horatius ode 6.1.1. ita Varii tragœdiā Thyesten cuilibet Græcorum comparat Quintilianus lib. 10. c. 1.

*Et Vario cessit Romani laude cothurni ,*

*Cum posset tragico fortius ore loqui .*

*3 Aurum, & opes, & rura frequens donabit amicus :  
Qui velit ingenio cedere, rarus erit .*

*3 Censu se aliis habere inferiores ferunt non pauci : sed nemo  
fere est qui se altero minus ingeniosum fateri velit .*

### Poeta polygraphus. XII.

*C*um facias versus nulla non luce ducentos ,  
*Vare, nihil recitas : 1 non sapis, atque 2 sapis .*

*3 Qui stans pede in uno in hora ducentos præcipitas versus ,  
vitiosos scilicet & ineptos, qui tibi luctuento e bucca excidunt.*

*4 Qui non recitas malos illos versus, unde tibi plus esset dede-  
coris quam laudis .*

### In adventu Cæsaris. XIII.

*5 P*hosphore, redde diem ; quid 2 gaudia nostra moraris ?  
*Cæsare venturo, Phosphore, redde diem .*

*Roma 3 rogat 4 placidi numquid te pigra Bootæ  
Plaustra vehunt, lento quod nimis 5 igne venis ?*

*6 Ledæo poteras adducere Cyllaron astro :*

*Ipse suo cedes nunc tibi Castor equo .*

*Quid 7 cupidum Titana tenes ? 8 jam Xanthus, & Aethon  
Frava volunt : vigila 9 Memnonis alma parens .*

*1 Veneris stella, quæ Solis orientis prænuntia Lucifer dicitur,  
solem occidentem subsequens, Vesperus. 2 Desiderium Cæsaris  
expectati, & cum die urbem ingressuri. 3 Ut diem properes.*

*4 Cur tarde oreris ac si vehereris plaustro, quod insequi vide-  
tur Arctophylax, signum tardum quia polo vicinum? Boötæ, qui  
bubulcus latine & græce Arctophylax dicitur, quod quasi ter-  
vet & custodiat arcton : seu pastor sit bovum, quare Boötæ .  
Septem enim stellæ triones quasi teriones dicebantur. 5 Stel-  
la, luce. 6 Sumas oportet Castoris Ledes filii equum nomine  
Cyllarum illi a Mercurio donatum, & jam astris additum, ut ci-  
tius exoriaris. 7 Exoriri cupientem solem. 8 Jam solis equi  
cursum gestiunt. 9 Aurora.*

130 EPIGRAMM. DELECTVS

10 Tarda tamen nitida non cedunt sidera luci ,  
 Et cupit Ausonium Luna videre ducem .  
 Jam, Cæsar, vel nocte veni : 11 stent astra licebit ,  
 Non deeris populo te veniente dies .

10 Stant stellæ, nec moyetur luna desiderio (credo) videndi Imperatorem Rom, redeuntem. 11 Ipse Cæsar sibi sol erit, gloriamque suæ fulgore lustrabit coelum, vel magente noctis facie.

Ad Cæsarem Domitianum , XIV.

**S**i quid forte petam timida, graciliq[ue] libello ,  
 1 Improba non fuerit si mea charta ; dato ,  
 Et si non dederis, Cæsar ; permitte rogari :  
 Offendunt nunquam thura , precesque Jovem .  
 Qui fingit sacros auro, vel marmore vultus ,  
 Non facit ille deos ; 2 qui rogar, ille facit .

1 Impudenter petax, 2 Qui supplicat, qui adorat, qui rogar,  
 ille numen inesse rogato fateatur; ita ego te Deum facio dum  
 rogo. Adulatorie & parasitice .

In pessimos Conjuges , XV.

**C**um sitis similes , paresque vita ,  
 Uxor pessima, pessimus maritus ;  
 Miror, non bene conuenire nobis .

Cum plurimum ad amorem valeat morum similitudo, vel inter malas .

Adulatoria : XVI.

**H**æc, Auguste, sacra quo vertice sidera pulsat ?  
 Par domus est caelo ; sed minor est domino .

Dona dator commendat , XVII.

**M**agna licet toties tribuas, majora daturus  
 1 Dona 2 ducum vicit, 3 vicit & ipse sui :

1 Spectacula, epulas, munera, congiaria, &c. 2 Regum Sarmatarum, Dacorum, &c. 3 Et qui teipsum in dies virtute & benignitate superas ,

Di-

Diligeris populo non propter premia, Cæsar,  
Propter te populus premia, Cæsar, amat.

## Ad Priapum . XVIII.

**N**on horsi , neque i palmitis beati ,  
Sed rari nemoris, Priape, custos :  
Ex quo natus es , & potes renasci ,  
Furaces, moneo, manus repellas ,  
Et sylvam domini facis reserves .  
2 Si defecerit hac, & ipse lignum es .

1 Vitis,vineæ. 2 Namque e ligno es,& nisi sylvam custodias,deficiente in focum ligno,ipse tu combureris .

## In luscum furem . XIX.

**A**dspicis hunc 1 uno contentum lamine, cuius  
2 Lippa sub \* aterrata fronte 2 lacyna pater ?  
Ne contemne 3 caput, nihil est furacius illo :  
Non fuit 4 Autolyci tam 5 piceata manus .  
Hunc tu conviviam cautus 6 servare memento :  
Tunc furit , atque oculo luscus utroque videt .  
Pocula 7 solicii perdunt 8 ligulasque ministri ,  
Et latet in tepido plurima mappa sinu .  
Zapsa nec a cubito subducere pallia nescit .  
Et seclus 9 laniis sape duabus abit .  
Nec dormitantem vernam fraudare lucerna  
Erubuit fallax, ardeat illa licet .  
10 Si nihil invasit,puerum tunc arte dolosa  
Circuit, & soleas surripit ipse suas .

1 Cui unus sufficit ad furtæ oculus. 2 Cavea oculi stil-  
lans. \* Impudenti,effricta fronte. 3 Hominem,ut Græci οπε-  
λην,vel simpliciter,caput unoculum noli credere inutile aut in-  
nocuum. 4 Mercurii filii patri furtis simillimi Iliad.x.vers.267.  
5 Cui adhæreant tacta;visoata manus. 6 Observare Al.vitare.  
7 Qui quam solicite custodiunt. 8 gladiolos in linguæ mo-  
dum desinentes,vel species quasdam cochlearium. 9 læna est  
idem ac clamys. Virgil.Tyrioque ardebat murice læra. 10 Si  
nihil aliud est quod furetur, pueru suo, qui ad pedes custodiit ,  
depositas soleas suas surripit,ne desuetæ manus artem dediscant.

## Vindemiam Entelli laudat . XX.

**Q**ui i Corcyrei vidit pomaria regis ,  
 2 Rus, Entelle, tua preferas ilte domus ,  
 Invida purpureos 3 urat ne bruma racemas ,  
 Et gelidum 4 Bacchi munera frigus edas ;  
 5 Condita perfpicua vivit vindemia gomma ;  
 Et tegitur felix , nec tamen uva laset .  
 Quid non ingenio voluit natura licere ?  
 6 Autumnum sterilis ferre jubetur hiems .

- 1 Alcinoi regis Corcyrae vide Hom. Odiss. 4. vers. 112.  
 2 Praeterat tuum hortum illius horto. 3 Mordeat. Boreæ per-  
 petrabile frigus adurit. Virgil. 4 Vites. 5 Lapide specula-  
 ri tegitur ab injuria frigoris. 6 Ita muniti specularibus horti  
 ipsa bruma fructus ferunt, perinde ac in autumno.

## Laus veterum . XXI.

**M**iraris veteres, Vacerra, solos ,  
 Nec laudas nisi mortuos poetas ,  
 Ignoscas peccatum, Vacerra: i tanti  
 Non est, ut placeam tibi, perire .

- 1 Ut tua mihi post fata contingat laus, non propero mori.

## Aut stent aut crescant munera . XXII.

**Q**uattuor argenti libras mibi i tempore brume  
 Misisti ante annos, Postumiane, decem,  
 Sperant plures 2 ( nam stare, aut crescere debent  
 Munera ) vederant plusve, minusve due.

Ter-

- 1 Saturnalibus in mense Decembri, 2 Beneficia subvertis  
 antiquiora, nisi illa posterioribus cumules. Plinius sec. epist. 4.  
 l.3. & Seneca lib. 2. de benef. c. 14. Parum est dedisse, sive vnde  
 sunt beneficia? &c.

- 5 Tertius & quartus multo inferiora tulerant ,  
*Libra fuit quinto 3 Septicianus 4 quid est ?*  
 5 Beſſalem ad ſcutulam ſexto pervenimus anno .  
*Post hunc 6 in cotula rafa ſelibra data eſt .*  
*Octavus 7 ligulam mihi ſextante minorem :*  
*Nonus 8 heu levius vix cochleare tulit .*  
 9 Quod mittat nobis decimas jam non habet annus :  
 10 Quattuor ad libras, Poſsumiane, redi .

3 Septitiana dicta eſt libra, quæ ſecundo bello Panico attritiſ Romanorum opibus ex 12. uncijs ad octo & ſemiunciam redacta eſt : ita appellata a septis quo loco Romæ negotiatores verſabantur, & ad pondus vendebant, ita Martial. alibi : In ſeptis Mamurra diu multumque vagatus hic ubi Roma suas aurea vexat opes. 4 Quid eſt ? Ita Scriverius: cum prius eſſet quidem, inepte conceptum compositumque a ſciolo librario, ex eo quod exaratum invenerat, quiddem i 5 Ad vafculum octo unciarum. 6 Cotyla ſeu calix politus vel cælatus ſex unciarum datus eſt. 7 Vafculum, menſuram quæ quartam partem cyathi contiſet : alias ſignificat ſpathalam, gladiolum. 8 Alacri levius mi cochleare . 9 Non invenit quod minus mittat . 10 Incipe rurſus a primo anno, & perage, ſi placet, annua muna re in circulum.

### Mirifice tollit Domitianus opera . XXIII.

- Q uantum jam ſuperis, Cæſar, cœloque dediſti ,  
 1 Si repetas, & fi creditor eſſe velis ;  
 2 Grandis in æthereo lices auctio ſiat Olympo ,  
*Coganturque deſi vendere quidquid habent :*  
 3 Conturbabit 4 Atlas, 5 & non erit uncia ſota ,  
*Decidat tecum qua pater ipſe deum .*

I 3

Pro

- 1 Si tibi rependi velles, nec donares. 2 Eriamſi hasta poſita opes suas dij deæque vendere velint. 3 Conturbare abſoluite. vel conturbare ratioñes frequens eſt pro decoquere, ſeu bona profundere: hinc alibi Martialis inquit, conturbator maceſlus, h.e. quo fit, ut girlosi homines decoquunt & conturbator oper. 4 Qui cœlum humeris ſuſtinere fingitur : vel, cœlicolas quotquot ſuſtinet Atlas. 5 Nec ipſe Jupiter, ſi velet tecum decidere, poterit ſolvere unciam de aſſe. O miseraṁ decoctorem Jovem !

234 EPIGRAMM. DELECTVS

Pro 6 Capitolinis quid enim tibi solvere, templis,

Quid pro 6 Tarpeja 7 frondis honore potest?

8 Quid pro culminibus geminis matrona tonantis?

9 Pallada prætero: 10 res agit illa suas.

Quid loquar 11 Alciden, Thœbnumque, piosque Laconias?

12 Addita quid Latio Flavia templa polo?

Expectes, & sustineas, Anguste, necesse est:

Nam tibi quod solvat non habet arca Jovis.

6 Capitolium incendio absumperum restituisti, & novam sedem in  
Capitolio excitavisti Jovi custodi. Domit. Sveton. cap. 5. 7 Coro-  
næ quernæ, ut & laureæ Capitolineæ. 8 Quid pro geminis delu-  
bris tibi solvere potest Juno? 9 Cui Chalcioecæ templum ere-  
xisti. Cassiod. l. 6. c. 11. cui statuam in cubiculo consecrasti & quin-  
quaria. 10 Illa a te stat; res tuas, rationes & consilia dispo-  
nit; tibi familiare numen est, imo mater: ubi enim Domitianus  
audivisset ex lib. Sibyllinis, fore, ut virgo pareret æternum Im-  
peratorem, nihil amplius voluit quam se esse filium perpetuæ  
virginis Dianæ. 11 Herculi templum in via Appia positum  
& statuam: ut & Apollini, & ex pietate Pollucis erga fratrem  
alternativim immortalibus Castori & Polluci filiis Ledæ Lacenæ.  
12 Templum Flaviæ gentis, quod cœlum vertice tangit.

Rarus amans veri. XXIV.

**D**ic verum mibi, Marce, dic amabo;  
Nil est, quod magis audiam libenter:  
Sic & cum recitas tuos libellos,  
Et causam quoties agis clientis,  
Oras, Gallice, me rogasque semper.  
Durum est me tibi, quod petis, negare.  
Vero verius ergo quid sit audi:  
Verum, Gallice, non libenter audis.

In cœnipetam maledicum. XXV.

**C**OENES, Canthare, cum foris libenter:  
Clamas, & maledicis, & minaris.  
Deponas animos truces, monemus:  
Liber non potes, & gulosus esse.

Parasitus instruatur necesse est arte haud jngenua, hoc est,  
adulatoria: gulosus cœnipeta loquatur placentia, ut qui liber-  
tatem dapibus vendiderit.

Ami-

## Amicus cœnæ non amicorum. XXVI.

**H**unc, quem cœna tibi, quem mensa paravit amicum,  
Esse putas fida petitus amicitia?  
Aprum amat, & mullos, & sumen, & ostrea, non te.  
Tam bene si cœnem, noster amicus erit.

Errat, inquit Seneca, qui amicum in atrio querit, in convivio probat.

## De se ipso. XXVII.

**N**ote licet nolis fablimi pectori vates,  
Cui referet serus premia digna cinis.  
Hoc tibi sub nocte & breve carmen imagine vivat,  
Quam & non obscuris jungis, Avite, & viris.  
Ille ego sum nulli nutarum laude secundus:  
Quem non miraris, sed puto lector amas.  
Majores majora sonent: mihi parva locuto  
Sufficit in vestras spē redire manus.

1 Ut cunque sciām quantum carmine valeas, quantoque sublimiore ipse potuisses imaginis nostræ adiecisse inscriptionem;  
subscribe tamē, si placet, hoc tetrasichon imaginis meæ, quam in bibliothecam tuam admittere dignaris. Al. Nō te celabis. 2 Te-  
trasichon quod seq. Ille ego sum &c. 3 Clariss. auctorum im-  
ginibus in bibliotheca tua.

## De templo Flaviz gentis. XXVIII.

**D**um Janus hiemes, & Domitianus autumnos,  
& Augustus annis commodabit estates:  
4 Dum grande famuli nomen afferit Rheni  
Germanicarum magna lux calendarum:  
5 Tarpeja summi saxa dum patrit stabunt:

I 4 6 Dum

1 Quandiu erunt hyemes, quarum-medio mensi Janus dedit  
nomen. 2 Quandiu erit autumnus, cuius mensem Octobrem  
Domitianus a se appellari voluit Domitianum. 3 Quandiu  
erunt estates, in quibus mensis Sextilis ab Augusto denominata  
est. 4 Dum magna & prima dies Septembribus redit, qui &  
Domitiano nomen habet Germanici ob Germanos, Rheni fluv,  
accolas subactos.

- 6 *Dum voce supplex, dumque thure placabit  
Matrona dives dulce Julium nomen :*  
Manebit 7 altum Flavie decus gentis ,  
8 *Cum sole, & astris, cumque luce Romana .  
Invicta quidquid condidit manus, 9 cœlum est .*

5 *Dum stabit capitolium Jovis a Tarpeja olim Sabinis proditum.* 6 *Dum matronæ Rom.thure & precibus colent Julianum Titi filiam, quam Domitiaaus consecravit relatam in deum.* 7 *Templum Flaviz gentis a Domitiano conditum.Svet.Domit. cap. 1.5.&c 17. 8 Quandiu fulgebunt Sol, astra & gloria imperii Rom.locutio Ovidiana.Cum sole & luna semper Aratus erit. 9. Aeternum, ut cœlum: ex scholæ Peripateticæ sententia.*

### Epitaphium Latini. XXIX.

- 1 **D**ulce decus scena : ludorum fama, 2 *Latines*  
*Ille ego sum; plausus, delicieque tua :*  
*Qui 3 spectatorem porci fecisse 3 Catonem,*  
*4 Solvere qui Curios, Fabriciosque graves .*  
*Sed 5 nihil a nostro sumpfit mea vita theatro ,*  
*Et 6 sola tantum scenicus arte feror :*  
*Nec poteram gratus \* domino sine moribus esse :*  
*Interius mentes inspicit ille \* deus .*  
*Vos me laurigeri 7 parasitum dicite, Phœbi ,*  
*Roma sibi famulum dum sciat esse \* Iouis .*

1 *Ego sum dulce decus &c. ex persona Latini sepulti, quod fit in Epitaphiis. 2 Celebris mimus, Domitiano charus. 3 Intrantem ut exeat tantum. 4 In risum solvere gravissimos illos & continentissimos viros Curium & Fabricium. 5 Non contraxit sibi lasciviam & improbitatem in theatris exprimi solita. 6 Non animo, non moribus. \* Domitiano. 7 Mimi & histriones, qui poetarum carmina recitabant, appellabantur parasiti Apollinis.*

### Epitaphium Philenæ vetulæ improbæ . XXX.

- 1 **S**ecula Nestoreæ permensa, Phileni, senectæ,  
2 *Rapsa es ad infernas tam cito Ditis aquas ?*

1 *Tria secul. 300. annos, ut quidam volunt: ut alii 90. 2 Quasi immatura, ironice.*

3 Eu-

3 Enboice nondum numerabas & longa Sibylle  
 Tempora: 5 major erat metibus illa tribus.  
 Heu 6 quæ lingua filet! non illam mille 7 catastæ  
 Vincabant, nec 8 quæ turba Serapin amat: 9  
 Nec matutini 9 cirrata caterva magistri,  
 Nec que 10 Strymonio de grege ripa sonat.  
 Sit tibi terra levis, mollique tegaris arena,  
 Ne tua non possint eruere ossa canes.

3 Cumanæ: Eubœa enim insula maris Aegæi, in qua Chalcis ch.  
 vitas: Chalcidici coloniam Cumas deduxerunt, quare & ipsæ  
 Cumæ Euboicæ dictæ sunt; Virg. Et tandem Euboicis Cumæ-  
 rum allabitur oris. 4 Attatem M. annorum ex votu suo, ut  
 tot annos viveret, quot manu complecteretur arenæ corpora,  
 &c. Ovid. Metam. l. 14. 5 Fingit hyperbolice poeta defuisse  
 Philænidi tres tantum menses de ætate Sibyllæ. 6 Quam voca-  
 lis & Stentorea! 7 Servi in catastis, id est pegmatis ligneis ve-  
 nales expositi. 8 Isidis sacerdotes invento Osiri. 9 Pueri no-  
 biles cirrati in scholis. Pers. sat. 1. v. 29. 10 Gruibus, imminente  
 tempestate vel hyeme, magno cum clangore e Thracia, cuius  
 Strymon est fluv. ad volantibus.

### Effigies Camoni pueri. XXXI.

**H**ec sunt illa mei, quæ cernitis ora Camoni:  
 Hec pueri facies, prima quo forma fuit.  
 Greverat hic vultus bis denis fortior annis:  
 Gaudebatque suas pingere barba genas:  
 3 Et libata semel summos modo purpura cultus  
 Sparserat: invidit de 2 tribus una soror:  
 Et festinatis incidunt stamina penfis:  
 Absentemque patri retulit urna rogum:  
 3 Sed ne sola tamen puerum pictura loquatur:  
 Hec erit in chartis major imago meis.

1 Et lanugo ejus subrufa seniel resecta sparserat summos cultus,  
 id est, vestes, vel vultus: vel ut alii legunt cultros: id est, nova-  
 culas. Cultros (inquit Jof. Scalig. in Catullum) intelligit scilicet,  
 id est, cultros tonsorios. 2 Parcis: ita alibi poeta noster:  
 Semper de tribus una necat. 3 Pictura infantem ostendit,  
 ipsa infans & interitura: carmen hoc meum fulisse vicenam te-  
 statur, monumentum pictura certius & perennius. In

## In Philomusum. XXXII.

**A** Reibus his semper cœnam, Philomuse, mereris;  
 Plurima dum singis, sed quasi vera referas.  
 Scis, quid in <sup>1</sup> Arsacia <sup>2</sup> Pacorus deliberat aula?  
<sup>3</sup> Rhenanam numeras, Sarmaticamque manum?  
 Verba ducis Daci chartis mandata <sup>4</sup> resignas;  
<sup>5</sup> Vitricem laurum quam venit ante vides?  
 Scis quoties <sup>7</sup> Pharao madeat <sup>8</sup> Jove <sup>9</sup> fusa Syene?  
<sup>10</sup> Scis quota de Libycō littore puppis eat?  
 Cujus Juleæ capiti nascantur olivæ?  
 Destinet <sup>12</sup> æthereus cui sua ferta pater?  
 Tolle tuas artes, hodie cœnabis apud me;  
 Hac legē: ut narres nih, Philomuse, novi.

1 Parthica. Parthorum reges ab Arsace, deinde Arsaces, dicti:  
 ut Pontici, Mithridates; Ægypti, Ptolemaei; Armenii, Tigranes;  
 Romani Imp. Cæsares, &c. 2 Parthorum rex. 3 Fingis te re-  
 ferre posse copiarum Germanicarum & Sarmaticarum numerum.  
 4 Aperis, ac si tu nosset secreta regum: acceptis resignatisque  
 literis ab illis. 5 A Sarmatis relatam. 6 Tu scis quoties pluia  
 in Ægypto: quod perraro. 7 Ægyptia, à Pharao insula. 8 Plu-  
 via, imbre: Jupiter enim media aeris regio, ima Luna, summa  
 Minerva, qui magni hinc Dii. 9 Cujus incolæ a Sole coloran-  
 tur. Syene enim in confinibus Ægypti sub Tropico Cancri di-  
 recte locatur, atque umbras nusquam <sup>11</sup> ~~mittente~~ Syene, Lucan.  
 10 Lynceo, vel Strabone perspicacior potes numerum referre  
 navium Carthaginis portu solventium. Plin. 7. c. 2. 11 11 Tu  
 nosti quibus Cæsar coronas in quinquatriis sit daturus. Juleæ,  
 Cæsareæ, a Julio, qui a Julio. 12 Æthereus pater, i.e. Jupiter  
 Capitolinus. 13 Ego invito te, sub lege silentii.

## In tenuiore tentis non gloria. XXXIII.

**I**n genium mihi, Gaurè, probas sic esse pusillum,  
 Carmina quod faciam, quæ brevitate placent.  
 Confiteor: sed tu bis denis grandia libris  
 Qui scribis Priami prælia, magnus homo <sup>1</sup> et.

2 Noe

<sup>1</sup> Tibi videris.

2 Nos facimus 3 Brati puerum, nos 4 Lagona vivum :  
Tu 5 magnus 6 lateum, Gaure, Giganta facis.

2 Ego quidem parva facio carmina, sed viva & vegeta, tu magna, sed stupida & mortua 3. Epigr. 17 lib. 14. 4 Pueri Langonis nomine elegantem imaginem in ære aut alia materia expressam, Lucisci opus. Plin. l. 34 c. 8. Al. Langona. 5 Mole non arte & ingenio certans. 6 Πηλογόρος & γεγένη : hoc est, magnum malum, lutulentum opus condis. At populis tamido gaudet Anthonacho. Catull.

## De libellis suis. XXXIV.

**L**ector & auditor nostros probat, Aucte, libellos !  
Sed quidam exactos esse poeta negat.

Non nimium curto : 1 nam cœnæ fercula nostra  
Malim convivis quam placuisse cocisi.

1 Volo carmina mea magis placere benevolis & simplicibus  
lectoribus, auditoribusque : quam æmulis & curiosæ strictæque  
censuræ poetis.

## In prodigum. XXXV.

**D**ixerat astrologus periturus te cito, Munna !  
Nec puto mentitus dixerat ille tibi :  
Nam tu dum metuis ne quid post fata relinguas,  
Hausisti patrias luxuriosus opes.  
1 Bisque tuum decies non uno tabuit anno :  
Dic mihi, non hoc est, Munna, perire cito ?

\* Jocus est in ambiguitate ~~te~~ perire : quod Astrologus referrebat ad vitam, poeta ad bona & fortunas, quæ Munna perdidet fatus Astrologi praedicto. 1 Vicies centena millia H.S.

## Vetus melius est. XXXVI.

**T**u qui longa potes dispensa ferre viarum,  
1 I liber absentis pignus amicitia.  
Vilis eras, fateor, si te nunc mitteret emptor :  
2 Grande tui pretium mulieris natter erit.

3 Mal-  
4 In Galliam, ad Antonium. 2 Quod a me auctore venit.

<sup>3</sup> Multum, crede mihi, refert, a fonte bibatur  
Quia fuit, an pigro quae stupet unda lacu.

<sup>3</sup> Quanquam sapor est oblate dulcis in unda; Gratias ex ipso  
fonte bibantur aquæ.

Ad Julium contra quendam invidum. XXXVII.

**R**umpitur invidia quidam, carissime Jali,  
<sup>Quod me Roma legit, rumpitur invidia.</sup>  
Rumpitur invidia, quod turba semper in omni  
<sup>1 Monstramur digito, rumpitur invidia.</sup>  
Rumpitur invidia, tribuit quod. <sup>2 Cæsar uterque</sup>  
<sup>3 Jus mihi natorum, rumpitur invidia.</sup>  
Rumpitur invidia, quod ræsi mihi dulce sub urbe est;  
Parvaque in urbe domas, rumpitur invidia.  
Rumpitur invidia, quod sum jucundus amicis,  
<sup>Quod conviva frequens, rumpitur invidia.</sup>  
Rumpitur invidia, quod amamus, quodque probamus.  
Rumpatur, quisquis rumpitur invidia.

<sup>1</sup> Ut nobilis poeta monstrari enim digito erat ~~as~~ ~~sudor~~ ~~ias~~  
et ~~quoniam~~ ~~pro~~. Et idem est apud Græcos ~~κατεδακτυλίζεσθαι~~.  
<sup>2</sup> Cæsar uterque i.e. Titus & Domitianus. <sup>3</sup> Iis qui ex ma-  
trimonio legitimo tres liberos aut plures suscepisset, multa  
erant in spectaculis, honoribus petendis ac publicis divisioni-  
bus privilegia; natum hoc *jus trium liberorum* a trigeminis  
Horatiis Liv.l.i. Hoc autem jure donabantur a Cæsare multi,  
quibus natura negaverat. Poeta ~~ante~~ prolis hujus Imaginariae  
*jus ab Imp. pettit & obtinuit in laboris sui præmium & sola-  
cium: Plinius lib.10. Epist. Exprimer e verbis, Domine, non pos-  
sum, quantum mihi gaudium attulerit', quod me dignum pre-  
tuli jure trium liberorum. Ex quo intelliges pro singulari  
munere claros tantum viros id honoris & præmii consecutos  
esse.*

Quis vere pauper. XXXVIII.

**N**ec roga, nec focus est, nec tritus cimice lettus;  
<sup>2</sup> Nec tibi de bibula sarta palude teges;

Nec

<sup>1</sup> Sic Catullus Furi, quod neque servus est, neque arca, &c.  
<sup>2</sup> Nec teges Juvenal sat.6. v.117. Aula palatino tegetem pri-  
ferre cubili, seu stoma ex mva, scirpo, seu cana galustri,

Nec puer, aut senior, nullæ est ancilla, nec infans,  
 Nec sera, nec clavis, nec canis, atque calix,  
 Tu tamen affectas Nestor dici atque videri  
 Pauper, & 3 in populo quaris habere locum;  
 Mentiris, vanoque tibi blandiris honore;  
 4 Non est paupertas, Nestor, habere nihil;

3 Plebeius esse & proletarius, 4 Sed mera mendicitas;

### In Paternum avarum. XXXIX.

**N**ummi cum tibi sint, opesque tanta,  
 Quantas civis habet, Paterne, rarus;  
 Largiris nibil, incubasque gaza,  
 Ut magnus draco, quem canunt poetae  
 Custodem 1 Scyehici fuisse luci.  
 2 Sed causa, ut memoras, & ipse jactas,  
 Diræ filius est rapacitatis.  
 3 Et quid tu fatuos, rudesque quaris,  
 Illudas quibus, aufer asque mentem?  
 4 Huic semper vitio pater fuisse.

1 Aurei velleris sagq suspenſi in luco ante templum Martis;  
 de quo Apollonius & Val. Flaccus in Argonauticis, Ovid.7.  
 Metamorph. Seneca in Medea. Hyginus 14. fab. Apollod. l. i. &c.  
 Alii leg. Libyci. 2 Sed arguis filium tanquam causam tuæ ran-  
 pacitatis, 3 Quasi vero tam fatui simus, quibus hoc persu-  
 deas. 4 Immo tute ipsius vitii pater es. Vel, illi auctor ad hoc  
 vitium.

### Obscurum scriptorem insecatatur. XL.

**S**cribere te, que vix intelligat ipse 1 Modestus,  
 Et vix 2 Claranus, quid rogo, Sexte, juvat?  
 Non lettore tuis opus est, 3 sed Apolline libris:  
 Judice te major 4 Cinna Marone fuit.

<sup>5</sup> Sic

1 Grammaticus cuius meminit Tranquillus & A. Gell. & Ma-  
 crobius. 2 Grammaticus cuius meminerunt Seneca epist. 66.  
 & Ausonius epist. 18. ad Ursul. 3 Sed divinatore Oedipo ali-  
 quo, Sibylla, immo ipso Apolline. 4 Poeta, auctor egregii quidem  
 laudatique operis, sed obscuri, & quo nec se scribere sati⁹ digna  
 per modestiam proficitur Virgilius. ecloga. 9.

## In Philomusum. XXXII.

**A** Rebus his semper cœnam, Philomuse, mereris;  
 Plurima dum fingis, sed quasi vera refers.  
 Scis, quid in 1 Arsacia 2 Pacorus deliberat aula?  
 3 Rhenanam numeras, Sarmaticamque manum?  
 Verba ducis Daci chartis mandata 4 resignas;  
 5 Victricem lœrūrum quam venit ante vides?  
 6 Scis quoties 7 Pharao madeat 8 Jove 9 fusca Syene?  
 10 Scis quota de Libycō littore puppis eat?  
 11 Cujus Juleæ capiti nascantur oliva?  
 Destinet 12 æthereus cui sua ferta pater?  
 13 Tolle tuas artes, hodie cœnabis apud me?  
 Hac legē: ut narres nil, Philomuse, novi.

1 Parthica. Parthorum reges ab Arsace, deinde Arsaces, dicti: ut Pontici, Mithridates; Ægypti, Ptolemaei; Armenii, Tigranes; Romanū Imp. Cæsares, &c. 2 Parthorum rex. 3 Fingis te referre possé copiarum Germanicarum & Sarmaticarum numerum. 4 Aperis, ac si tu nosset secreta régum: acceptis resignatisque literis ab illis. 5 A Sarmatis relatam. 6 Tu scis quoties pluia in Ægypto: quod perraro. 7 Ægyptia à Pharo insula. 8 Pluvia, imbre: Jupiter enim media aeris regio, ima Luna, summa Minerva, qui magni hinc Dii. 9 Cujus incolæ a Sole colorantur. Syene enīm in confinibus Ægypti sub Tropico Cancri directe locatur, atque umbras non quam pectente Syene, Lucan. 10 Lynceo, vel Strabone perspicacior potes numerum referre navium Carthaginis portu solventium. Plin.l.7.c.2.11 11 Tu nosti quibus Cæsar coronas in quinquatiis sit datuirtis. Juleæ, Cæsareæ, a Julio, qui a Julio. 12 Æthereus pater, i.e. Jupiter Capitolinus. 13 Ego invito te, sub lege silentii.

## In tenuiore tenuis non gloria. XXXIII.

**I**Ngentum mihi, Gaurè, probas sic esse pusillum,  
 Carmina quod faciam, quæ brevitate placent.  
 Confiteor: fed tu bis denis grandia libris  
 Qui scribis Priami prælia, magnus homo es.  
 2 Non  
 3 Tibi videris.

2 Nos facimus 3 Brati puerum, nos 4 Lagona vivum :  
Tu 5 magnus 6 lateum, Gaure, Giganta facis.

2 Ego quidem parva facio carmina, sed viva & vegeta, tu magna, sed stupida & mortua 3 Epigr. 17 lib. 14. 4 Pueri Lagonis nomine elegantem imaginem in ære aut alia materia expressam, Lucisci opus. Plin. l. 34 c. 8. Al. Langona. 5 Mole non arte & ingenio certans. 6 Πηλογονος & γεγρυνος : hoc est, magnum malum, lutulentum opus condis. At populus tamido gran-  
deas Ansimacho. Catull.

## De libellis suis. XXXIV.

**L**ector & auditor nostros probat, Aucte, libellos :  
Sed quidam exactos esse poeta negat.  
Non nimium curto : 1 nam coenæ sercula nostra  
Malim convivis quam placuisse cocisi.

1 Volo carmina mea magis placere benevolis & simplicibus  
lectoribus, auditoribusque : quam æmulis & curiosæ strictæque  
censuræ poetis.

## In prodigum. XXXV.

\* **D**ixerat astrologus peritutum te cito, Munna :  
Net puto mentitus dixerat ille tibi :  
Nam tu dum metuis ne quid post fata relingucas,  
Haufisti patrias luxuriosus opes.  
1 Bisque tuam decies non uno tabuit anno :  
Dic mihi, non hoc est, Munna, perire cito ?

\* Jocus est in ambiguitate ~~te~~ perire : quod Astrologus refe-  
rebat ad vitam, poeta ad bona & fortunas, quæ Munna perdie-  
derat fatus Astrologi praedicto. 1 Vicies centena millia H.S.

## Vetus melius est. XXXVI.

**T**u qui longa potes dispendere ferræ viarum,  
1 liber absentis pignus amicitia.  
Vilis eras, fateor, si te nunc mitteret emptor :  
2 Grande tui pretium munieris noster erit.

3 Mat.  
4 La Galliam, ad Antonium. 2 Quod a me auctore venit.

<sup>3</sup> Multum, crede mihi, refert, a fonte bibatur  
Quæ fluit, an pigro quæ stupet unda lacu.

<sup>3</sup> Quanquam sapor est oblate dulcis in unda; Gratias ex ipso  
fonte bibantur aquæ.

Ad Julium contra quendam invidum. XXXVII.

**R**umpitur invidia quædam, carissime Jali,  
Quod me Roma legit, rumpitur invidia.  
Rumpitur invidia, quod turba semper in omni  
1 Monstramur digito, rumpitur invidia.  
Rumpitur invidia, tribuit quodd. 2 Cæsar uterque  
3 Jus mihi natorum, rumpitur invidia.  
Rumpitur invidia, quod ræsi mihi dulce sub urbe est,  
Parvaque in urbe domas, rumpitur invidia.  
Rumpitur invidia, quod sum jucundus amicis,  
Quod conviva frequens, rumpitur invidia.  
Rumpitur invidia, quod amamus, quodque probamus.  
Rumpatur, quisquis rumpitur invidia.

1 Ut nobilis poëta monstrari enim digito erat ~~as~~ ~~sudor~~ ~~gias~~  
~~tau~~ ~~mu~~ ~~pi~~ ~~oy~~. Et idem est apud Græcos ~~ταπειδακτυλιζεσθαι~~.  
2 Cæsar uterque i.e. Titus & Domitianus. 3 Iis qui ex ma-  
trimonio legitimo tres liberos aut plures suscepisset, multa  
erant in spectaculis, honoribus petendis ac publicis divisioni-  
bus privilegia; natum hoc *jus trium liberorum* a trigeminis  
Horatiis Liv.l.i. Hoc autem jure donabantur a Cæsare multi,  
quibus natura negaverat. Poëta ~~υποτις~~ prolixi huius Imaginariæ  
jus ab Imp. petiit & obtinuit in laboris sui præmium & sola-  
cium: Plinius lib.10. Epist. Exprime *re verbis*, Domine, non pos-  
sum, quantam mihi gaudium attulerit, quod me dignum pu-  
tasti jure *trium liberorum*. Ex quo intelliges pro singulari  
munere claros tantum viros id honoris & præmii consecutos  
esse.

Quis vere pauper. XXXVIII.

**N**ec roga, nec focus est, nec tritus cimice lettus;  
2 Nec tibi de bibula sarta palude teges:

Nec  
1 Sic Catullus Furi, quod neque servus est, neque arca, &c.  
2 Nec teges Juvenal. sat.6. v.117. Ausa palatino tegetem præ-  
ferie cubili, seu stoma ex mlna, scirpo, seu canna galustri,

Nec puer, aut senior, nulla est ancilla, nec infans,  
Nec sera, nec clavis, nec canis, atque calix.  
Tu tamen affectas Nestor dici atque videri  
Pauper, & 3. in populo queris habere locum;  
Mentiris, vanoque tibi blandiris honore;  
4. Non est paupertas, Nestor, habere nihil;

3 Plebeius esse & proletarius, 4 Sed mera mendicitas;

### In Paternum avarum . XXXIX.

**N**ummi cum tibi sint, opesque tanta,  
Quantas civis habet, Paterno, rarus;  
Largiris nibil, incubasque gaza,  
Ut magnus draco, quem canunt poetæ  
Custodem 1 Scyehici fuisse luci.  
2 Sed causa, ut memoras, & ipse jactas,  
Diræ filius est rapacitatis.  
3 Et quid tu fatuos, rudesque quaris,  
Illudas quibus, auferasque mentem?  
4 Huic semper vitio pater fuisse.

1 Aurei velleris sagò suspensi in luco ante templum Martis;  
de quo Apollonius & Val. Flaccus in Argonauticis, Ovid.7.  
Metamorph. Seneca in Medea. Hyginus 14.fab. Apollod. l.1.&c.  
Alii leg.Libyci. 2 Sed arguis filium tanquam causam tuæ ra-  
pacitatis. 3 Quasi vero tam fatui simus, quibus hoc persu-  
deas. 4 Immo tute ipsius vitii pater es. *Vet*, illi auctor ad hoc  
vitium.

### Obscurum scriptorem insecatatur. XL.

**S**cribere te, quæ uix intelligat ipse 1 Modestus,  
Et uix 2 Claranus, quid rogo, Sextie, juvat?  
Non lettore tuis opus est, 3 sed Apolline libris:  
Judice te major 4 Cimna Marone fuit.

1 Grammaticus cuius meminit Tranquillus & A.Gell. & Ma-  
crobius. 2 Grammaticus cuius meminerunt Seneca epist.66.  
& Ausonius epist.18.ad Ursul. 3 Sed divinatore Oedipo ali-  
quo, Sibylla, immo ipso Apolline. 4 Poeta, auctor egregii quidem  
laudatique operis, sed obscuri, & quo nec se scribere sati⁹ digna  
per modestiam proficitur Virgilijus ecloga.9.

5 Sic

3 Sic ena laudensur : sane mea carmina, Sexte,  
Grammaticis placeant, & 6 sine Grammaticis.

5 Propter obscuritatem & intricatas tenebras. 6 Absque  
ope Grammaticorum interpretum. Quocum tamen quisque Gram-  
maticorum, immo Criticorum, aut (quos M: Cato dixit, Mortua-  
ria glossaria) philosophorum hæc intelligit ?

De Antonii felicitate. XLI.

**J**Am numerat placido felix Antonius aeo  
1 Quindecies actas \* Primus Olympiadas :  
Præteritosque dies, & ruitos respicit annos ?  
3 Nec metuit Lethes jam propioris aquas .  
Nulla recordanti lux est ingrata, gravisque :  
Nulla fuit cuius non meminisse velit .  
Ampliat ætatis spatum sibi vir bonus : hoc est .  
Vivere bis, & vita posse & priore frui .

1 Annos LX ex computatione Chronologorum, quibus Olympias est quatuor annorum spatum ; an. LXXV. ex ratione poetarum qui Olympiada pro quinquennio seu lustro usurpant .  
\* Cognomen Antonii. 2 Extra fortunæ aleam positos, in quos fortuna jus perdidit. 3 Nec metuit mortem. 4 Jucunda be-  
ne actæ vitæ recordatione .

In Calliodorum ganeonem. XLII.

\* **A**Ddixti servum nummis, 2 here, mille trecentis ,  
Ut bene cœnares, Calliodore, 3 semel ;  
Nec bene cœnasti: nullus tibi quatuor emptus  
Librarium 4 cœnæ pompa caputque fuit .  
Exclamare liber, non est hic, improbe, non est  
Piscis: homo est: hominem, Calliodore , veras .

1 Vendidisti: Svet,in Cæs. Nummo addixit, i.e. venum dedit.  
Et additti vocabantur homines obærati, qui & nœxi dicuntur  
qui l.i.z.tabular. ob æs alienum creditoribus in temporariam  
servitutem addicebantur, quos Græci αγωγιμοι idest καταδεδι-  
κασμένοι dixerunt, quos creditorū ducere domum a prætorē  
permittebatur. 2 Here antique pro heri, quod alibi Martialis  
utur pat. 3 Ex pretio servi venundati. 4 Coenæ tres sunt  
partes, antecoena, coena caput, seu pompa, & secunda mensa, seu  
bellaria .

Ima-

## Imago M. Antonii adolescentis . XLIII.

**H**ec mihi qua solitur violis pictura , rosisque ,  
 Quos referat vultus, Cæditive, rogas ?  
 Talis erat Marcus mediis Antonius annis  
 Primus, in hoc juvenem se videt ore senex ;  
 Ars utinam mores , animumque effingere posset ;  
 Pulchrior in terris nulla tabella foret .

1 Quod si oculis facies honesti cerneretur ; mirificas sed  
 amores excitaret. Plato. Spectabile hoc & imitabile picturam  
 laudandi exemplar .

## Epitaphium Scorpj. LXIV.

**I**llle ego sum Scopus, clamosi gloria circi ,  
 Plausus, Roma, tui, deliciaeque & breves ;  
 Invida quem Lachesis raptum & trieteride nova ;  
 3 Dum numerat palmas, credidit esse senem .

1 Præceptor morte immatura. 2 Annos natum 27. 3 Propter  
 victoriarum Circensium numerum posset Scopus videri senex .

## Jocus in Rhetorem ignobilem , XLV.

**J**ura trium petiit a Cæsare discipulorum ,  
 Assuerus semper Munna docere duos ,

In miserum literatorem, qui cum non haberet tres discipulos,  
 petiit a Cæsare jus trium discipulorum . Jocus petitus a jure  
 trium liberorum. Jus trium liberorum explanatum est pag. 140.

## In Cajum yanum promissorem . XLVI.

**S**i donare vocas promittere nec dare, Cai ;  
 Vincam te donis , muneribusque meis .  
 Accipe & Callaecis quidquid fodit Astur in arvis ,  
 Aurea quidquid habet & divitis unda Tagi ;

1 Quicquid auri foditur in Hispania, Gallæcia autem & A-  
 uria Hispaniæ regiones sunt, aurifodinijs, quondam celebres,  
 2 Auri ramentis fluens Tagus n. Hispaniæ,

Quid-

Quidquid \* Erythrae niger invenit Indus in alga ;  
 Quidquid & in nidis 3 unica servat avis ;  
 Quidquid 4 Agenoreo Tyros 5 improba cogit aeno ;  
 Quidquid habent omnes, accipe 6 quomodo das .

\* Quicquid pretiosi nascitur in mari *Erythraeo*, quod vulgo dicitur *mare rubrum*, sed perperam ut ostendit Farnabius ad Thyesten Senecæ vers. 370. 3 *Phoenix*. 4 *Tyrio*, purpureo. *Tyros* enim & *Sidon Agenori* regna erant. 5 *Inventrix* purpuræ qua iterantur lanæ : vestes purpureas appellat Senec. epist. 115. *Iacernas coloris improbi*. *Improbum laborem* appellavit Virgilius assiduum & iteratum : ita & vestes *improbæ coloris* dibaphas & iteratas aëno purpureo : & huc facit Plin. 1.9. c.41. Non est satis abstulisse gemme nomen *amethystum*, rursus *absolutus* inebriatur *Tyrio*, ut sit ex utroque nomen *improbum*, simulque *luxuria duplex*. 6 Promissis scilicet,

### Excusat longiora epigrammata. XLVII.

**C**Onsumpta est uno si lemmax pagina, transis  
 Et breviora tibi, non meliora placent .  
 Dives, & ex p̄mni posita est instructa \* macello  
 Cœna tibi, sed te & mattea sola juvant .  
 3 Non opus est nobis nimium lectore gulo .  
 Hunc volo, qui sat non sine pane satur .

1 Si unum epigramma tam longum sit, ut paginam totam impleat: *lemma* est titulus & inscriptio epigrammatis. 2 *Cupediæ* & dulciaria, & omne genus cibi pretiosi ac delicati, a *peçes*, subigo. \* *Macellum* generale primum: sed postea in *macello* & deliciora quemadmodum pisces vendebantur, & sane *macellum* ἡθωσαλεῖον potius quam κρεαπωλεῖον, & pisces peculiariter ὄφα. 3 Nolo lectorem qui jocorum & acuminum cupediis saturari velit, sed qui solida expectat carmina & gravia, quasi caput convivij.

### Laus Nervæ, XLVIII.

**F**Rustra blandicie venitis ad me  
 I Attritis miserabiles labellis :

1 Blanditiisne, an adorâtione ?

2 Di-

2 *Dicitur dominum, deumque non sum.*

*Jam non est lotus hac in urbe vobis:*

\* *Ad Parthos procul ite 3 pileatos,*

*Et turpes humilesque supplicesque*

4 *Pictorum 5 sola basiate regum.*

*Non est hic dominus, sed imperator,*

*Sed justissimus omnium senator:*

*Per quem de Stygia domo reduta est*

6 *Siccis rustica Veritas capillis.*

*Hoc sub principe, si sapiet, caveto,*

*Verbis, Roma, 7 prioribus loquaris.*

2 Non blanditur Trajanus ut Domitianus quondam. \* Parthi enim serviliter regem adorant, pedes illius osculati. 3 Cum ceteræ gentes pileis raro uterentur, Parthi & Persae gestabant mitras, tiaras, cydares, seu pileos turbinatos, ut hodie Turcae. 4 Picta veste seu soccis pictis uterentur. 5 Soleas, calceos, soccos. 6 neque unctis neque delibutis. 7 Servilibus, adulatioriis, quibus nuper sibi placebat Domitianus; quæ tamen non feret Trajanus.

In Erotem, qui aperte flebat cum venales thesauros dolentibus oculis spectaret. XLIX.

1 **P**lorat Eros, quoties \* maculosa pocula myrrhae  
Inspicit, aut \*\* pueros, nabiliusve 2 citrum.  
Et gemitus imo promit de pectore, quod non  
3 Totâ miser coemato 3 septa, feratque domum.  
Quam multi faciunt, quod Eros, sed 4 lumine sicco!  
Pars major lacrymas ridet, & intus habet.

1 Quod non habet, unde haec omnia emat. \* De pictis poculis myrrhinis saepe dictum est. \*\* i.e. seruos. 2 Mensam citream. 3 Omnia quæ venalia exponuntur in septis: qui locus erat in Campo Martio, tabulatis conclusus, ubi mercatores negotiabantur: *septa* dicit pro iis quæ in septis vendantur. 4 Sed tacite, oculis non lacrymantibus, absque lacrymis. 5 Risu ficto coercent dissimulantque lacrymas, quas intus concepero. Cum Erote comparat poeta alios æque egentes sed ridentes in speciem, & mendicitatem risu tegentes.

## Laus Scorpi aurigæ nobilissimi L.

1 **F**rangat 2 Idumæas trifitis \* Victoria 3 palmas;  
 4 Flange. \* Favor sœva pectora nuda manu.  
 5 Mutet \* Honor cultus, & inquis 6 munera flammis:  
 6 Mitte coronatas \* Gloria mœsta comas.  
 Heu facinus! 7 prima frandatus, Scorpè, juventa  
 Occidis, & 8 spigros tam cito jungis equos.  
 9 Curribus illa suis semper propérata, brevisque:  
 Cur fuit & vita tam prope meta tua?

\* Invitat ad luctus numina quondam Scorpo nobilissima  
 aurigatori faventia, Victoriam, Favorem, Honorem, Gloriam.  
 1 Respicit ad publicum luctum, quo Consul init fractis mœ-  
 rentem fascibus urbem. Ovid. ad Liviam. 2 Idumæa extrema  
 Judææ pars palmæ ferax, Arbusto palmarum dives Idume. Lu-  
 can. 3 Signum victorie in certaminibus donabatur palma,  
 quod depressa ea arbor non cedat, sed adversus pondus renita-  
 tur ac resurgat: Aristot. Probl. Plutarch. Sympol. 4 Qui solebas  
 plaudere, plausum in planctum converte. 5 Respicit morem  
 publici luctus, quo Patres Rom. depositis quæ ad ornatum per-  
 tinebant, atrati, sordidati pullatique incedebant. 6 Quæ mune-  
 ra rogo imponantur: vide Sveton. Jul. c. 84. Dion. August.  
 7 Ann. æratim. alibi poëta canit raptum trieteride noxa.  
 8 Pro albis, quibus vicit vehebaris, jam veheris Plutoniis equis,  
 infernis, nigris: siquidem affectus & studia in morte & apud in-  
 feros manere fingunt poetæ. 9 Ut semper victoria, ita & vitæ  
 metam attingere properabas.

## Patriam cogitat, anhelatque. LI.

**S**æpe loquar nimium gentes quod, Avite, 1 remotas  
 Miraris, Latia factus in urbe sexex;  
 2 Auriferumque Tagum sitiam, patrumque Saloneim,  
 Et repetam saturæ sordida rura case.  
 Illa placet tellus, in qua res parva beatum  
 Me facit, & tenues luxuriantur opes.

1 Hispanas, ad quas anhelare videor, cum eas usque loquar,  
 & tamen Romæ consenescam, 2 Patriæ appetam fluvios &  
 agros.

\* Pa-

\* *Pascitur hic, ibi pascit ager: repet 3 igne maligno  
Hic focus, ingenti lumine lucet ibi .*  
*Hic 4 pretiosa fames 5 conturbatorque macellus,  
Mensa ibi divitiis ruris opera sui .*  
*Quattuor hie aestate toga, pluresve teruntur:  
Autumnis ibi me quattuor una tegit.  
I, cole nunc reges: quicquid non praestat amicus,  
Cum praestare tibi possit, Avite, locus .*

\* Ager pascitur stercotatione, cultura, repastinatione &c. **Dura**  
**suburbani dum jugera pascimus agri.** 3 Lignis multo emptis.  
 4 Arida cœna & famelica magno empta pretio. 5 In quo de-  
 cōctis opibus conturbantur rationes.

In commiscentem versus operi suo. LIII.

- Q**uid, stale, nostris versibus tuos miscas?  
*Cum 1 litigante quid tibi, miser, libro ?*  
 2 Quid congregare cum leonibus vulpes,  
*Aquilisque similes facere noctuas queris ?*  
 3 Habeas licebis alterum pedem Ladæ,  
*Inepte, frustra crure ligneo curres .*

1 Qui tibi litem intendit, & contra te dicit, *Fur ex.* 2 Quid nobilibus, claris, aliquique carminibus inseris ignobiles, tenēbro-  
 fos, & claudicantes versus tuos ? 3 Non magis convenit car-  
 minibus meis cum tuis, quam si quis haberet alterum pedem  
 pernicissimi cursoris Ladæ, alterum ligneum. *Ladæ velocitatem*  
 celebrant Pausanias in Corinth, & Arcad, & Juvenal sat. 13. &c.

Vita quieta, LIII.

- V**Itam qua faciunt beatorem,  
*Jucundissime Martialis, hæc sunt 2*  
 Res 1 non parta labore, sed 2 relata;  
 3 Non ingratus ager; focus perennis;  
*Lis numquam; 4 toga rara; mens quieta;*

K 2

Vires

1 Parce enim, duriter & anxie quæsita, anxie & non sine  
 curis tenentur. 2 A patre seu majoribus: *Paterna rura bobus*  
*exercet suis: vide & Senec. de beata vita. c. 23.* 3 Qui semina  
 reddit cum largo fœnore; qui spem non ementitur. 4 Officia  
 cogata, urbana, clientum ambitus, &c. nulla.

- Vires ingenuæ ; salubre corpus ;  
 Prudens simplicitas ; 5 paxes amicti ;  
 6 Convictus facilis ; sine arte mensa ;  
 Nox non ebria sed 7 soluta curis ;  
 8 Somnus qui faciat breves tenebras ;  
 Quod sis, esse velis, nihilque malis ,  
 9 Summum nec metuas diem, nec optes .

5 Convictores faciles & jucundi. 6 Convivæ, vel ipse cibus parabilis, nec mari, terra & aere exquisitus. gula non irritata. 7 O quid solutis est beatus curis ! Catull. 8 Somnus facilis, suavis, haud brevis. 9 Mortis non libido, non fuga. Senec, epist. 24.70.79, de beata vita cap.5. &c.

## Epitaphium histrionis, LIV,

**Q**uisquis \* Flaminiam teris viator,  
 Noli nobile præterire marmor .  
 Urbis deliciae, salesque 1 Nelli ,  
 Ars & gratia, lusus & voluptas ,  
 Romani 2 decus & dolor theatri ,  
 Hoc sunt condita, quo 3 Paris , sepulcro .

\* Via Flaminia extra Vrbem, in qua tumuli frequentes .  
 1 Ægypti. 2 Decus dum vivet, dolor ex morte ejus. 3 Histrion nobilis quem interfici jussit Domitianus, Sveton. c.3. Domit.

## Agellum μετὰ μείωσιν extenuat, LV.

**D**onaisti, Lupe, 1 rus sub urbe nobis :  
 Sed rus est mihi majus 2 in fenestra,  
 Rus hoc dicere, rus potes vocare ?  
 3 In quo ruta facit nemus Diana ,  
 Arguta tegit ala quod cicadae ,  
 Quod formica die comedit uno ,  
 Clausa cui folium rosa corona est :  
 In quo non magis invenitur herba ,

1 Prædiolum urbanum, 2 Plebs Romana in fenestris alebat ad speciem hortorum flores & frutices: quod videmus in Hispania & Italia plerosque facere in fenestris ostendentes arbustula, malos citreas, hortulos pensiles, &c. 3 Quem hortum ruta unica tegit obumbratque, non secus ac si esset nemus Diana Aricinæ. Hyperbolice, ut cætera quæ sequuntur.

Quam

- Quam 4 costi folium, piperve crudum,  
 In quo nec cucumis jacere rectus,  
 Nec serpens habitare tota possit.  
 5 Erucam male pascit hortus unam,  
 Consumpto moritur culex salicis,  
 Et talpa est mihi fossor, atque arator.  
 Non boletus hiare, non marisca  
 Ridere, aut vires patere possunt.  
 Fines mus populatur, & colono  
 Tamquam \* sus Calydonius timetur,  
 6 Et sublata volantis ungue Procnæ  
 In nido seges est hirundinino,  
 Non est dimidio locus Priapo.  
 Vix impler coehleam peracta messis,  
 Et mustum naue condimus & picata.  
 Etrafisi, Lupe, litera sed una;  
 Nam quo tempore prædium dedisti,  
 Mallem tu mihi grandium dedisses.

4 Quod non nascitur in Italia, uti nec piper. 5 Vermiculum  
 qui olera depascitur. \* Calydonius aper neglectæ Diana index a Meleagro cæsus: qui Ænei Æcolorum regis filius immis-  
 sum ab irata Diana ob neglecta lacra ex Æta monte in Ætolia sata, & Ænei regis cultissimani vineam aprum cum sociorum  
 manu interfecit. Fabellam graphicè describit Homerus Iliad.9.  
 525. 6 Cujus segetem seu herbani uno impetu correpram au-  
 fect hirundo ad nidum contendum. 7 Allusum ad dolia & te-  
 stas quæ picabantur, ne vina expirarent animam.

Precatur deos p. Nerva Trajano . LVI.

- 1 **S**acra, Laresq. Phrygium, quos 2 Troja maluit 2 heros,  
 Quam rapere arsuras 3 Laomedontis opes:  
 4 Scriptus & aeterno nunc primum Jupiter auro,  
 Et 5 soror, & summi 6 filia tota patris:

K 3

1 Vittæ, Vestæ ignis aëbisse, aeternæ, &c. Minerva, Jupiter,  
 Juno: quos recentet disticho seq. qui tres aeris regiones refe-  
 rant, unde & penates dicti per quos penitus spiramus: vide  
 Macr. Satur. l.3.c.4. 2 Æneas: vide Ælian. l.3. Vat. hist. c. 22.  
 3 Trojanas, a Laomedonte Priami Patre. 4 Effictus, inscriptus  
 aurea imagine. 5 Juno. 6 Minerva a missa e Jovis cerebro  
 data, patima virgo,

## 150 EPIGRAMM. DELECTVS

*Et 8 qui purpureis jam tertia nomina fastis*

*Jane refers Nervæ, vos precor ore pio :*

*Hunc omnes servate ducem, servate senatum :*

*Moribus 9 hic vivat principis, 10 ille suis.*

8 Jane custos Fastorum in quos referuntur nomina consulum, adeoque Nervæ, qui Imperii anno gessit tertium consulatum cum Virgin.Rufo. *Purpureis:* Consulum nomina referebantur in fastos qui purpura illinebantur: & ipsi Consules purpurati.  
9 Senatus. 10 Nerva Imper.

## Laus Nervæ Trajani. LVII.

T Anta tibi est recti reverentia, Cæsar, & equi,  
Quanta Numa fuerat: 1 sed Numa pauper erat:  
Ardua res hac est, 2 opibus non tradere mores,  
Et cum tot 3 Cræsus viceris, esse & Namam.  
5 Si redeant veteres, ingentia nomina, patres,  
Elysium liceat si vacuare nemus:  
Te volet invictus 6 pro libertate 7 Camillas,  
Aurum 8 Fabricius te tribuente volet.  
Te duce gaudet 9 Brutus: tibi Sylla 10 cruentus  
11 Imperium tradet, cum positurus erit.

Et

1 Non itaque tam miranda atque ardua res in paupertate erat pietas & sanctitas. 2 Non efferti & corrumpi a divitiis.  
3 Divites reges, Decebalum Dacorum, & Armeniae Parthiæque reges. Xiphilin. Trajan. 4 Sanctum, æquum, continentem, qualis fuit Numa secundus Romanor. rex. 5 Si reviviscant ab infernis reversi antiqui illi clarique Romani. Atque hinc novum ordiuntur aliqui epigramma a præcedenti tetraasticho divisum.  
6 Lips. l. i. Epist. quæst. 5. legit *præ libertate* quasi dicat, Camillus te principem malit quam suam illam libertatem. 7 Qui Remam a Gallis occupatam Dictator absens creatus liberavit.  
8 Qui continentissime in paupertate vivens munera sibi a Pyritho, & aurum a Samnitibus missum repudiavit. 9 Juniusne qui reges ejecit? an Marcus Brutus unus e Julii Cæl. percussoribus? 10 C.M. hominum deleverat, senatores 90, consulares 15, equites 260. 11 Ut quondam dictaturam depositit, secessitque Puteolos.

- Et te 12 privato cum Cæsare Maggus amabit :  
 Donabit toras & tibi 13 Crassus opes.  
 Ipse quoque iñfernus revocatus Ditis ab umbris ,  
 Si 14 Cato reddatur, Cæsarianus erit .  
 12 Non rerum summam affectante,idque civili bello. 13 Liciniusne Crassus, àn Marcus qui perii apud Pârthos? 14 Qui sibi mortem concivit Uticæ, ne videret Cæsarem, tua tamen exequitate adductius a Cæsare stabie .

## In sordidum. LVIII.

**I**mproba Massilia quidquid 2. sumaria cogunt ,  
 3 Accipit etatem quisquis ab igne cadus ;  
 A te, Munna, venit: miseris tu mittis amicis  
 Per freta, per longas 4 toxica steva vias :  
 Nec facili pretio, sed quo contentu Faletni  
 Testa sit, aut cellis 5 Setia cgra suis .  
 Non venias quare tam longo tempore Romam ,  
 Hæc puto causa tibi est ; ne tua vina bibas .

- 1 Adulterantia vinum. 2 Loca colligendo fumo idonea.  
 3 Vina apothecis condita superponebantur sumariis ut precep-  
 tamaturitatem a fumi tenore traherent. Sed insaluberrima es-  
 se hæc vina testatur Plinius lib. 23. cap. 1. 4 Vina insaluberrima.  
 5 Vina setina nobilia e Setia Campania .

## Effigies pueri . LIX.

**H**ec sunt illa mei quæ cernitis ora Camoni :  
 Hæc i pueri facies primaque forma fuit .  
 Creverat hic vultus bis denis fortior annis ;  
 Gaudebatque suas pingere barba genas :  
 2 Et libata semel summos modo. purpura cultus  
 Sparserat; invidet de 3. tribus uga soror ,  
 Et festinatis incidunt flamina pensis ;  
 Absentemque patri retulit urna rogum .  
 4 Sed ne sola tamen puerum pictura loquatur ,  
 Hæc erit in chartis major imago meis .

- 1 Infantis. 2 Et lanugo ejus subrufa semel resecta spar-  
 serat summos cultus, id est, vestes, vel vultus, vel ut alii legunt  
 cultros, id est, pôvâculas. Cultros (inquit Jof. Scalig. in Catul-  
 lum) intelligit scilicet, id est, cultros tonsorios. 3 Parcis, &  
 semper de tribus una necat. 4 Pictura infantem ostendit;  
 ipsa infans & interitura, carmen hoc meum fuisse vicennem  
 testatur, monumentum pictora certius & perennius .

# EPIGRAMMATVM

## D E L E C T V S

Liber Quintus.

## MARTIALIS.

Liber ad Lectorem . I.

**S**i nimius videor, serraque i coronide longus  
Esse liber: legit paucā, libellū ero:  
Terque quaterque mihi fixit carmine parvo  
Pagina: fac tibi mē quam cupis esse brevem.

I Signo absoluti operis in calce libri posito, hac figura V.  
vel 7.alia scilicet cornicis: translatione ab ædificio, cujas jam  
absoluti fastigio apponitur cornix. 2 Poteris singulo epigran-  
mate præfinire tibi finem libri.

De mulione surdo . II.

**M**ilio viginti uenit modo millibus, Aule.  
Miraris pretium tam grave? i surdus eras.

I Innuit dominis magis placere servos surdos, quos nemo  
roget de rebus dominorum.

Fœneratorem Thelesinum exagitat . III.

**C**um rogo te nummos i sine pignore, non habeo, inquis.  
Idem, si pro me spondet agellus, habes.

I Non vis mihi nummos mutuo dare nisi tibi agrum pi-  
gnori opponam.

*Quod mihi non credis veteri, Thelesine, sodali,  
Credis colliculis, arboribusque meis.  
Ecce reum & Carus te detulit: 3 adst agellus.  
Exilii comitem queris? 4 agellus eat.*

**2** Causidicus & delator, de quo Plin. epist. 5.l.1. & Juvenal. satyra 1. v.36. **3** Tibi in iudicio, caudam tuam agat agellus meus, cui magis credis quam mihi. Scopice. **4** Non ego, vetus sodalis.

## Laus Silii Italici. IV.

**1** *Silius huc magni celebrat monumenta Maronis,  
Jugera facundi qui Ciceronis habet:  
Heredem dominumque sui & tumulique 3 Larisque;  
4 Non alium maller, nec Maro, nec Cicero.*

**1** Silius Ciceronis atque Virgilii studiofissimus imitator; huic aram religiosissime coluit, illius villas comparavit. Plinius lib. 31. cap. 1. **2** Virgilii. **3** Ciceronis aedium. **4** Erat enim orator & Poeta.

## Ad Phœbūm. V.

**2** *Hoc dina tibi pelle contegenti  
Nude tempora verticemque calva,  
Festive tibi, Phœbe, dixit ille,  
Qui dixit caput esse & calceatum,*

**1** Galericulo ex hirsuta hoedi pelle ad dissimulandam calviciem. **2** Cum eadem tegetur materia, qua pedes.

## In habentem varios mores. VI.

**D**ifficilis, facilis, jucundus, acerbus es idem:  
*Nec tecum possum vivere, nec sine te.*

**1** Suēptum ab Ovid. Aversor criminā morum; Sic ego nec sine te, nec tecum vivere possum.

## Ad Julium Martialem. VII.

**T**riginta mihi, quatuorque messes,  
Terum, si memini, fuere Juli:

K 5

qua

154 EPIGRAMM. DELECTVS

- Quarum dulcia mixta sunt amaris ,  
 Sed jucunda tamen fuere plura ,  
 Et i se talculus omnis huc & illuc  
 Diversus bicolorque digeratur :  
 2 Vincet candida turba nigriorem ,  
 Si vitare velis acerba quedam ,  
 Et tristes animi cauere morsus ,  
 3 Nulli te facias nimis sodalem ,  
 Gaudebis minus , & minus dolebis .

1 Si computemus felices nostros faustosque dies, quos more suo numerant Thraces nigris albisque lapillis. 2 Plures apparetur fuisse boni dies quam mali. 3 ενεργειακωτερος hanc sententiam expressit Homerus Odyss. 15. veri. 69. γεμιστομαι δε και αλλω Αγδρι ξενοδοχω . ος κ εξοχα μεγ φιλησιν , Εξοχα δ εκθαιρευοιν . αμειγω δ αισιμα παντα : succeseo & alii viro hospitali , qui immoderate quidem diligat , immoderate autem oderit; meliora autem aequalia omnia .

Vera Nervæ commendatio , VIII.

- C**onrigit \* Ausonia proceram mitissimus aula  
 Nerva : licet i toto nunc Helicone frui .  
 Recta fides, hilaris clementia, cauta potestas  
 Jam redeunt : longi terga dedere metus .  
 2 Hoc populi, gentesque tuae pia Roma precantur :  
 Dux tibi, sit semper talis, & iste diu .  
 3 Magis animi, quem rarus habet , morumque tuorum ,  
 Quos Numa, & quos hilaris posset habere Cato .

Lar-

\* *Ausonia*, i.e. Romanæ: Roma dicta est *Ausonia* quia caput Italijæ quæ *Ausonia* dicitur, ab *Ausone* Ulyssis & Calypsus filio . 1 Libere vacare Musis, sub Imperatore qui Musis Poetique favet. 2 Quod habet versus insequens, *Dux tibi*, &c. 3 Magis auctus sis animo, qualem pauci habent. Hortandi formula, re bene gesta, sumpta a sacris. Quoties enim victimæ infundebatur thus aut vinum, dicebant, *Mactus est taurus*. h.e. cumulata est hostia & magis aucta. Isidor.lib.10. c.10. 4 Quos mores possit habere Cato, nisi quod magis tetricus fuit quam Nerva: supra; *hilaris clementia*.

**L**argiri, præstare, & breves extendere census,

Et dare quæ faciles vix tribuere dei,

**N**unc licet, & fas est. 7 sed tu sub principe duro,  
Temporibusque malis, ausus es esse bonus.

**C**ivium paupertatem opibus sublevare. **S**ub principe tam pio, clementi, æquo: quandoquidem----7----Tu ipse O Nerva sub Nerone & temporibus illis malis non dubitabas esse bonus.

### Anus tripilis IX.

**T**oto vertice \* quot gerit capillos,  
Annos si sot habet Lygia, \*\* trimæ est.

\* Est itaque tripilis seit trifilis. \*\* Trimæ, i.e. triennia.

Semper avarus eget. X.

**H**abet Africanus millies, tamen captat;  
Fortuna multis dat nimis, satis nulli.

### In habentem amoenas ædes. XI.

**D**aphnonas, platanas & aerias cyparissos,  
Et 2 non unius balnea solum habes,  
Et tua centenis stat porticus alta columnis,  
3 Calcatusque tuo sub pede lucet onyx,  
Pulvereumque fugax & hippodromon angula plaudit,  
Et pereuntis & aqua flutus ubique sonat.  
Atria longa patent: sed nec coenantibus usquam,  
Nec somno locus est: 6 quam bene non habitat!

1 Laureta. 2 Magis ampla quam pro privato homine.  
3 Pavimenta sternuntur onychite lapides. 4 Spacium per quod currunt equi: ex iugis, & spatiis. Hippodromus apud Latinos pro Circo accipitur, in quo de equi perniciitate certabatur. 5 Fontium, scaturiginum in hortis diffluentium.  
6 Cui inter haec omnia coenatio nulla, cubiculum nullum. Quid ergo absurdius quam in ampla domo nullum esse locum coenandi nullum dormiendi, quorum causa potissimum ædes ædificantur.

Promissor bibax . XII.

**O**MNIA PROMITTIS, CUM TOTA NOCTE BIBISTI :  
• MANE NIHIL PRÆSTAS : POSTUME, I MANE BIBE.

I Ut eodem die præstes, neque excedant tibi quæ promisisti .  
sobrio post somnum .

Divitum simulata offendio . XIII.

I **G**ENUS, AUCTE, LACRI DIVITES HABENT IRAM .  
ODISSE QUAM DONARE VILIUS CONSTAT .

I Divites iratos se simulant & offendos, ut hominibus de  
se bene meritis pro mercede & munieribus odium rependant .

Turpe est omnia velle , cum in uno excellere  
vix possis . XIV.

**S**cribebamus I epos : cœpisti scribere : cessi ,  
Æmula ne starent carmina nostra tuis .  
Transtulit ad Tragicos se nostra Thalia cothurnos :  
2 Aptasti longum tu quoque syrma tibi .  
3 Fila lyræ mori doctis exculta camænis :  
Plestra rapis nobis ambitione nova .  
Audemus satyras : 4 Lucilius esse laboras .  
Ludo leves elegos : tu quoque ludis idem .  
5 Quid minus esse potest , epigrammata fingere cœpi ?  
Hinc etiam petitur jam mea fama tibi .  
Elige quid nolis ; quis enim pudor omnia velle ?  
Et si quid non vis , Tucca , relinque mihi .

I Carmén Epicum seu heroicum . 2 Tu quoque contulisti te ad tragœdiam . Syrma autem tragicorum vestis est .  
3 Scripsi lyræca . 4 Satyrographiœ . 5 Quam scribere epigrammata ?

Qui omnes landant . XV.

**N**E laudet dignos , laudat Callistratus omnes .  
Cui malus est nemo , quis bonus esse potest ?

Cui omnia alba : qui malos & que ac bonos promiscue laudat ,  
arguit se judicij infirmi , & vel livore vel adulacione præpediri :  
vide quæ Chrysippus , referente A. Gellio . l. 6 . c. 1 . De

## De Ligurra inepio versificatore. XVI.

**V**ersus, & breve & vividumque carmen  
In te ne faciam & times, Ligurra.  
Et dignus cupis hoc metu videri :  
Sed frustra metuis, cupisque frustra.  
3 In tauros Lybici ruunt leones ;  
Non sunt papilionibus molesti .  
Queras tensio , si legi laboras ,  
4 Nigri fornicis ebrium poetam ;  
5 Qui carbone rudi , putrique creta  
Scribit carmina, & que legunt canentes ;  
7 Frons hæc stigmae non meo notanda est .

1 Acumen enim est e virgutibus epigrantitatis. 2 Dicis  
subinde te timere. 3 Al fremupt. 4 Obscuri loci, & vilis no-  
tæ versificatorem. 5 Qui levè carbone cretave versus inscribit  
parieti a tergo ædium. 6 Quæ mandentur Deæ Cloacinae,  
qualia Tanusi Annæ Senecæ : & Catullo, Annæ Volusi.  
7 Servilis tua frons non digna est cui ego inuram mansura  
carminis mei puncta.

## Vera fortitudo . XVII.

**Q**uod nimium laudas, Cheræmon Stoicæ, mortem  
Vis animum mirer suspiciamque tuum .  
1 O quam magnus homo es, qui face rubentis acetis !  
Et stipula, & nigro pane carere potes !  
Rebus in angustis facile est contempnere vitam ;  
Fortiter ille facit, qui miser esse potest .

1 Non-hoc facis ex virtute & fortiter, sed ex inopia rerum  
& pusillanimitate .

## Sera dona post mortem . XVIII.

**N**il mihi das virius : dicas post fata daturum ?  
Si non es stultus, scis Maro \* quid expiam.

\* Mortem tuam .

Mages

## Magna pete : XIX.

**P**ariū rogas magnos : sed non dant hec quoque magni .  
1 *Vt pudeat levius te, Matho, magna roga;*

1 Levior quippe ignominia ex repulsa in magnis quam  
parvis : & adverte polyptoton in magnos, magni, magna.

## Epitaphium canis Lydiæ . XX.

1 **A** Mphitheatrales inter nutrita magistras  
Venatrix; sylvis aspera, blanda domi ,  
Lydia 2 dicebar, 3 domino fidissima dextra ,  
Qui non Erigones mallet habere 4 canem :  
5 Nec qui, Dic̄læa Cephalum de gente secutus ,  
6 Luciferæ pariter venit ad astra dea :  
7 Non me longa dies, nec inutilis abstulit etas ,  
Qualia Dulichio fata fuere cani :  
8 Fulmineo spumantis apri sumi dente perempta ,  
Quantus erat 9 Calydon, aut, 10 Erymanthæ, tuus.  
Nec queror, infernas quamvis cito rapta sub umbras ;  
Non potui fatu 11 nobiliore mori .

1 Int̄r V̄natores, qui curant V̄natiōnes exhibendas in Amphiteatro, nutrita. 2 Prosoporta ja canis. 3 Domino meo æque fidâ ac dextra propria , Alii leg: Dextrâ tit fit κυριος .  
4 Meram, Hymerām, seu Nez̄ram, canem, quæ Erigone monstravit, ubi pater Icarius a pastoribus Atticis occisus jac̄eret inse-pultus . Hygin. fab. 130. 5 Nec Lælaps canis a Jove custos Europæ appositus in Cretâ insula ubi est Dic̄læ mons : quem canem Minoe acceptum Procris conjugi suo Cephalo reliquit. Hygin. l. 2. & Ovid. 7. Metamorph. 6 Ad Lunam, seu Diana gaudentem venatione & canibüs . V̄el, inter astra relatus est a Jove. 7 Neque eram annosa ut ille Vlyssis canis Argus, qui reversum post viginti annos agnōvit herum. Odyss. 17. & Aristot. lib. 6. histor. animal. Dulichio: Dulichium insula Ulyssi subjecta cum Itacho monte. 8 Oblique ferienti instar fulminis : vel urenti. 9 Inesse enim aprorum dentibus igneam vim testatur Xenophon in ἔργῳ τετρατητερῳ. De apro Calydonio vide epigr. 55. lib. 4. pag. 149. 10 Sus Erymanthius, quem intermit Hercules. Apostrophe. 11 Quam venatione & pugna in Amphitheatro. Nobile profecto epigramma. In

## In Cordubensem poetam carminum furem . XXI.

**V**NDO, Corduba letior Venafro,  
\* Histra & nec minus absoluta toga,  
Albi qua superas quae \*\* Galefi,  
3 Nulla muriçe, nec crux mendax,  
Sed tinctis gregibus colore vivo;  
Dic vestro, rogo, sit pudor poeta,  
Ne 4 gratis recitet meos libellos;  
Ferrem, si faceret bonus poeta,  
Cui possem dare mutuos honores.  
Corruptit 5 sine talione 6 celebs;  
7 Cacus perdere non potest, quod auferat,  
Nil est deterius latrone 8 nudo;  
Nil securius est 9 malo poeta.

1 Olearum gloriae facile principatum obtinuit Venafrum  
in Campania, secundas \* Histria Italicae peninsula. 2 Nec cedens testis olei, seu olivarum Histriæ. \*\* Galepus fluvius prope Tarentum, ubi candidæ lance copia. 3 Non muriçis sanguine seu succo purpureo tincta lana, sed nativo rutilo imbuta. Nec varijs discep mentiri lana colores; 4 Ipse sed in pratis aries jam suave rubenti, Murice, &c. Virgil. 4 Impuge: cui nulla vel mala scribenti carmina non possum ego referre gratiam, illius recitans cum hoatre, ut ille mea. 5 Vindicta parilli. 6 Metaph. nihil scribens. 7 Non possis lege talionis agere cum caeco, qui alteri oculum eruerit. 8 Cui nihil est quod vicissim auferas. Cordubensem furem cum coeco & latrone comparat ignominiosis similitudinibus, ut acius mordeat.

## Canis vertagus. XXII.

**N**on sibi, sed domino venatur 1 vertagus acer,  
Illesum leporem qui tibi dende feret.

1 Vertagus Ital. Cane levrier.

## Notarius. XXIII.

**C**rrant verba licet, manus est velocior illis;  
Nondum lingua suum, dextra peregit opus;

1 Utut volubilis fluat lingua, manus loquentem prævenit; vi-  
de Senec. epist. 91. & Auson. epigr. 137. Per-

## Persica , Nucipersica . XXIV.

**V**ilia maternis fueramus præcoqua ramis :  
2. Nunc in adoptivis Persica cara sumus.

1 Pesche o pesche nocti . 2 An quia in nativa stirpe vi-  
lia, pruno insita fiunt nobilia ? ut habet Pallad. lib.4.de Ins. An  
quia in sua Perside noxia & venenosa, sed translata, mutatoque  
cœlo & solo dulcia fiunt & salubria ? ex opinione Columellæ :  
vide Alciat.emblem.142.& Claud.Minoem ad idem emblemæ .

## Glires . XXV.

**T**ota mihi dormitur hyems, & pinguior illo  
Tempore sum , quo me nil nisi somnus alit ;

3 Plin. l.8. c.52. & l.29. c.ult.

## Cuniculus . XXVI.

**G**AUDET IN EFFOSIS HABITARE CUNICULUS ANTRIS :  
Monstravit 2 tacitas hostibus ille vias .

1 Subterraneas, ab hoc animali cuniculos dictos. Vegetius  
l.4. c.24.

## Olivæ . XXVII.

**H**EC QUÆ 1. PICHENIS VENIT 2. SUBDULTA RAPETIS ,  
3. INCHOAT, ATQUE EADEM 4. FINIT OLIVA DAPES .

1 Olivæ optimæ ex agro Piceno in Italia hodie MARCA d'  
Ancona . 2 Subtracta, oleo non expresso integra . 3 Ad inci-  
tandum stomachum . 4 Ad tollendum fastidium .

## Cynkus . XXVIII.

**D**ULCIA DEFECTA MODULATUR CARMINA LINGUA  
CANTATOR CYTNUS FUNERIS IPSE SUI .

1 Poetis & quibusdam philosophis reeptum, cycnum mor-  
tis præscium cum voluptate & cantu mori. Sed negant Plinius,  
Elianuſ, Jul. Scaliger, aliqui ſanioris iudicij. Defecta lingua :  
hoc eſt jam deficiente : nam deficitur επιτεσθαι, & defectus  
qui deficit, hinc defectus annis deſene. Sic indefectus αληθως:  
ita vocabantur athletæ qui vinci non poterant. Pha-

## Phasianus. XXIX.

**A**rgiva primum sum transportata. <sup>1</sup> carina,  
Ante mihi notum nil, nisi <sup>2</sup> Phasis, erat.

<sup>1</sup> Argo. <sup>2</sup> Fl. Colchorum, unde phasianos ab Argonautis transportatos arguit a nomine avis.

## Tali eborei. XXX.

**C**VM steterit nullus vultu tibi talus eodem,  
<sup>2</sup> Mithra me dices magna dedisse tibi.

<sup>1</sup> Ludebatur talis quatuor, quandoque tribus: talorum autem felicissimus iactus dicebatur Venus, ubi singuli tali diversam habebent faciem, comparentibus simul cane, fernario, quaternario & senjone. Eutjani <sup>2</sup> pars. <sup>2</sup> Grati erunt tibi tali isti quos tibi misi, per se quidem manus leve, sed propter ludi deposita magnum.

## Turricula. XXXI.

**Q**Uae scit compositos manus improba mittere talos,  
Si per me misisti, <sup>1</sup> nil nisi vota facit.

<sup>1</sup> Fortunæ non arti locus est.

## Persoria Germanica. XXXII.

**S**UM figuli lusus rufi persona Batavi.  
Quæ tu derides, hac simet ora puer,

<sup>1</sup> Sum larva, persona seu vultus fictilis Batavi rufi. Pueros quippe terrori sunt larvati.

## Hercules Corinthius. XXXIII.

**E**LIDIT <sup>2</sup> geminos infans, nec respicit angues.  
Jam poterat teneras hydra timere manus.

<sup>1</sup> Ex ære Corinthio. Plin.l.35.c.9. <sup>2</sup> Angues ab Herc. in cunis elisos, & Hydram devictam, vel infantes in fabulis audierunt.

Linnaeus

## Livius in membranis. XXXIV.

**P**Ellibus exiguis arctatur Livius & ingens,  
Quem mea non totum bibliotheca caput.

1. A styli insurgentis granditate, an ab operis magnitudine, & librorum 140. multitudine? vide Juvenal. sat. 7. v. 98. At Cl. Alex. Symm. Mazochius in Eruditiss. Epist. ad Em. Card. Quirinum. De Diptycho. Quirin. & Brixiano interpretationem illorum probat, qui primum versum referunt ad Codices polyptychos, idest in quibus paginæ ex una parte in communi cardine simul junctæ, ex altera solutæ aperiri, ac rursum pliari queant, (qui modus compingendi libros hodie dum in iis, quos terminus observatur); alterum ad cylindrica volumina, in quibus plagulae sive schedæ una deinceps, post aliam in superficiem oblongam invicem adglutinatae, postremo in scapus convolutæ essent: qui fuit antiquitus alter modus libros digerendi & ordinandi. Nam quælibet libri in semet convoluti non erant οὐριστούμφασι: contra vero polyptychi, & in fronte, & in tergo exarabantur: hinc multo crassiores chartarum convularum tomos, quam illos alteros libros plicatiles fuisse, oportet: eaque ratione Poëta de *Livio in membranis*, hoc est polyptycho: *Pellibus ait exiguis &c. quem* (in voluminum tomos divisum) *mea vix totum &c.*

## Calices gemmati. XXXV.

**G**emmatum 1. Stythiciis ut luceat 1 ignibus 2 aurum:  
3 Adspice quot digitos exuit iste calix.

1 Smaragdiss. 2 Poculum aureum. 3 Eo processit luxu, ut multis gemmas digitis detractas poculis inferant.

## Calicis vitrei. XXXVI.

**A**dspicis 1 ingenium Nili: quibus addere plura  
Dum cupit ab, quoties 2 perdidit auctio opus.

1 Artificium Ægyptiorum in formandis vitreis calicibus diversi coloribus, quos Adrianus Imp. *allassontes* dixit ab αλασσων, muto, quia varie picti & pro varia lucis natura coloriem mutant, vide Scalig. ad Propert. l. 4. 2 Fregit in ipso opere. In

## In amphitheatrum Casaris. XXXVII.

**B**arbara 2 Pyramidum 3 sileat 4 miracula<sup>\*</sup> Memphis,  
 5 Assidius jactet nec Babylona labor 3  
 Nec 6 Triviae templo 7 molles laudentur 8 honores;  
 9 Dissimuletque deum cornibus 10 ara frequens;

*Aere*

1 Ad Græcorum distinctionem, quibus alii omnes Barba-  
 ri. \* Nobilissima Ægypti civitas hodie Cairo: 2 Moles  
 hasce altissimas in sepulchrorum usum non sine profusa opium  
 ostentatione reges Ægyptii extruxere, a quadrata basi decre-  
 scendo ascendentis in formam πυρὸς, unde & nomen: post He-  
 rodotum, Melam, Plinium, Solinum, Marcellinum, Diod. Sicu-  
 lum, &c. qui de his: lege Bellonium, qui Pyramides quæ hodie  
 videntur, ipse dimensus est, lib. 2. observ. c. 42. 43. & 44. 3 Si-  
 gnate ad Barbaros & αφίστε: vel, sileat miracula, id est, non  
 amplius miretur, habeatve pro miraculis. 4 Θαύματα, con-  
 spicua seu spectanda propter artificium opera, quæ septem nu-  
 merantur: quibus & aliis septena altera adnumerant; quorum  
 duo, Jovis Olympici templum & Colossus Rhodius, quæ jam  
 ad plenam enumerationem a Poeta sunt omissa; I. Scoppa cen-  
 set voluisse Martialem hoc epigramm. amphiteatrum quinque  
 his structuris anteponere, propter, 1 altitudinem, 2 celeri-  
 tatem, 3 statuas, 4 varietatem, & 5 nobilitatem, quem vi-  
 de Collect. l. 1. c. 29. 5 Eorum qui laudant, immo regum qui Ba-  
 bylona considerunt, sive urbis, hortorum pénſilium, murorumq.  
 amplitudinem respiçias, sive assiduitatem operum: namque &  
 ipse murus, cuius ambitus 350. circiter stadiorum erat, intra  
 annum absolutus est, cum diebus singulis singula perficerentur  
 stadia: alii legunt *Assyrius*, minus recte. 6 Diana Ephesia,  
 quæ *Trivia* dicitur ob triplicem ejus potestatem in cœlo, in-  
 terris, & inferis. Molles honores propter signa affabre & ad vi-  
 rum efficta. Virgil. *Spirantia mollius aras*: & Flaccus, molles  
 imitabitur ære capillos. Verum locum hunc proculdubio cor-  
 ruptum luxatumque variæ Criticorum tentarunt manus, ne eundum  
 saluti restituerunt. 8 Columnæ, statuæ, signa, &c. aliis, sacrificia,  
 9 Non usque adeo efferaç, non tanquam divinum opus jactet,  
 cum ab Amphitheatro mortali mapu facto illam longe supera-  
 tam videamus. 10 Non Jovis Hammonis apud Nasamonas,  
 quæ nec opibus nec structura erat insignis: sed βωμὸς κερα-  
 ros Apollinis Delij ab ipso quadrimo ex cornibus Cynthi dum  
 caprea-

Aere nec vacuo 11 pendentia 12 Mausolea

Laudibus immodicis Cartis 13 in astra ferant :

Omnis 14 Cæsareo cedat 15 labor 16 amphitheatre:

Vnum 17 præ cunctis fama loquatur 18 opus .

capreatum a Diana sorore interfectorum compactus, de quo disserit Ovid. Miror et innumeris structam de cornibus aram: vid. Plutarch.lib.de animalium solertia, & in vita Thesei. & Politian: 52. Miscellan.hujus meminit & Callimachus in hymno Apollinis. 11 Ad altitudinem 140 pedum sublata columnisque innixa, summoque cacumini impositam quadrigam cuius suspensis alis volare videbantur: suspensa autem dicebantur quæ suffulta erant. 12 Mausoli regis Cariaz tumulus, monumentum illi ab uxore Artemisia extrectum. 13 Eleganter respicis ad 10 in aere pendentia. 14 A Vespasiano auspicio inceptoque, 2 Tito F. perfecto & dedicato. 15 Opus speciosum. 16 In quo ederentur spectacula & venationes, absque scena, sedibus per gradus undequaque clauso, in quibus loca 87000 ovali forma, ad cuius summitatem ægre visio humana pertingeret, vide Vitruvium. Marlianum.Lipf. de Amph.Mazochium. Massejum &c. 17 Sic & MS. Bodl. Alii pro. 18 Amphitheatum Cæsaris.

In opera publica Cæsaris. XXXVIII.

**H**ec ubi 2 siderens 3 propins vider astra 4 colossus, 1 Et 5 crescent media 6 pegmata 7 celsa 8 via; 9 Invidiosa feri 10 radiabant 11 atria 12 regis, 13 Usq[ue] jam tota stabat in urbe domus.

14 Hic

1 La quarta urbis regione. 2 Cui (dejecto Neronis capite) Vespasianus solis vultum 12 radiis insignem reposuit, diciturque Soli Sidereo Deo. 3 Legitur & proprietor: estque *Pathos Metonymicon*. 4 Statua quam sibi Nero construxerat altam pedes circiter cxx. 5 Extrivuntur vel ex se surgunt, erant enim---6---machinæ *automatae* quæ ex se in sublime crescabant aut rursus decrescebant. 7 In tertium aut quartum tabulatum elata. 8 Sacra. 9 Odiosa, invisa iis quorum ædes interceperat incendiarius Nero, ut in usum suum converteret. 10 Auro gemmisque. 11 Domus prius *Transitoria*, mox incendio absumpta restitutaque, *Anrea* nominata. Svet. Nero cap. 31. 12 Crudelis Tyranni Neronis, nomen autem régis semper Romanis invisum. 13 Notum hoc e carmine illo, *Roma domus fiet*, &c. referente Suetonio Ner.cap.39. Neronis enim domus a Palatio ad Aquilias usque pertinebat.

- 14 Hic ubi conspicuū venerabilis amphitheatris  
Erigitur moles; 15 stagna Neronis erant.  
16 Hic, ubi miramur 17 velocia munera ihermas,  
18 Abstulerat miseris tecta superbus ager.  
19 Claudia diffusas ubi porticus explicat 20 umbras,  
21 Ultima pars aulæ deficientis erat.  
Reddit a Roma sibi est; & sunt 22 te præside, Casar,  
23 Deliciae populi qua fuerunt domini.

14 Inter Cœlium montem & Esquilias. 15 Stagnum maris  
instar, circumseptum ædificiis ad urbis speciem. 16 In tertia  
urbis regione. 17 Celeriter extorta. 18 Incendio enim 88  
ruinis patriæ domum sibi extrixit, in eaque arva, stagna, syl-  
væ, prospectus, &c. Tacit. 15. Annal. 19 Quæ & Livia, aliis  
tamen a Livia diversa. 20 Cum suas, tumq[ue]is quæ subdiales  
inambulationes umbrosis pergulis opacabat. Plinius lib. 14. cap. 1.  
21 Extrema pars domus Aureæ, id est, iuxta Esquilias in quinta  
urbis regione. 22 Te imperatore. 23 Postquam opera & mu-  
nera publica facta sunt, quæ nuper in privatas delicias occuparāt  
Nero.

Ad Titum, quod expulerit delatores. XXXIX.

- 1 **T**Urba gravis paci, placidaque inimica quieti;  
Quæ semper miseras solicitabat opes,  
2 Tradita Getuliss; 3 nec cepit arena nocentes;  
Et delator 4 habet, quod dabant, exsilio.

*Exsilio*

1 Delatores, calumniatores fiscales, qui, sub Nerone divitum  
opibus insidiati, eos quo jure qua injuria accusationibus vexar-  
rant. 2 Relegata est in arenosa & deserta Africæ loca: legunt  
alii. *Traducta est Gyaris*, alii *Cybiris*. MS. Bodl. *Geticis*. Li-  
plius, cap. 11. lib. 2. de Cruce legit *Traducta est Titulis*: pro  
more noxiorum traducendi per forum seu Amphith. appensis  
collo titulis & inscriptionibus criminum, & Sveton. cap. 8. Titi.  
*delatores assidue in foro fustibus & flagellis cæsos, novissime*  
*traductos per Amphitheatri arenam, partim subjici in ser-*  
*uos aut vanire, partim in asperrimas insularum avehi im-*  
*peravit*. Traditi sunt delatores Getulis, magistris scilicet leo-  
num, ut eos ipsi suis Leonibus laniados objicerent: quos tamen  
quum arena non caperet, pulsi sunt quidam in exsilio. Scalig.  
3 Tantus est delatorum numerus; ut vix capiat eos Amphith.  
imo vix insulæ. Plinius in Panegyriço Trajan. 4 E talionis  
poena, quæ veteribus placuit.

5 Roma urbe quæ caput est Italæ ab Ausone Vlyssis & Calypso filio dicta Ausonia, 6 Curis, beneficiis, muneribus. 7 Vitam, scil. tuam acceptam referas beneficiis & muneribus Cæsaris, qui præter alia munera tibi data editaque dedit & vitam, cum perdidit delatores .

Pœna Laureoli . XL.

**Q**ualiter in 1 Scythica religatus 2 rupe Prometheus  
 2 Affiduam 3 nimio pectora pavit 4 avem :  
 Nuda 5 Caledonias sic 6 pectora probuit urso ,  
 6 Non falso tendens in cruce 7 Laureolus .  
 Vivebant laceri membris stillantibus artus ,  
 8 Inque omni nusquam corpore corpus erat .  
 \*\* Denique suplitum dederat necis ille paterna ,  
 Vel domini jugulum foderat ense nocens ;  
 Templa vel 9 aroano demens spoliaverat 9. auro ;  
 Subdiderat sevas vel tibi Roma faces .  
 10 Vicerat antique sceleratus crima fama .  
 In quo, quæ fuerat fabula, pœna fuit .

1 Caucho. 2 Interdiu vescentem noctu in poenas  
 renascenti jecore 3---noctu in poenas  
 Aquilam, 5 E Scotia, Synecdoch. in  
 Septentrionalibus enim plagis ursi maximi & sævissimi. \* Vi-  
 scera. Bodl. MS. 6 Non ficto dramate, in quo quis ursi pelle-  
 rectus (uti Nero apud Svetonium cap. 29.) fictium Laureo-  
 lum dilaniare videretur; non in ficta cruce, uti agebat Laureo-  
 lum Lentulus (Juvenal. Satyra 8. judice) dignus vera cruce: sed  
 vere totum corpus laceratus. 7 Damnatus iste Laureoli latro-  
 nis ursi expositi minum vere agens. 8 Totus evisceratus, car-  
 ne nudatus, nil nisi vultus. οὐδὲ οὐ μηρος. \*\* Versus infe-  
 quentes quatuor tanquam spurii relegantur ad pescio quem Pa-  
 normitanum. 9 Ornatus, statuis, vasis templorum aureis, avara-  
 gatis; vel etiam privato auro templis custodiaz causa deposito .  
 10 Admiserat sane aliquod crimen Laureoli illius latrocino  
 gravius .

De

## De sue quæ ex vulnere peperit. XLI.

**I**ta gravi zelo, confosque vulneræ mater  
Sur, & pariter vitam perdidit, atque dedidit.  
O quam certa fuit librato dextera ferro!  
Hanc ego & Lucinae credo fuisse manum,  
Experta est numen moriens 3<sup>o</sup> utriusque Dianæ,  
Quaque soluta parens, quaque perempta fera esse.

1 Suam amisit, succulo dedit. 2 Quæ certo jaculatur, errare nescit, *ευσχωματις*. 3 Venatricis & obstetricis.

## De eadem. XLII.

**S**us fera 1 jam gravior, maturi 2 ~~et~~ a ventris  
Emisit fœtum, vulneræ facta parente  
Nec jacuit partus, sed matre cadente cucurrit.  
3 O quantum est subitis casibus ingenium!

1 Partui proxima. 2 Rectius legas pignore: namque unicum peperit succulum, cæteri matri funere tumulati. 3 Casus ubique valet.

## De rhinocerote. XLIII.

**S**olicitant 2 pavidi dum rhinocerota magistri,  
Seque diu magna colligit ira feræ;  
Desperabantur promissi prælia Martis:  
Sed tamen is redire cognitus ante furor.  
Namque 3 gravem gemino cornu sic extulit ursum,  
Jactat ut impostas taurus in astra pilas.

1 Feras ad pugnam irritare solebant stimulis, igne, flagellis, pilis, mappis. 2 Verentes ne in se bestiam moverent, *Vel* ne, si non moveretur, in pugnam, populo displicerent qui luntas oderat pugnas. 3 Geminò cornu infestum urum. Ita legendum divinabat I. Dousa, assensit Jos. Scalig. exponit Pet. Scriv. non ut vulgo *ursum*. *Urus* autem est bos agrestis in Pyrenæis montibus nascentis, excepto elephanto, ceteris animalibus major.

De

**S**i quis ades longis 1 serus spectator ab oris ,  
 Cui lux prima 2 sacri muneric ista fuit :  
 Ne te decipiatur ratibus 3 navalis Enyo ,  
 Et parunda fretis; hic modo terra fuit .  
 Non credis ? 4 spectes, dum laxent aquora Martem ;  
 Parva mora est ; dices, hic modo pontus erat .

1 Per itineris longinquitatem. 2 Qui jam primum spectas  
 Naumachiam, Neptuno sacram, vel a Divo Cæfare exhibitam.  
 3 Prælrium navale. Est autem Enyo Bellona, bellorum dea, Martis  
 fœror. 4 Expectes modo dum certaniini finem faciant aquora  
 emissa.

## De P. &amp; Vero gladiatoriibus . XLV.

**C**um traheret 1 Iulus; traheret certamina Verus ,  
 Esset 2 Mars utriusque diu ;  
 Missio saepe 3 gloris magno clamore petita est :  
 Sed Cæsar legi paruit ipse sua .  
 Lex erat 4 ad digitum posta concurrere palma .  
 \* Quod licuit, 4 lances, doñaque saepe dedit ,  
 Inventus tamen est finis discriminis æqui ,  
 Pugnare pares , succubuere pares .  
 Misit utrique 5 rudes, & 6 palmas Cæsar utrique ;  
 7 Hoc pretium virtus ingeniosa tulit .  
 Contigit hoc, nullo nisi te sub principe, Cæsar ,  
 Cum duo pugnarent, vittor utsique fuit .

1 Missio erat quoties læsus aut victus victori eripiebatur a  
 principe vel munerario ex faventia populi , quam significabat  
 presso police. 2 Gladiatoribus. 3 Cum videret Cæsar neu-  
 trum ab altero vinci posse certando, jussit ut micatione digitorum  
 inter se palmam sortirentur: displicuit lex magnanimis gla-  
 diatoriibus , quare redintegrato certamine ambo procubuerunt,  
 ita utsique victor, utsique victus fuit ; micare porro digitis est  
 digitos certo quodam modo agitare, attollere, vel deprimere .  
 quod saepe ludo, interdum sortioni servit. \* Quod ipse Cæsar  
 salva sua lege facere poterat, non vero gladiatoriibus missionem  
 dare. 4 Qibsonia in lancibus & doña, ut reficeret animumque  
 adderet gladiatoriibus; vel populo quo patientius ferret longæ  
 pugnæ moram. 5 Scipiones, quibus veterani gladiatores  
 donati in signum magisterii , liberi ab arena in reliquam vitam  
 promuniciabantur. 6 Præsentis certaminis præmia. 7 Missio-  
 nem, palmani, & rudem .

161

# C. VALERII CATULLI VERONENSIS

1. Ætas. 2. Carmina 3. reperta a Francisco quodam  
Veronensi. 4. Que male eidem referuntur.  
5. Carmina desperita.

I. **C** Valerius Catullus natus uero anno 668. claro genere in peninsula ante lacus Benaci in agro Veronensi, Poeta lepidus & scia suavitate venustus, Sapphonis non infelix imitator. Obiit Romæ, cum jam Julii Cæsaris magna esset in Rep. auctoritas circa an. v. c. 705. quo bellum civile Pompejo ac reip. funestum cœpit anno ante natum Christum 49. Catullus carmine 53. meminit consulatus Vatinii, quem gessit ille suffectus an. v. c. 707. Itaque ad illud saltem tempus Catullus supervixit,

Catullus Romam perductus fuit a Manlio, ad quem plura Catulli epigrammata directa exstant. Gellio est elegansissimus Poetarum VII. 10. ubi verborum collocationem in eo commendat. Laudant Nepos in vita Attici, Vellejus lib. II. c. 36. Martialis x. 78. &c. Appellationem vero docti unde tulerit in Ovidio III. Amor. eleg. 9. Tibullo III. 6. Martiale I. 62. VII. 98. VIII. 73. &c. non debuerat fateri se nescire Jul. Cæsar Scaliger, cum docti poetæ proprie a Latinis dicti sint, qui non tantum ingenio valebant, & intacti carminis auctores erant, sed qui se ad imitationem Græcorum componebant: ut eruditus demonstrat V. C. Petrus Burmannus.

II. Existat liber *Epigrammatum*, variorumque poematum non uno carminis genere scriptorum dicatus Cornelio Nepoti, in quo etiam occurunt epithalamia per quam amena,

L

& sa-

& seculare cārmen , nonnullaque a Sapphone versa , ac Callimacho ; tum elegia qāa fratri mortem tenerrimo affectu luget : denique Galliambi in Atyn.

III. Catulli quæ habemus in Gallia primum reperta suis se notat Scaliger ex noto epigrammate :

*Ad patriam venio longe de finibus exsul ,*

*Causa mei reditus compatriota fuit :*

*Scilicet a calamis , tribuit cui Francia nomea ,*

*Quique notat turba pratreuentis iter ,*

*Quo licet ingenio vestrum celebrate Catullam ,*

*Quovis sub modio clausa papirus erat .*

Sed hoc epigramma non aliam interpretationem recipit , quam a Franchomontiam repertum , & forte in horreo codicem Catulli . Pignorius ep. 16. Hi detestabiles versus Joan. L. Guarinum filium non patrem habere videntur auctorem secundum Burmannum .

IV. Immerito Ciris Catullo tribuitur ab Egino , neque verius a quibusdam carmen de Vere , seu per vigiliū Veneris .

V. Dubitandum minime est opus Catulli ad nos lacerum pervenisse , longe enim plura scripsisse testes sunt veteres Grammatici , quæ de ejus poematis ea producunt , quæ hodie non extant : quæ enumerat Josephus Scaliger . Carmen Catulli de incantamentis citat Plinius lib. 32. c. 2 , Ithyphallica memorat Terentianus Maurus .



C. V A L E R I I  
CATVLLI VERONENSIS

Ad Cornelium Nepotem

L I B E R.

**C**ui dono lepidum zovum libellum,  
2 Arida modo pumice expolitum?  
3 Cornelii, tibi; namque tu solebas  
Meas esse aliquid putare nugas  
Jam tum, cum ausus es unus Italorum  
Omne ævum q̄ tribus explicare chartis.  
Doctis, Juppiter, & laboriosis.  
Quare habe tibi quicquid hoc libelli est  
Qualecumque: quod, o 5 patrima Virgo  
Plus uno maneat perenne saclo.

¶ Valeria gens antiquissima; exstant tres poetæ ejus nomi-  
nis *Catullus*, *Valerius Flaccus*, *Valerius Martialis*, & unus histo-  
ricus *Valerius Maximus*. *Valerius Antias* scriptor historiarum  
a Liv. laudatur s̄epissime. 2 arida, al. arido: de pumicum aſu  
in levigandis corporibus atq. etiam libris: Plin. *Martialis* item:  
*Aspero morsu pumicis aridi.* 3 Hic est *Cornelius Nepos* in  
Hostilia natus vico Veronensi, scriptor Latini sermonis pari ac  
succincta elegantia laudatissimus, obiit urb. cond. 724. ante Chri-  
stum natum 30. 4 tribus chartis, ob brevitatem commendat  
*Nepotem.* 5 patrimi dicuntur, quibus mater solum decesserit,  
quibus solum pater *matrimi*: *Minerva eleganter patrima*, quæ  
tantum patrem habebat *Jovem*.

P H A S E L V M  
Ingeniose laudat, quo ex Bithynia in lacum  
Benacum reuestus est.

**P**haselus ille, quem videtis hospites,  
Ait fuisse navium celerrimus,  
1 Neque ullius natantis imperum trabis  
Nequissime præterire, siue palmulis  
Opus foret volare, siue linceo.  
Et hoc 2 negat minacis Adriatici

L 2

Ne-

1 Neque nequissime, i. e. ait phaselus se valuisse præterire cu-  
juscunque navis velocitatem, 2 negat negare, i.e., non infi-  
ciantur littus Adriaticum, insulae Cyclades, Rhodus, Thracia,  
Propontis & sinus Ponticas hanc phaseli velocitatem.

Negare littus, insulasve Cycladas,  
Rhodiumque nobilem, horridamve Thraciam,

3 Propontida, trucemue & Ponticum sinum.

Ubi iste post phaselus, antea fuit

Comata sy lva: nam Cytorio in jugo

Loquente saepe sibilum edidit coma.

5 Amastri Pontica, & Cytore buxifet,

Tibi haec fuisse & esse cognitissima,

Ait phaselus: 6 ultima ex origine

Tuo stetisse dicit in cacumine,

Tuo imbuisse palmulas in equo:

Et inde tot per potentia freta

Herum tulisse, lava sine dextera

Vocaret aura, sine utrumque & Jupiter

Simul secundus incidisset in 8 pedem:

Neque ulla vota littoralibus Diis

Sibi esse facta, quum veniret a mari

Novissimo hunc ad usque limpidum lacum:

Sed hac prius fuere: nunc recondita

Senet quiete, seque dedicat tibi,

9 Gemelle Castor, & gemelle Castroris.

3 Propontida, ultima producta ob duas consonas: Propontis.

appellatur, quasi ante pontum, mare illud, quod ab Helleponto ad

Bosphorum Thracium extenditur. 4 Ponticus sinus idem est

ac Pontus Euxinus. 5 Amastris & Citorium jugum sunt

urbs & mons in Paphlagonia, quibus etiam erant cognitæ phaselæ

laudes. 6 ultima ex origine i.e.a summo principio. 7 Jupi-

ter idest ventus secundus. 8 pes in navi est ima pars veli: duo

pedes sunt dexter & sinister: facere pedem, est vela facere: Virg.

una omnes fecere pedem. 9 Castor & Pollux fratres gemini.

## V E R R A N I O

Gratulatur redditum ex Hispania.

1 **V**errani omnibus e meis amicis

Antistes mihi millibus trecentis:

Venistine domum ad tuos penates,

Fratresque unanimos, tuamque matrem?

Venisti? o mihi nuncii beati!

Visam te incolumem, audiamque & Iberum.

1 Verannius fuit antistes, seu princeps inter omnes amicos

Catulli ex Hispania redux, ubi quæstor fuerat.

2 Iberi dicti

Hispani ab Ibero fluvio, vulgo Ebro.

Nar-

Narrantem loca, facta, nationes,  
Ut mos est tuus : applicansque collum,  
Jucundum os oculosque suaviabor.  
O quantum est hominum beatiorum,  
Quid me latius est beatiusve?

## A D A S I N I V M

Linteorum furem.

- M** Arrucine Afini, manu sinistra  
Non bella ueris in joco atque vino:  
Tollis linteum negligenterum:  
Hoc falsum esse putas? fugit te inepte,  
Quamvis sordida res, & invenusta est.  
Non credis mihi? crede Pollio*i*  
Fratri, qui tua fura vel talento  
2. Mutari velit: est enim leporum  
Disertus puer, ac facetiarum.  
Quare aut hendecasyllabos trecentos  
Exspecta, aut mihi linteum remitte,  
Quod me non moveret estimatione,  
Verum est 3 mnemosynam mei sodalis;  
Non sudaria 4 Setaba ex Hiberis  
Miserunt mihi muneri Fabullus,  
Et Verannius; hoc iam necesse est,  
Et Veranniolum meum & Fabullum.

1 Afinius dictus Marrucinus per contentum fratet Afinius  
Pollio*i*, cui primas eloquentiae partes post Cic. tribuit Quintil.  
2 redimi velit. 3 Græcum vocabulum, i.e. pignus. 4 Se-  
taba: Setabis est urbs citerioris Hispaniæ, ubi nascitur Iunus  
exquisitum.

## F A B U L L V M

Ad coenam invitat.

**C**œnabis bene, mi Fabulle apud me  
Paucis, si tibi dii favent, diebus:  
Si tecum attuleris bonam atque magnam (Cœnam 3)  
Hanc si inquam attuleris, venustæ noſter,  
Cœnabis bene: nam tui Catulli  
Plenus 1 sacculus est aranearum:  
Sed contra accipies meros amores 2

M 3

Sem.

1. Fere idem inquit Afranius apud Festum; ratne arcula  
tua plena est aranearum?

*Seu quid suavius elegantiusve est.  
Atque et unguentum dabo,  
Quod cum olfacies, deos rogabis,  
Totum ut se faciant, Fabulle, nasum.*

2 veteres uncti discumbebant, quod nos docent sepius Hor. & Martial.

### A D C A L V U M L I C I N I V M

Insignem oratorem & poetam, qui Catullo per jocum miserat carmina obscuriorum poetarum.

**N** I te plus oculis meis amarem,  
Jucundissime Calve, munere isto  
Odissem te odio i Vatiniano:  
Nam quid feci ego, quidve sum locutus?  
Cur me tot malis perderes poetis?  
Isti dii mala multa dent clienti,  
Qui tantum tibi misit impiorum.  
Quod si, ut suspicor, hoc novum, ac et repertum  
Munus dat tibi 3 Sulla litterator;  
Non est 4 mi male, sed bene ac beate.  
Quod non dispereunt tui labores.  
Dii magni, horribilem & sacrum libellum,  
Quem tu scilicet ad tuum Catullum  
Misisti, continuo ut die periret  
Saturnalibus 5 optimo dierum.  
Non non hoc tibi, 6 falso, sic abibis.  
Nam 7 si luxerit, ad librariorum  
Curram scrinia, 8 Cæsos, Aquinos,  
Suffenum, omnia colligam 9 venena,  
Ac te his suppliciis remunerabor.

Vos

1 Odio quo pop. Rom. prosecutus est Vatinium vid. Cic. oratione in Vatin. 2 i.e. recens repertum. 3 Sulla Grammaticus, ita vocabantur interpretes poetarum. 4 non male tibi est, mi amice &c. 5 ut Catullus perderet diem auspicatissimum Saturnalium, quibus Romani jocis ac lusibus dediti quinque vel septem diebus mens. Decemb. genio indulgebant: vid. Macrob. 6 o facete. 7 simul ac diluxerit. 8 videntur fuisse maledici ac mordaces carminum scriptores. 9 omnes poetarum pestes.

Vos hinc interea valete , abite  
Illuc , unde malum pedem tulistis ,  
Sæcli incommoda pessimi poetae .

## A D C O L O N I A M :

Quam togat ut de suo ponte jam labante Veronensem  
quendam civem in præcepis dejiciat .

1 **O** Colonia, quæ cupis ponte ludere longo ,  
Et 2 salire paratum babes: sed veroris inepta  
3 Crura ponticuli adlustrantis , irredivivus  
Ne supinus eat , cavaque in palude recumbat :  
Sic tibi 4 bonus ex tua libidine fiat ,  
In quo vel 5 Salisubfulti sacra suscipiunto :  
6 Munus hoc mihi maximi da , colonia , risus .  
Quendam 7 munitipem meum de tuo volo ponte  
Ire præcipitem in lutum per caputque pedesque :  
Verum 8. totius ut lacus. putideque paludis  
Lividissima, maximeque est profunda vorago .  
Insulfissimus est homo , nec sapit pueri instar  
Bimuli tremula patris dormientis in ulna .  
Talis iste meus 9 stapor nil vides , nihil audit ,  
Ipse qui sit , utrum sit , an non sit , id quoque nescit .  
Nunc eum volo de tua ponte mittere primum ,  
10 Si pote stolidum repente excitare veternum ,  
Et supinum animum in gravi derelinquere caeno ,  
Ferream ut soleam tenaci in voragine mula .

1 Quæ sit hæc colonia non satis liquet, Scaligero est novum  
Comum ad lacum Larium situm. 2 quæ optas lusitare, & saltare  
in ponte tuo præsto es. 3 tñtes sublicas ligneas tremuli  
Pontis minus firmas , né idem pons irreparabilis præcepit ruat.  
4 ita tibi pons validus fiat ex tua sententia. 5 ita validus ut  
sacra Martis fieri possint. Mars Salisubfulus dictus est, cuius sa-  
cra celerabantur , ancilia Salis ejusdem Dei sacerdotibus ma-  
gnis tripudiis & saltationibus circumportantibus: vid. Liv. &  
Dionys. Halicarnass. 6 da mihi hoc spectaculum, o Colonia ,  
maximi joci. 7 Veronensem civem. 8 sed ea parte,qua vo-  
rago &c. 9 vitium pro vicio, ita Terentius, ubi illic est scie-  
bus, qui me perdidit. 10 si forte potest.

## \*AD HORTORVM DEVVM.

**H**unc locum tibi dedico consecroque 1 Priape,  
2 Qua domus tua Lamfaci est, quaque silva Priape 3  
Nam te præcipue in suis urbibus colit ora  
Hellespontia, ceteris ostreosior oris.

\* Hoc & duo sequentia epigrammata Catullo tribuuntur ab eruditis propter stilj affinitatem. 1 *Priapus Bacchi filius, hortorum Deus & custos, Lamfaci ad Hellespontum Troadis in urbe non ignobilis natus; Deus antiquissimus, idem aë Sol & Bacchus, ut scribit Orpheus: vide Huetium Dem. Evang..* 2 *Quae domus &c. sive teneat te domus quæ Lamfaci est, sive silva, i.e. vineta ubertima apud Hellespontum.*

## H O R T O R V M D E V S

Custos prædioli, quæ sibi litantur, viatori exponit 3

**E**go hac, ego arte fabricata rusticæ,  
1 Ego arida, o viator, ecce populus  
Agellulum bunc 2 sinistra, rute quem vides;  
Herique villulam, hortulumque pauperis  
3 Tuor, malisque furis arcœ manus.  
Mihi corolla picta vere ponitur;  
Mihi rubens aristæ Sole servido;  
Mihi virente dulcis uva pampino;  
Mihique glauca duro oliva frigore.  
Meis capella delicata pascuis  
In urbem adulteri latte portar ubera;  
Meisque pinguis agnus ex ovilibus  
Gravem domum remittit ære dexteram;  
Tenerque, matre mugiente, vacula  
Deum profundit ante templa sanguinem.  
Proin viator hunc Deum vereberis,  
Manumque 4 sorsum habebis: hoc eibi expedit.

2 Ego eram populus arida, 2 sinistra i.e. quem cernis ab hac parte. 3 tuor pro enor, 4 sorsum pro seorsum, per οὐζεύξιν.

IDE<sup>M</sup>

## IDEM HORTORVM DEVS

Facundum reddit agellum, si a domino colatur assidue;  
arcerque in hortum vicinum fures pueros.

**H**unc ego juvenes locum willulamque palustrem,  
Tetram vimine junceo, caricisque maniplis

Quercus arida, rustica conformata securi:

Nutrivi, magis & magis ut 2. beata quotannis:

Hujus nam domini colunt me, deumque saluant,

Pamperis tugurii pater filiusque:

Alter assidua colens diligens, ut herba

Dumosa, asperaque a meo sit remota sacello:

Alter parva ferens manu semper munera larga;

3 Florido mihi ponitur picta vere corolla

4 Primitu, & tenera virens spica mollis arista:

Lutea viola mihi, luteumque papaver,

Pallentesque cucurbitae, & suave olientia-mala:

Uva pampinea rubens educata sub umbra,

Sanguine hanc etiam mihi ( sed 5. racebitis ) arana

Barbatus linit hirculus, cornipesque capella.

Pro queis omnia honoribus hac necesse Priapo

Præstare, & domini hortulum vineumque tueri:

Quare hinc, o pueri malas abstinet rapinas,

6 Vicinus prope dives est negligensque Priapus:

Inde sumite: semita hac deinde vos fere ipsa.

1 Ego qui eram quercus arida. 2. ut sit fertilis. 3 mihi corollis ex spicis & ex uvis gaudenti. 4 primo. 5 tacendum hunc honorem mactati hirci, ne ceteri Dii majores invideant, quibus victimis litabant, non lacte, ut Diis minorum gentium: Virgil. Ecl.7. 6 vicinus hortus est dives: & custos est negligens & incuriosus, ex hoc sumite &c.

## A D V A R R V M,

De Suffeno ineleganti versuum scriptore,  
alias venusto & festivo.

**S**uffenus iste., Varre, quem probe nosti,  
Homo est venustus & dicax & urbans,  
Idemque longe plurimos facit versus.

Puse

Puto esse ego illi millia aut decem, aut plura  
 Perscripta: nec sic, ut sit, in i palimpsesto  
 Relata, 2 chartæ regia, novi libri,  
 Novi 3 umbilici, lora r̄ubra, 4 membrana  
 Directa plumbo, & pumice omnia æquata.  
 Hæc quum legas, tum bellus ille & urbanus  
 Suffenus unus 5 capimulgus, aut fossor  
 Rursus videtur: tantum 6 abhorret, ac mutat.  
 Hoc quid patemus esse? qui modo scurrus?  
 Aut si quid hac re tristus videbatur?  
 Idem inficeto est inficerior 7 rure:  
 Simul poemata attigit, neque idem unquam  
 Æque est beatut, ac poema quum scribit.  
 Tam gaudes in se, tamque se ipse miratur.  
 Nimirum idem omnes fathimur, neque est quisquam,  
 Quem non in aliqua re videre Suffenus  
 Possit, Suus cuique attributus est error:  
 Sed non videmus, 8 manticæ quod in tergo est.

1 In charta deletitia, quæ s̄apē spongia abradi possit, Cic.  
 ep. ad fam. 2 opp̄nuntur plebeiis: charta regalis dicitur etiam  
 hieratica & augusta, 3 umbilicus, claviculi quidam, & orna-  
 menta volumini absoluto addita, 4 pellæ quibus tegebantur  
 libri, & a lamina tenui ex plumbo in rotundum formata, quæ bar-  
 bare dicitur etiam præductale, in directum conformabantur,  
 5 tum contrawidetur esse caprarius & fossor, 6 dissimilis a  
 scipso: mutat, alii nutat, 7 rure pro rustico, uti scelus pro  
 Icelesto. 8 alludit ad Æsopi fabellam de duabus manticis.

## F V R I V M

Infectatur, ejusque pauperiem multis commodis  
 instructam esse facere contendit.

**F**uri, cuius neque feruus est, neque arca,  
 Nec 1 cimex, neque aranens, neque ignis,  
 Verum est & pater, & noverca, quoram  
 Dentes vel silicem comesse possunt:

2 Neque leches, neque domus, neque focus: Tibullus;  
 Me mea paupertas vita traducat inertis,  
 Nam mens assidue luceat igne focus.

*Est pulchre tibi cum tuo parente,  
Et cum coniuge & lignea parentis.  
Nec mirum, bene nam valetis omnes,  
Pulchre consoletis, nihil timetis,  
Non incendia, non graves ruinas,  
Non facta impia, non dolos venenos,  
Non casus alios periculorum.  
Atque corpora sicciora cornu,  
Aut si quid magis aridum est, habetis,  
Sole & frigore & esuritione:  
Quare non tibi sit bene ac beate?  
A re sudor abest, abest saliva,  
Muconsque & mala pumica nasi.  
Nec tu commoda tam beata, Furi,  
Noli spernere, nec putare parvi.  
Et 3 seftertia, que soles precari,  
Centum, define; nam sat es beatus.*

*2 Lignea, i.e. tenuis, Græcos imitatus: ita Lucretius de puella  
arido corpore, Nervosa & lignea Dorcas. 3 Sestertium in  
neutro genere significat mille seftertios: seftertius, quasi semiter-  
tius, valebat duobus assibus æris & semisse, idemque erat quod  
numimus. Centum seftertia sunt centena millia sefteriorum, quo-  
rum singuli fere æquant quartam partem denarii Neapolitani.*

## T A L L V M

*Monet ut sibi remittat, quæ surripuit, aliter ferde vapulabit.*

**A** *Mice Thalle, 1 molligr canicula capillo,  
Vel anferis medullula, vel 2 imula oricilla:  
Idemque Thalle turbida rapacior procella,  
3 quum de via mulier aves ostendit & oscitantes.  
Remitte 5 pallium mihi meum, quod involasti,*

*1 Tenerior. 2 quasi imma auricula: Cic ad Q. Fratrem: In  
nostris inamicitiis me esse & fore auricula infima scito mollio-  
rem. 3 nullus fere locus Catulli magis corruptus, vide aliorum  
commentarios. 4 Oscitantes, i.e. fulicas marinam spumam  
hiante ore paſcentes: impendente vero tempeſtate, ex in littus  
ejiciuntur, quibus in ſiccō viſiſ, tempeſtatem eſſe in mari conjici-  
tur. 5 pallium erat vеſtis Græcorum, unde Comoediæ pallia-  
tæ, quæ argumēto ſunt Græco, togatæ quæ Latino,*

*Sudariumque \* Serabum 6 catagraphosque thynos  
Inepte: quæ palam soles habere tanquam avita.  
Quæ nunc ruis ab unguibus reglutina, & remitte  
Ne lanceum latusculum, manusque mollicellas  
Inusta turpiter tibi flagella conscribilent.  
Et insolenter astues, velut minuta magno  
Deprensa navis in mari vesaniente vento.*

6 hoc est annulos signatorios; quare hi versus apud Isidorum:  
‘*Nec quos Thynia lima perpolivit  
Annellos, vel jaspis lapillos.*

*Vel Thynos Bithyniæ populos in lino inscriptos: quemadmodum, intextos aulæis Britannos dixit Virg. 3. Georg. v. 25.  
Alii legunt, catagraphonque linum, i.e. linteum variis figuris depictum, quod valde placet ab ypaso pingitur. \* vid. pag. 165.*

### A D F V R I V M:

Poeta videtur innuere villam suam oppigneratam esse.

**F**uri, villa nostra non ad 1. Austris  
Flatis & opposita est, nec ad Favoni;  
Nec sevi Boreæ, aut 3. Apeliote;  
Verum ad 4. millia quindecim, & ducentos;  
O ventum horribilem, atque pestilensem.

1. Commemorat quatuor ventos Cardinales. 2. Iusus est in verbo *opposita est*, opponere significat etiam oppignerare. Furius forte quæsierat, cui vento villa esset opposita. 3. est ventus a Latinis Subsolantis dictus spirans ab ortu contra occasum. 4. quidam de festiis, quidam de variis ventis intelligunt.

### A D P V E R V M S V V M,

Ut optimum vinum ingerat;

**M**inister veteri querit Falerni,  
& Inger mi calices amariores,  
Us lex 3. Posthumia jubes magistris

4. Ebreæ

1. Falernum, a Campaniæ agro dictum: veteris vini amaritudo placet, inquit Cic. 2. pro ingere, alii, infer. 3. Posthumia fuit mulier vinosissima Catulli oœvo: a veteribus talis fortiebatur qui Rex & magister vini esset: Hor. Regna vini. forsitan talis lib. 1. od. 4. eratque rex ille qui Venerem talis depictam iesisset, idem alibi lib. 2. od. 7. quem Venus arbitrium dicit bibendi.

**¶** *Ebrisca acina ebriosioris.*

*At vos quo dubet hinc abite lymphæ ;  
Vini pernities , & ad severos  
Migrare ; hic merus est & Thyonianus.*

**¶** i.e. quæ Posthumia erat ebriosior acinis vino refertis: *acina* dixit in foeminalias acinum neutro genere profertur. & i. e. Bacchicus, Bacchus dictus Thyoneus a matre ipsius Thyone.

## AD VERANNIVM ET FABVLLVM.

*Qui Pisonem in Hispaniam secuti , cum  
eo nihil lucri fecerant .*

**¶** *Pisonis comites , & cohors inanis ;  
3 Apis sarcinulis , & expeditis ;  
Veranni optime , tuncque mi Fabulle :  
Quid rerum geritis & satiſne cum iſo  
4 Vappa frigoraque , & famem tulistis ?  
Ecquidnam in tabulis patet & lucelli  
Expensum ? ut mihi , qui meam secutus  
6 Praetorem , refero datum lucello .  
At vobis mala multa Dii Deaque  
Dent , opprobria & Romuli Remique .*

**1** De Pisone vid. Sallust. **2** commilitones inutiles. **3** jocose perstringit pauperiem comitum Pisonis, quod non multos utensilium fasciculos habebant. **4** i.e. homine vili ac sordido: *vappa* est vinum acidum. **5** i.e. quid lucri patet in vestris rationibus? **6** C. Meminium, cui Lucretius opus suum scriptit, quem in Bithynia securus Catullus nihil lucri fecit. **7** Romanorum proceres appellantur *Romali Remique* a poetis; alii dicunt esse in genit. casu. Corripit mores nobilium Romanorum.

## AD ALPHENV M,

*Quod illius promissa in vanum & frustra sint :*

**¶** *A Lphene immemor , atque unanimis false sodalibus ;  
Jam te nil miseret , dure , cui dulcis amiculi .  
Jam me prodere , jam non dubitas fallere perfide ;*

*Nec*

**1** Ex arte sutoria factus Jureconsultus & Consul. Hor. Sat. 3. l. b.

Nec fatta impla fallacum hominum cälicolis placere,  
Qua tu negligis, ac me miserum deseris in malis.

Heu heu quid faciant, dic, homines, cuique habeant fidem?  
Certe et tute jubebas animam tradere, inique me  
Inducens in amorem, quasi rata omnia mi forent.

Idem nunc retrahis te ac tua dicta omnia factaque  
Veneris irrita ferre & nebulas aeras finis.

Si tu oblitus es, at dii meminerunt, meminit 3 Fides;  
Quae te ut pœnitentia postmodo facti, faciet, tui;  
tu cogebas me tibi committere animam, inique i.e. fallaciter;  
3 Fides est Dea, cujus templum prope Capitolium.

### PENINSVLÆ SIRMIONIS LAUDES.

PEninsularum 1 Sirmio insularumque  
Ocelle, quascunque in liqueficiis stagnis  
Marique vasto 2 fert 3 uterque Neptunus;  
Quam te libenter, quamque laetus inviso,  
Vix mi ipse credens 4 Thyniam atque Bithynos.  
Liquisse campos & videret te 5 in tuto.  
O quid 6 solutis est beatus curis?  
Cum mens onus reponit, ac peregrino  
Labore fessi venimus larem ad nostrum,  
Desideratoque acquiescimus letto.  
Hoc est, quod unum est pro laboribus tantis.  
Salve o venusta Sirmio atque hero gaude,  
Gaudete vosque 7 Lydie lacus unda,  
Ridete quicquid est domi cœchinnorum.

1 Sita est ad lacum Fenacum vulgo Lago di Garda. 2 i.e.  
habet. 3 mare superum & mare infernum. 4 insula juxta fauces  
Ponti. 5 in tranquillo. 6 expeditis curis, 7 o vos aquæ lacus  
Lydiæ: Hermus & Pactolus auriferi Lydiæ amnes, idcirco Sir-  
mionem illis aquis comparat.

### I C A R M E N S Æ C V L A R E

Ad Dianam.

Diana sumus in fide,  
2 Puella, & pueri integri:

1 Ita dictum quod transacto certum annorum spacio can-  
retur Diana & Apollini pro salute imperii Rom. ad Sibyllæ  
præscriptum. 2 ter novem pueri totidemque virgines carmina  
concinebant ludis secularibus. Horib. 1. 20. 21.

Dianam pueri integri,  
Puellaque canamus.  
3 O Latonia maximè  
Magna progenies Jovis,  
Quam mater prope 4 Deliana  
5 Deposituit olivam,  
Montium domina ut fores,  
Silvarumque virentium,  
Saltuumque reconditorum,  
Amniumque sonantum.

Tu Lucina dolentibus  
Juno dicta puerperis:  
Tu potens 6 trivia, & 7 nocte es.  
Dicta lumine, luna.

Tu cursu, dea, menstruo  
Metiens iter annum.  
Rustica agricola bonis  
Tecta frugibus exples.  
Sis quocumque tibi placet  
Santa nomine, Romulique  
8 Antigue, ut solita es, bona  
Sospites ope Gentem,

3 a matre Latona dicta *Latonia*, 4 appellavit *olivam Deliana*,  
nam mater in Delo Ægei mari insula Dianam peperit sub olea,  
5 pro depositus: ita etiam Plautus. 6 dicitur *trivia*, nam Luna  
polo, Diana solo, Proserpina Averno. 7 cum Luna alienæ lumi-  
ne luceat. 8 *Romulus*, & *Ancus* Rōmæ Reges, ille primus, hic  
quartus.

## CÆCILIVM

Amicum suum Veronam arcessit,

3 Poeta tenero meo, sedali  
Velim Cæcilio, papyre, dicas:  
Veronam veniat, Novi relinquens  
Comi mania, & Lariumque littus.

Nam

1 Varii fuere Cæcili, quos inter duos celebres alter Rhetor,  
alter Comicus, sed superiores tempore hoc Cæcilio Veronenfi  
poeta Catulli amico. 2 *Littus Larium*, i.e. Lacus Larini vul-  
go *Lago di Como*, ita dictus à fidicarum multitudine, id enim  
Græce significat λαός.

Nam quasdam volo cogitationes  
Amici accipiat sui , meique ,  
Quare si sapiet , viam vorabit :

## C O R N I F I C I O

Succenserit quod male acceperit puerum suum :

**M** Ale off , 1 Cornifici , tuo Catullo ,  
Male est mehercule , & laboriose :  
Magisque , & magis in dies & horas  
Irascor tibi , sic meos & amores ,  
3 Quem tu , quod minimum , fatillimumque est i  
Qua solatus es adlocutione ?  
Paulum quidlibet adlocutionis q ,  
Mæstius lacrimis & Simonideis .

1 Cornificius poeta eloquens & eruditissimus , ejus egregia  
opera usus est Augustus in bello Siculo. 2 i.e. puerum meum  
valetudine laborantem sic accepisti? 3 vox quem refert ad pue-  
rum . 4 adhibuisti. 5 Simonides ex Cæa insula poeta insi-  
gnis : testatur Fabius in tristium rerum tractatione excelluisse .  
Hor.l.2.od.1.Cæa retractas munera nenia .

## E G N A T I I

Hispani ineptiam exagitat usquequaque ridentis , ut  
dentium candorem , quem spurcis lavacris  
parabat , ostentaret .

**E** Gnatius , quod candidos habet dentes ;  
1 Renidet usquequaque : seu ad rei ventum est  
2 Subsellium , cum orator excitat fletum ,  
Renidet ille : seu pii ad rogum filii  
Luget ur , orba cum flet unicum mater ,  
Renidet ille : quicquid est , abicunque est ,  
Quocunque agit , renidet . hunc habet morbum  
Neque elegantem , ut arbitror , neque urbanum .

1 Arridet omni loco & tempore . 2 ad subsellium reorum  
i. e. sive Egnatius venit ad iudicium , ut munere advoçati fun-  
gatur .

Quare monendus es mihi , bone Egnati ,  
Si 3 urbanus esses , aut Sabinus , aut 4 Tiburs ,  
Aut 5 porcus Umber , aut obesus Hetruscus ,  
Aut 6 Lanuvinus ater , atque dentatus .  
Aut 7 Transpadanus , ut meos quoque attingam ,  
Aut quibes , qui pariter lavit dentes :  
Tamen renidere usquequaque te nollem :  
Nam risu inepto res ineprior nulla est .  
Nunc 8 Celtiber in Celtiberia terra  
Quod quisque minxit , hoc solet sibi mane  
Dentem , atque 9 russam defricare gingivam .  
Vt quo iste vester expolitior dens est ,  
Hoc te amplius bibisse prædices lotis .

3 quicunque es , etiam si Romanus es &c. 4 Tiburs & Ti-  
 buri dicitur. 5 Vntri Italiz populi , quorum luxus a multis  
 incessit Scriptoribus. 6 Lanuvinus de formis magnis denti-  
 bus iisque nigris: Lanuvium oppidum Latii. 7 Verona poetæ  
 nostri patria est trans Padum 8 populus Hispanus dicitur Cel-  
 tiber ob Iberum fl. & Cekas populos. 9 rubentem absterge-  
 re gingivam uti mos Celtiberorum ; qui etiam lotio totum cor-  
 pus lavabant , vide Diodor. Sic.lib.5. & Strabonem lib.3. quod  
 in cisternis servabant .

## A G R O S V · O

Gratulatur , quod in eo tuus liberatus sit , quam apud  
 suum Sextium contraxerat , cum orationem  
 quandam inter coenam audivisset .

**O** Funde noster , seu Sabine , seu Tiburs ,  
 ( Nam te esse 1 Tiburitem autumant , quibus nos off  
 Cordi Catullum ledere , at quibus cordi est ,  
 Quovis Sabinum pignare esse contendunt . )  
 Sed seu Sabine , sive verius Tiburs ,  
 Fui libenter in tua suburbana  
 Villa , malamque peccore expui tuissim :  
 Non immerenti quam mihi meus venter ,

M

1 Mavult poeta fundum suum esse Tiburitem , cuius loci amos-  
 nitas celebrior esset: Horat. eam sedem optat Od. 6. l. 2. Tibur.....  
 Sit mea sedes urinam senectæ: non Sabinum , nam Sabini Latii  
 populi fines habent angustos .

Dum

Dum sumtuosas appero, & dedit, canas.  
 Nam Sextianus dum deo esse coniuvit,  
 Orationem in Attum & petitorum  
 Plenam veneni, & pestilentia legis,  
 Hic me & gravedo frigida, & frequens suffis  
 Quassavit, usquedum in tuum suum fugi &  
 Et me procurari olimoque, Hurtica.  
 Quodro reflectus maximas tibi grates  
 Ago, meum quod non es ultra peccatum.  
 Nec & deprecor jam, si nefaria scripsa  
 Sexti & recepero: quin gravedinem, suffis  
 Non mi, sed ipsi Sextio ferat frigus,  
 Qui tunc vocat me, cum malum legit librum.

2 dedit, i.e. attulit, & petitors dicebantur, qui eundem magistratum appetebant. 3 morbus capititis est cum humor crassior e cerebro defluens moveret cassim sicciam & frequenter, & nec recuso, & pro recepero.

### CATULLVS E BITHYNIA

Decedens ubi hyems erat, substitit in Troade ob  
 fratris obitum.

**J**am ver & egelida refert sepores,  
 Jam cali furor aquinoctialis  
 Juuudis Zephyri filescit auris.  
 Linquantur & Phrygii, Catulle, campi,  
 3 Niceaque ager uber aestuosa,  
 Ad claras Asie volamus & urbes.  
 Jam mens praecepidae aves vagari.  
 Jam lati studio pedes vigescunt.  
 O dulces comitum valete coetus,  
 Longe quos simul a domo profectos,  
 Diversos varia via reportant.

1 Egelida dicitur aqua cum iam tepida est: aliquando egelidus est valde gelidus: utraque significatio inest Ovidii versiculis: Egelidum Boream, egelidumque notum. 2. Phrygia est pars Asie minoris, & urbs Bithyniae primaria; dicitur aestuosa, quod aer aestatis tempore non sit saluber. 4 de Asie minoriis urbibus loquitur, quae sunt Ephesus, Smyrna, Colophon, Miletus.

CICE-

## C I C E R O N I

Modeste agit gratias ob patrocinium in aliqua causa :

**D**isertissime Romuli nepotum ,  
Quot sunt, quotque fuere, Marke Tulli ,  
Quotque post aliis erunt in annis :  
Gratias tibi maximas Catullus  
Agit pessimus omnium poeta ;  
Tanto pessimus omnium poeta ,  
Quanto tu optimus i omnium patronus ;

i. Cicero omnium patronus vulgo dicebatur, ita etiam illum  
Aulus Cæcina vocat ep. ad fam. 7. lib. 8.

## L I C I N I I C A L V I

Poëtae & oratoris eximii consuetudinem & collocutionem sibi  
esse carissimam venustissime scribit :

**H**abes nos, Licini , die osiosi  
Multum i lusimus in meis tabellis ,  
Ut convenerat esse 2 delicatos  
Scribens versiculos uterque nostrum ,  
3 Ludebat numero modo hoc , modo illo ,  
4 Reddens mutua per jocum , atque vinum .  
Arque illinc abii , sua lepore  
Incensus , Licini , facetissque ,  
Ut nec me miserum cibus iuvaret ,  
Nec somnus tegeret quiesce ocellos ,  
Sed toto indomitus , spurere lecto  
Versarer , cupiens videre lucem ,  
Ut tecum loquerer , simulque ut essem ,  
At defossa labore membra postquam  
Semimortua lectulo jacebant ,  
Hoc , jucunde , tibi 5 poema feci ,  
Ex quo perspiceres meum dolorem .

M 2

Nunc

1 i.e. per lusum conscripsimus. 2 i.e. exquisitos, ita Cic. in  
Pisonem Delicatissimis versibus exprimere omnia continet.  
3 ludebamus versibus nunc isto nunc illo modo.  
4 rependentes ultro citroque carmina. 5 poema, i.e. epigramma.

Nunc audax , cave , sis ; precesque nostras  
 Oramus , cave , despicias 6 ocella ,  
 Ne pœnas 7 Nemesis reposcat a te .  
 Est uehementis dea , ladere hanc cauero .

6 tuo supercilio despicias preces , 7 Dea malefactorum uixit

## I N N O N I V M E T V A T I N I V M.

**Q**uid est , Catulle , quid moraris emori ?  
 1 Sella in carali 2 Scruma Nonius fedes ;  
 1er consulatum 3 pejerat 4 Vatinius .  
 Quid est , Catulle , quid moraris emori ?

1 Propria erat majorem magistratum , Consulum , Prætorum ,  
 & Ædilium , quin uehebatur curru sella eburnea ornata . 2 fuit  
 prætor , hunc Antonius proscripsit , ut haberet opalum ejus se-  
 stertiis 20000. aestimatum , qui erat gemma preciosissima . 3 fal-  
 so jurat consulatum suum , 4 in hunc iniquissimæ vita homi-  
 nem exstat Cicoratio acerbissima .

## I N C A M E R I V M

Quaritando , quo loco lateat , jocose exponit  
 quantum fudarit .

**O**Ramus , si forte non molestum est ,  
 Demongres ubi sunt tua tenebrae .  
 Te 1 campo quaestivimus minore  
 Te in 2 circo , se in omnibus 3 libellis ;  
 Te in 4 templo superi Jovis sacrato .  
 In 5 Magni simul ambulatione :  
 Sed te jam quarere Herculis labos est .

1 Campus minor est Cælius campus , ibi Circenses fiebant ,  
 Ovid. 3. Fan. Cælius accipint pulverulentus equos . 2 in cir-  
 co maximo , tres Romæ fuisse Circi feruntur . 3 tabernis libra-  
 riis . 4 in templo Capitolino . 5 in Pompeii portico , Ovid.  
 cc. art. ann. Tu mons Pompeja tantus spatiare sub umbra .

Tunc

Tanto re in fassu 6 negas, amice :  
 Dic nobis ubi sis futarus, ede hoc.  
 Audacter : committe, crede luci .  
 Si lingua m clauso tenes in ore,  
 Prosternit projicies 7 amoris omnes.  
 Non & custos se singar ille Crotus ,  
 Non si Pegaseo ferar volatu ,  
 Non 9 Ladas si ego, penthipesue 10 Perseus ,  
 Non 11 Rhesi nivea citaque biga :  
 Adde huc 12 plumipedes , volatilesque ,  
 Ventorumque simul require carsum ,  
 Quos junctos , Cameri , mihi dicares :  
 Desessos ramen omnibus medullis ,  
 Et multis languoribus perejus  
 Essem , te , mi amice , queriendo ,

6 i.e. deus. 7 benevolentia in me. 8 custos Cretensium i.e.  
 Dedalus Minionis filius, vide mythologos. 9 Ladas fuit cursor  
 Alex. Magni tanta velocitate pedum , ut nec vestigia in arena  
 relinqueret. 10 Filius Jovis & Danae, hic talaria & petasum  
 a Mercurio accepit. 11 Rhesus Thraciarum rex equos habuit ve-  
 locissimos. Iliad. x. ver. 435. 12 i.e. vel ayes, vel Zetum & Ca-  
 kin Boreas famulos mihi donares .

## JULIA ET MANLII TORQVATI

## Epithalamium.

**C**olis o r Helicon,  
**C**ultor, Urania genus,  
 Qui tapis teneram ad viram  
 Virginem , o Hymenae Hymen ,  
 O 2 Hymen Hymenae .  
 Cinge tempora floribus  
 Suaveolentis amarati .

M. 3

Elatia-

1 Helicon Bacotarum mons Apollini & musis facer. 2 Hymen  
 traptiarum praeses, filius Urania musa, cultor Heliconis sollie.

3 Flammum caput latusque  
Huc veni niveo gerens

Lutem pede focum.

Excitusque hilari die,

Nuptialis concinens

Voce carmine tinnula,

Pelle humum pedibus manusque

10 Pineam quare radam.

Nanque Julia Manlio,

Qualis Idaicum colens

Venit ad 5 Phrygium Venus.

Judicem bona cum bona

Nubet alite virgo:

Floridis velut emitens

Myrus 6 Asia ramulis,

Quos Hamadryades dea

7 Ludicrum fibi roscido

Nutriunt humore.

Quare age huc aditum ferens

Perge linquere 8 Thespia

Rupis Aanios specus,

Lympha quos super irrigat

Frigerans 9 Aganippa.

Ac domum dominam voca

Conjugis cupidam novi,

Mentem amore revinciens,

Ut renax hedera huc et huc

Arbores impletat errans.

Vos item simul integræ

Virgines, quibus advenie

Par dies agite, 10 in modum.

Dicitur

g erat flammeum velum lutei coloris, quo nuptæ faciem  
regebant. 4 pineam vel spineam utramque radam fuisse  
adhibitam nuptiis constat. vid. Ovid. fast. lib.6. 5 Phrygius  
iudex est Paris pastor in Ida, qui pomum pulchriori Deo  
adjudicavit. 6 Myrus Asia, Asia hic est adjективum Paludis  
in Mysia myrti feracissimæ. 7 ad oblationem. 8 Thespia  
oppidum Bæotiz prope Heliconem. 9 Bæotiz fons factus  
Pegas equi alaci unguia, 10 in numerum canite.

Dicite : o Hymenæ Hymen,  
 Hymen o Hymenæ :  
*Quis Deus magis ab magis  
 Est petendus amantibus ?  
 Quem tolent hamines magis  
 Calitum ? o Hymenæ Hymen,  
 Hymen o Hymenæ .*

*Nulla quit sine te domus  
 Liberos dare , nec parentes  
 Stirpe jungier ; at potest ,  
 Te volente : quis hunc deo  
 Compararier auctor ?*

*Quis tuis careat sacris ,  
 Non queat dare illi praefides  
 Terra finibus , at queat ,  
 Te volente : quis huic deo  
 Compararier auctor ?*

*Claustra pandite janua ,  
 Virgo adest : viden , ut id faciat  
 Splendidas quatunt comas ?  
 Sed moraris , abit dies ,  
 13 Prodeas nova nupta .*

*Tardat ingenuus fudor ,  
 Quia tamen magis audiens  
 Flet , quod ire necesse fit .  
 Sed moraris , abit dies ,  
 Prodeas nova nupta .*

*Flere define : non tibi  
 14 Auruncleja periculum est ,  
 15 Ne qua fæmina pulchrior  
 Claram ab Oceano diem  
 Viderit venientem .*

*Talis in vario solet  
 Divitis domini hortulo  
 Stare flos hiacynthinus .  
 Sed moraris , abit dies ,  
 Prodeas nova nupta .*

## M 4

Pro-

11 i.e. rectores finium aliquius loci. 12 faustum conjugii augurium. 13 procede. 14 cognomen novæ sponsæ. 15 i.e. acclamabant voces novas nupcas: nulla te habet fæmina pulchrior.

*Prodeas, nova nupta sis.*

- 16 *(Jam videtur) ut audias  
Nostra verba: (viden? faces  
Aureas quatinus comas.)*

*Prodeas nova nupta.*

*Tollite, o pueri, faces,*

- 17 *Flammeum videor venire.*

*Ite concinete in modum,*

*Io Hymen Hymenæ io,*

*Io Hymen Hymenæ.*

*En tibi domus ut potens,*

*Et beata viri tui,*

*Quæ tibi seni serviet:*

*Io Hymen Hymenæ io,*

*Io Hymen Hymenæ.*

*Usque dum tremulum movens*

*Cana 18 tempus anilitas*

*Omnia omnibus 19 annuit.*

*Io Hymen Hymenæ io,*

*Io Hymen Hymenæ.*

- 20 *Transfer omne cum bono*

*Limen aureolos pedes,*

- 21 *Rasilemque subi forem.*

*Io Hymen Hymenæ io,*

*Io Hymen Hymenæ.*

- 22 *Torquatus volo parvulus*

*Matris e gremio sue*

*Porrigeas teneras manus,*

*Dulce rideas ad patrem*

*Semibiante labello:*

*Sit suo similis patri*

*Manlio, &c. facile insciis*

*Noscitetur ab omnibus,*

*Et pudicitiam sue*

*Matris indicet ore.*

*Talis illius a bona*

*Ma-*

16 *Jam incipit apparere sponsa.* 17 *flammeum i.e. velum nuptiale.* 18 *i.e. tempora cana.* 19 *annuit pro annuat, sicut edim, is, it: senibus tremulum est caput, ita ut videantur omnibus omnia annuere.* 20 *inaustum omen si nuptæ in limen offendenter.* 21 *politam.* 22 *ita Virg. lib. 4. parvulus Laderet Hæras.*

Matre laus genus approbet,  
Qualis unica ab optima  
23 Matre Telemacho manes.  
Fama Penelope.

Claudite offia virgines;  
Lusimus satis: at boni  
Conjuges bene vivite.

23 Telemacho Penelopes filio ingens fuit gloria ob matris cun-  
titarem, quæ absente Ulysse per 20. ann. pudicitiam servavit.



### \* C A R M E N N V P T I A L E

Fortasse in ejusdem Juliae & Manlii nuptiis.

1 **V**esper adeft, juvenes & consurgite: vesper Olympo  
Exspectata diu vix tandem lamina tollit.

Surgere jam tempus, jam pingues linquere mensas:  
Jam veniet virgo, jam dicitur Hymenens.

3 Hymen, o Hymenæe Hymen ades, o Hymenæe.

Cernitis, innuptæ, juvenes? consurgite contra.  
Nimirum aethereos ostendit Noctifer ignes.

Sic certe: vident ut 4 perniciiter exsiliere?

Non temere exsiliere: \*\* canent, quos vincere par est.  
Hymen, o Hymenæe Hymen ades, o Hymenæe.

Non facilis nobis, 5 aequales, palma parata est.

Aspicite, innuptæ secum ut meditata requirant.

Non frustra meditantur: habent 6 memorabile quod sit.

7 Nos alio mentes, alio divisimus aures.

Jure igitur vincemus: amat victoria curam.

Quare nunc animos fatem 8 committite vestros:

Dice:

\* Hinc incipit altera pars operis Catulliani, absolutis lyricis  
in prima parte, in secunda aktiori stylo carmen heroicum aggre-  
ditur: in eo puellæ & adolescentes juvenes de eommolis & in-  
commolis nuptiarum contendunt. 1 Vesper i.e. fidus Vene-  
ris. 2 a mensa. 3 hic versus est intercalaris: in hoc poeta-  
Zenitulatus est Theocritum idyl. 18. 4 ut juvenes contra noa  
exsiliuere, hos deceat a nobis vinci. \*\* ipsi mox cantabunt, quos  
decet nos superare: pueri enim, & puellæ alternis canunt. 5 o  
sodales. 6 quod sit dignum memoratu. 7 nos ad alia adver-  
timus mentes & aures. 8 componite: ita Terent. mi. intende-  
zis ingenium, vales.

Dicere jam incipient, jam respondere decebit :  
Hymen, o Hymenæ Hymen ades, o Hymenæ .

Hespere, qui cælo fertur crudelior 9 ignis ?  
Qui natam possis complexu avellere matris,  
Complexu matris retincentem avellere natam ,  
Et juveni ardenti castam donare puellam ?  
Quid faciant hostes capita crudelius urbe ?  
Hymen, o Hymenæ Hymen ades, o Hymenæ .

H. spore, qui cælo lutet jucundior ignis ?  
Qui disponfa 10 tua firmes connubia flamma ?  
Qued peptigere virt, peptigerant ante parentes ,  
Nec junxere prius , quam se tuus exculit ardor .  
Hymen, o Hymenæ Hymen ades, o Hymenæ .

Hesperus e nobis , aquales , abstulit unam .  
Namque 11 tuo adventu vigilat custodia semper .  
Nocte Latent fures , quos idem saepe revertens  
Hespere 12 mutato comprehendis nomino eosdem .  
At luet inuptis 13 ficto te capere questu .  
Hymen, o Hymenæ Hymen ades, o Hymenæ .

Ut flos in septis secretus nascitur hortis ,  
Ignotus pecori, nullo contusus aratro,  
Quem mulcent aura , firmat sol , educat imber .  
Multi illum pueri , multæ optavere puella :  
Idem cum tenui carpus deforuit ungi ,  
Nulli illum pueri, nulle optavere puella :  
Sic virgo dum intacta manet, sum cara suis: sed.  
Cum castum amisit polluto corpore florem ,  
Nec pueris jucunda manet, nec cara puellis .  
Hymen, o Hymenæ Hymen ades, o Hymenæ .

Ut vidua in nudo vritis qua nascitur arvo ,  
Nunquam se extollit, nunquam mitem educat uiam .  
Sed tenerum prono deflectens pondero corpus ,  
Jam jam contingit summam radice 14 flagellum ,  
Hanc nulli agricola, nulli accolere juvenci :  
At si forte eadem est ulmo conjuncta marito ,

Mul-

9 ignis pro stella. Crudelior, quia ejus stellæ adventu nupta a parentibus abducebatur. 10 confirmabatur connubium Hespero exidente. 11 te exorient. 12 post occasum solis Hesperus, ante ortum Lucifer vocaris, & deprehendis fures. 13 placet puellis te increpare fictis querelis. 14 flagellum, est summicas tamorum cuiuscumque arboris.

*Muli illum agricola, multi accolere juventus:  
Sic virgo, dum intacta manet, dum inculta senescit,  
Cum par connubium maturo tempore adepta est,  
Cara viro magis, & minus est invisa parenti.*

*At tu, 15 ne pugna cum tali conjugi virgo  
Non aquum est pugnare, pater cui tradidit ipso,  
Ipse pater cum matre, quibus parere necesse est.  
Virginitas non tota tua est: ex parte parentum est:  
Tertia pars marri data, pars data tertia patri,  
Tertia sola tua est: noli pugnare duobus,  
Qui genero sua jura simul cum dote dederunt.  
Hymen, o Hymenae Hymen ades, o Hymenae.*

*15 ne résiste.*

### ATYS ADOLESCENS

*Dex Cybeles numine impellente furore corripitur in ejus-  
demque Dex sacro nemore & famulatu  
totum vitæ tempus consecrat.*

**S**uper alia vellus. 1 Atys celeri rate maria  
Phrygium nemus citato cupide pede tetigit,  
Adiurque opaca silvis redimita loca deo:  
Stimulatus ubi furenti rabie, 2 vagus animi  
Niveis 3 citata cœpit manibus leve tympanum:  
Tympanum, rauam, Cybelle, tua, mater, 4 initia:  
Quatiensque 5 terga rauri teneris cava digitis,  
Canere hoc sae adorta est tremebunda comitibus:  
Agito ite ad alta, 6 Gallæ, Cybeles nemora simul,

*Simul*

*2 Atys fuit puer Phrygius, quem Cybele suis sacris præfe-  
cit, ea lege ut perpetuo castitatem servaret. 3 mentis inops.  
Cybele quippe dicta Cybebe, quod homines in furem  
ageret a ver. Graec. κυβηβης; inde & cybelejus furor.  
4 citata gen. foem. Atys sibi videbatur esse foemina. 4 initia sunt  
ipsa mysteria & sacra, sic Varro, initia Cereris dixit pro sacri-  
ficiis. 5 terga protergora cava i.e. tympana concava. 6 Gal-  
la ita appellat suos sodales qui illi insipienti videbantur fo-  
minae esse: Galli vocabantur Sacerdotes Cybeles, a fluvio Gak-  
lo prope Phrygiam vid. Ovid. 4. Fast.*

- Simul ite 10 Dindymenæ domine vaga pecora,  
 Aliona qua pesentes, velut exsules, loca  
 11 Sectam meam executa duce me, mihi comites.  
 Rapidam salum tulisti, truculentaque petagi,  
 Hilarate excitatis erroribus animum.  
 Mora tarda mente cedat: simul ite: sequimini.  
 Phrygiam ad domum: Cybelles Phrygia ad nemora dect,  
 Ubi 12 cymbalum sonat vox, ubi tympana reboant.  
 Tibiten ubi canit Phryx curvo 13 grave calamo.  
 Ubi capita 14 Menades vi jaciunt bederigere,  
 Ubi sacra sancta acutis ululatibus agitant,  
 Ubi suavit illa Divæ volitare vaga cohors.  
 Quo 15 nos detet citatis celerare tripudiis.  
 16 Sinzul hac comitibus Atys cecinit nova mulier,  
 17 Thiasus repente linguis trepidantibus abulat,  
 Leve tympanum remagit, cava cymbala recrepant,  
 Viridem citus adit. Idam properante pede chvrus.  
 Furibunda simul anhelans vaga vadit 18 animo egare,  
 Comitata tympano Atys per opaca nemora dux,  
 Veluti juventa vitius onus indomita jugi.  
 Rapide ducem sequuntur Gallæ pede proprio.  
 Itaque, ut domum Cybelles tetigere lassula,  
 Nimiò e labore somnum capiant 19 sine Cerere.  
 Pigerbis labante languore oculos sapor operit.  
 Abit in quiete molli rabidus furor animi.  
 Sed abi oris aarei soltradiantibus oculis  
 Lustravit ætheria album, sola dura, mare ferum.  
 Pepulitque noctis umbras 20 vegetis sozipedibus,  
 Ibi somnus excitum Atyn fugiens citas abiit.  
 Trepidantem eum recepit dea 21 Pasithaea sua.  
 Ita de quiete molli rapida sine rabi.

10 a Dindymo monte dicta Cybele Dindymosa, qui est in  
 Phrygia 11 doctrinam meam secutæ. 12 cymbalorum.  
 13 gravem sonitum edens. 14 Menades, Berecyntiæ sacrifici-  
 liæ impetu capita quatiebant, ut in sacris Bacchi. 15 quo etiam  
 nos decet &c. 16 cum hac Atym nova famina &c. 17 Thia-  
 sus est cohors quæ Atym sequebatur. 18 mentis inops. 19 Ter-  
 rent, sine Cerere & Baccho. 20 vividis equis. 21 est Dea  
 quam in uxorem Somno dedit Jurius, cum Jovem sopiisset, ut ipsa  
 Græcis operi se regeret: vid. Homer. Iliad. xiv. v. 279.

Simul ipsa peltore Atys sua facta recoluit,  
 Liquidaque mente vidit 22 sine queis, ubique foret,  
 Animo astante rursum 23 redditum ad vada retulit.  
 Ibi marla vasta visens lacrimansibus oculis,  
 Patriam adlocuta voce est ita moesta miseriter:  
 Patria o mea creatrix, patria, o mea genitrix,  
 Ego quam miser relinquento, dominos ut herifuga  
 Famuli sotent, ad Ida templa nemora pedem:  
 Ut apud (miser) ferarum gelida stabula forem,  
 Et ut omnia earum adhuc furibunda latibula:  
 Ubinam, aut quibus locis te positas, patria, rear?  
 Cupit ipsa pupula ad te sibi dirigere aciem,  
 Rabie sera \* carens dum breve tempus animus est:  
 Egone a mea remota haec ferar in nemora domo?  
 Patria, bonis, amicis, genitoribus abero?  
 Abero foro, palestra, stadio & gymnasia?  
 Miser ah miser! querendum est etiam atque etiam animo:  
 Quod enim genus figura est, ego non quod habuerim?  
 Ego puber, ego adolescens, ego ephebus, ego puer,  
 Ego gymnaſi fui flos, ego eram 24 decus olei.  
 Mihi 25 janna frequentes, mihi limina 26 rapida,  
 Mihi floridis 27 corollis redimita domus erat,  
 Linquendum ubi esset orto mihi sole cubiculum.  
 Egone deum ministra, & Cybeles famula ferar?  
 Ego Menas, ego mei pars, ego vir sterilis ero?  
 Ego viridis algida Ida nive amicta loca colam?  
 Ego vitam agam sub altis Phrygia 28 columinibus:  
 Ubi cerva silvicularis, ubi aper nemorivagus?  
 Jam jam dolet, quod ogi, jam jamque paenitet.  
 Roseis ut huic labellis 29 palans sonitus abiit,  
 Ibi 30 juncta juga resalvens Cybele leonibus,

Ge-

22 sine quibus rebus, & ubi faras. 23 reddit ad mare, ut in  
 patriam remearet. \* dum mens mea brevi furore nunc caret.  
 24 palestris solebant oleo ungi in lucta: Horat. Luctamur  
 Achivis fortius undis. 25 janua mea frequentata amicorum  
 coetu. 26 calent loca quae frequentantur: Cic. calebant nun-  
 dine: Persius contra, limina frigescant: quamplurimos habe-  
 bam amantissimos. 27 mos erat amicorum tores ornare flori-  
 bus. 28 culminibus. 29 ubi Athy ipsi vagus clamor e labris  
 exiit. 30 Dea Cybeles sinistrum sui currus leonem resoluebat  
 immititque ad Atyn ut in patriam cogitatorem fortemque suam  
 lamentantem terret, & in tylvam reuicebat.

Geminas 31 eorum ad aures nova nuncia ferens ;  
 Lævumque 32 pecoris bofem stimulans ita loquitur :  
 Age dum inquit, age ferox , i, face 33 ut hinc furoribus,  
 Face ut hinc furoris iðu redditum in nemora ferat .  
 Mea liber ab nimis qui fugere imperia cupit .  
 Age, cede terga cauda , tua verbera 34 patere .  
 Face cuncta mugienti fremitu loca retinent .  
 Rutilam ferox 35 torosa service quare jubans .  
 Ait hac minax Cybelle, religatque juga manu .  
 Ferus ipse fese adhortans rapidum incitat animum :  
 Vadit, fremit, refringit virgula pede vago .  
 At ubi ultima albicantis loca littoris adiit ,  
 Teneraque vidit Atyn prope marmora pelagi :  
 Facit impetum : illa demens fugit in nemora fera .  
 Ibi semper omne vita spatiū famula fuit .  
 Dea, magna dea, Cybele, Didyma, dea, domina ,  
 Procul a mea suus sit furor omnis , hera, domo :  
 Alios age incitatos , alios age rabidos .

31 eorum leonum. 32 lœvum pecoris bofem, i.e. sinistrum leonem. 33 binc, i.e. a littore maris. 34 fac patiaris verbera tuæ caudæ. 35 tori dicuntur masculi: unde torosus pro robusto.

### P E L E I E T T H E T I D O S

Nuptias celebraturus Poeta ab Argonautica expeditione orditur , describensque regium nuptiarum apparatus ad Thescum & Ariadnen digreditur : deinde ad scopum reversus Parcas carmen nuptiale canentes , & Achillis fata prædicentes inducit . \*

**P** Eliaco quondam prognata vertice pinus  
 Dicuntur liquidas Neptuni nasse per undas  
**P**hasidos ad flumus , & fines Aetos :

Cum

\* Male inscribitur hoc poema Argonautica, nam solum initium versatur circa Cholchicam expeditiōnē: ceterum poeta nuptias canere aggreditur. **P**elion Thessaliz mons ; Jalon juxta Pelion navim ædificavit. **P**hasis est fluvius Cholchidis ab Armenia in Euxinum illabens . **A**etas fines : in Cholchide Asiz regione regnavit rex **A**etus : hic Jalon cum lett a pube navigavit, & Medeæ regis filiæ artibus vellus ex auro inde exportavit: de hac fabula vid. Diod. Sic. Ovid, &c.

Cum leti juvenes Argive robora pubis  
 Auratam oprantes Colchis aversere pellens  
 Ausi sunt vada salsa cita decurrere puppi,  
 Carula verentes abiegnis aquora palmis.  
 3 Diva quibus retinens in summis urbibus arces  
 Ipsa levit facit & volitantem flamine currum,  
 Pineas conjungens inflexa sexua carina.  
 Illa rudem cursu prima imbuit & Amphitrite  
 Quae simul ac rostro ventosum proscidit aquor,  
 Tectaque remigio spumis incanuit unda,  
 Emerso feri candenit & gurgite vulnus  
 Equoreas monstrum Mercides admirantes.  
 Tum Thetidis Pelous incensus fertur amore,  
 Tum Thetis humanos non despexit hymenaos,  
 Tum 6 Thetidi 7 pater ipse jugandum Pelea sanftis.  
 O nimis opato seclorum tempore nati.  
 Heroes salvare, deum genus, o bona maser?  
 Vos ego sepe meo vos carmine compellabo,  
 Teque adeq eximie radis felicibus autte  
 Theffalia columnen Pelon, cui Jupiter ipse,  
 Ipse suos divum genitor concepsit amores.  
 Tene Thetis conuixit pulcherrima & Neptunina?  
 Tene suam 9 Tethys concessit ducere neptem?  
 Oceanusque mari totum qui amplectitur orbem?

Qua  
 3 i. e. Minerva, cui arces consecrabantur Virg. ecl.2. Pallas  
 quas condidit arces Ipsa colat. 4. volvour, i.e. navim, meta-  
 phorice. 5 Amphitrite fuit neptuni uxor, unde saepius pro  
 mari sumitrenavim Argo primam omnium mare imbuat i.e. do-  
 cuit navigationem. 6 alia est Tethys, alia est Thetis de hac lo-  
 quitur Catul. ambæ mariniæ Deæ, hæc nupsit Peleo & Achillem  
 nepotis, unde Pelides Achilles dicitur, Peleus Æaci & Æginæ  
 filius, Jovis nepos, Achillis pater. 7 i. e. Jupiter Thetidem  
 hanc Peleo nepoti suo ducedam concessit, licet ipse eam depe-  
 ritret, nam a Nereo audierat ab illa oriturum filium qui patrem  
 e celo ejiceret, sicuti ipse Saturnum exturbavit; unde Statius,  
 Magnanimum Æacidem famidatamque sonanti progeniem,  
 & patrio vegetam succedere calo, vid. Ovid. metam. lib.11.  
 8 Neptunina i.e. Thetis filia Neptuni, hunc Catul. confundit  
 cum Nereo; ita Virg. Nerine Galathea. 11. hæc Tethys prima  
 syllaba producta est uxor & mater oceani, quæ ex Nereo genuit  
 Thetidem Tethyos & Oceani neptem.

Quæ simul operatæ finito tempore luce  
Advenere, domum conventu rota frequentat  
Thessalia, oppletur Letanti regia cœtu.

Dona serunt: præ se declarant gaudia vulnu.

Deseritur <sup>10</sup> Scyros: Unquintus <sup>11</sup> Phthiotica Tempore;  
Grajugenasque domos, ac mœnia <sup>12</sup> Larissæ:

<sup>13</sup> Pharsalou coeunt, Pharsalia recta frequentant.  
Rura colit nemo, mollescunt colla juvencis.

Non humili curvis pargatur vinea rastris.

Non glebam prono convellit vomere tauras.

Non salxe attenuat frondatorum arboris umbram,  
Squallida desertis rubigo infertur arastris.

<sup>14</sup> Ipsius at sedes, quacunque opulenta recessit  
Regia, fulgenti splendent auro, atque argento.  
Candet ebur solis, collucent posula mensa.  
Tota domus gaudet regali splendida gaza.

<sup>15</sup> Pulvinar vero divæ geniale locantur  
Sedibus in modiis, Indo quod dente politum  
Tincta regit roseo <sup>16</sup> conchylij purpura fuso.  
Hæc vestis priscis hominum variata figuris,  
Herorum mira virtutes indicat arte.

<sup>17</sup> Nanque stuenti sono prospectans littore Dia,  
Thesea cedentem celeri cum classe tueretur  
Indomitos in corde gerens Ariadna furores,  
Nec dum etiam, se se que visit, visere credit.  
Utpote fablaci que tum primordi excita somno  
Desertam in sola miseram se cernit arena.

<sup>Am-</sup>  
<sup>20</sup> Ægæi maris insula Phœnico olim dicta, Homeri sepulcro  
veneranda, & Neoptolemi Achilli filii ortu clara. <sup>11</sup> sic di-  
cta ab urbe vicina Phœtia. <sup>12</sup> plures fuere Larissæ, hæc est  
arbs Thessaliz, unde Larissans Achilles. <sup>13</sup> Pharsalus op-  
pidum Thessaliz: hic duorum bellorum civilium procellæ de-  
tonuere inter Cæs. & Pomp. & inter Augustum & percussores  
Cæsaris Brutum & Cass. <sup>14</sup> i.e. Regia Pelei quacunque pates  
&c. <sup>15</sup> loctulus genialis Thetidis. <sup>16</sup> non conchyliis ut vul-  
go, i.e. muricis. <sup>17</sup> longior est hæc digressio quam ferri pos-  
sit, sed poetarum lyricorum ut Catulli & Pindari alia est agen-  
di ratio: narrat hic Ariadnes fabulam in eo tapete depictam.  
Littore Dia i.e. Naxos insulæ Ægæi: huc appulit Theseus occi-  
fo minocauro e Creta rediens, & inamemor beneficij hic Ariad-  
nen dereliquit.

Inmemor at juvenis fugiens pellit vada remis,  
 Irrita ventosæ linquens promissa procellæ.  
 Quem procul ex alga mœstis 20 Minois ocellis.  
 Saxeæ ut effigies bacchantis prospicit 21 Euœ,  
 Prospicit, & magnis curarum fluctuat undis,  
 Non flavo retines subtilem vertice mitram,  
 Sed neque tum mitra, neque tum fluitantis amictus  
 Illa vicem curans, totò te pettore, Theseus,  
 Toto animo, tota probebat perdita mente.  
 Ab miseram affiduis quam luctibus 22 externavit  
 Spinosas 23 Erycina serens in pettore curas,  
 Illa tempestate ferox, & tempore Theseus.  
 Egressus curvis e littoribus 24 Pirai  
 Attigit injusti regis 25 Gortynia recta.  
 Nam perhibent alim crudeli, peste coactam,  
 26 Androgeonæ paenas exsoluere cædis,  
 Elecos juvenes simul & decus innuptarum  
 27 Cecropiam solitam esse dapem dare 28 Minotauro.  
 Queis augusta malis cum moenia vexarentur,  
 Ipse suum Theseus pro caris corpus Athenis  
 Projicere optavit potius, quam talia Cretam  
 29 Funera Cecropiae nec funera portarentur.  
 Atque ita nave leui nitens, ac lenibus aq[ua]ris,

N

Ma-

20 i.e. Ariadne, dicitur *Minois*, erat enim Cretæ regis filia.  
 21 Euœ i.e. uti Bacchantis Mænadis effigies. 22 i.e. extra se  
 posuit, mente alienavit. 23 Venus *Erycina* in Æryce Siciliæ  
 monte colebatur. 24 non ex Piræo Athenarum portu, sed ex  
 Phalero soluisse Thesea scribit Diodor. & Pausan. 25 i.e. Cre-  
 tenses domos, *Gortyna* urbs Cretæ insulæ; hic labyrinthus injus-  
 ti Regis Minois jussu exstructus fuisse dicitur, 26 Androgeos  
 filius fuit Regis Minois ab Atheniensibus invidia occisus, Minois  
 pater Athenienses devicit & septem adolescentes & totidem puel-  
 las a Minotauro devorandas mittere in Cretam coegit, 27 urbs  
 Athenarum dicta *Cecropia* a Cecrope primo rege. 28 hoc  
 monstrum labyrintho inclusum Theseus filo quod dederat A-  
 riadna interfecit. 29 *Funera* nec *funera*; sic Cic. dixit Phil. i.  
*insepulta sepultura*, & Græci *ωτημος* *απωτημος*. *Funera* porro  
 dicuntur corpora electorum adolescentium mox peritura & fu-  
 neribus caritura, quo fere sensu Manil. l. 5. de Andromeda; *Vir-  
 ginis* & *viva rapitur sine funere funus*,

*Magnanimum ad Minoa venit, sedesque superbas.  
Hunc simulac cupido conspergit lumine 30 virgo  
Regia, quam suaves exspirans castus odores.*

*Lectulus in molli complexu matris alebat :*

*Quales 31 Eurotae progignunt flumina myreos,  
Aurave distinctos educit verna colores :*

*Non prius ex illo flagrantia declinavit*

*Lumina, quam cuncto concepit pectora flammam*

*Funditus, atque imis exarst rotula medullis,*

*Heu misere exagitans immisi corde furores.*

*Sancte, 32 puer, curis hominum qui gaudia misces.*

*33 Queque regis Golgos, queque Idalium frondosum,  
Fluctibus incensam factastis mente pueram!*

*Quantos illa tulit languenti corde timores !*

*Quantum saep magis fulgore expalluit auri !*

*Cum sevum cupiens contra contendere monstrum,*

*Aut mortem oppiceret Theseus, aut premia laudis.*

*Non ingrata, tamen frustra, munuscula divisit*

*Promittens, dacto suspendit vota labello.*

*Nam velut in summo quatierem brachia 34 Tauri.*

*Quercum, aut conigeram sudanti cortice pinum,*

*Indomitus turbo contorquens flamine robur*

*Ernit: illa procul radicibus excubata*

*Prona cadit, lateque & cominus obvia frangit:*

*Sic domito sevum prosternit corpore Theseus*

*Nequicquam vanis jactantem cornua ventis.*

*Inde pedem sospes multa cum laude reflexit,*

*Errabunda regens tenui vestigia filo,*

*Ne labyrinthus e flexibus egredientem*

*Telli frustraretur inobservabilis error.*

*Sed quid ego a primo digressus carmine, plura*

*Commemorem ius linquens genitoris. 35 filia vulnus,*

*Ut consanguinea complexum, ac denique matris,*

*Qua misera ingrata viuis deperdita rada.*

Omnis

30 Ariadne Minois regis filia, 31 Eurotes est Fluv. Laconiz Spartam alluens myrtis confitus, 32 Cupidinem alloquitur.

33 Venus quae apud Golgos & Idalium in Cypro colebatur.

34 in summo Tzuro monte totius Asiae maximo. 35 quomo

modo Ariadne genitorem, sororem Phaedram, & matrem Pasiphaen deseruit.

Omnibus his Thesei dulcem preoptarit amorem .  
 Aut ut velta ratis spumosa ad littora Diæ ;  
 Aut ut 36 eam tristi derivikam lumina somno  
 Liquerit immemori discedens pectore conjunx .  
 Sepe illam perhibens ardenti corde furensem  
 Clariseras imo fudisse e pectore voces .  
 Aut cum praruptos tristem consaendere montes ,  
 Unde aciem in polagi vastos prossenderet æstus ;  
 Tum tremuli salis adversas procurrere in undas .  
 Atque hac extremis mastam dixisse querelis ,  
 Frigidulor udo singultus ore crientem :  
 Siccine me patriis abvectam, perfido, ab oris ,  
 Perside, deserzo liquisti in littore , Theseu ?  
 Siccine discedens neglecto numine divum  
 Immemor ah ! devota domum perjuria portas ?  
 Nulla ne res posuit crudelis flectere mentis  
 Consilium i tibi nulla fuit clemensia praesto ,  
 Immite ut nobri uolles miseroscere pectus ?  
 At non hac quondam nobis promissa dedisti  
 Voce : mihi non hoc miseria sperare jubebas :  
 Sed connubia lata , sed optatos hymenæos .  
 Qua cuncta aerij discerpunt irrita venti .  
 Certe ego te in medio versantem turbine lethi  
 Eripui , & potius 37 germanum amittere crevi ,  
 Quam tibi fallaci supremo in tempore decessem :  
 Pro quo dilaceranda feris dabor, alitibusque  
 Præda, nequa injecta tumulabor mortua terra .  
 Quenam te genuit sola sub rupe leana ?  
 Quod mare conceptum spumansibus expulit undis ?  
 Que Syrtis, que Scylla vorax, que vasta Charybdix ,  
 Talia qui reddis pre dulci præmia vita ?  
 Si tibi non cordi fuerant connubia nostra ,  
 Sava quod horrebas 38 prisci præcepta parentis :  
 Attamen in vestras 39 potuisti ducere sedes ,  
 Qæ sibi jucundo famularæ serva labore .

N 2

Gan.

36 quomodo Ariadnem tristem somnum dormientem reliquerit Theseus. 37 Minotaurum fratrem meum. 38 prisci parentis, i. e. Cecropis qui leges & præcepta connubiorum primus Atheniensibus dederat. 39 saltum poteras in tuam patriam me perducere.

Candida permulcens liquidis vestigia lymphis,  
 Purpureave tuum confernens ueste cubile.  
 Sed quid ego ignaris nequicquam conqueror aurie,  
 Externata malo, qua nullis sensibus auche  
 Nec missas audire queunt, nec reddere voces?  
 Ille autem prope jam meditis versatur in undis,  
 Nec quisquam apparerat vacua mortalis in 42 alga.  
 Sic nimis insultans extremo tempore saeva  
 Fors etiam nostris 41 invidit questibus aures,  
 Juppiter omnipotens utinam ne tempore primo.

42 Gnoſſia Cecropiae tetigissent littora puppes:  
 Indomito nec dira ferens 43 stipendia taurō  
 Perfidus in Cretam 44 soluſſerit navita funem;  
 Nec malus 45 hic celans dulci crudelia forma  
 Confilia, in nostris requiesceret sedibus hospes.  
 Nam quo me referam? quali ſpe perdita nitar?

46 Ideoſne petam montes ab 47 gurgite ſato  
 Discernens pontum truculentum diuidit aquor;  
 An patris auxilium ſperem, quemve ipſe reliqui  
 Respersum 48 juvenem fraternalē cæde ſecuta?  
 Conjugis an fido conſoler memet amore,  
 Qui refugit lento incurvans gurgite remos?  
 Præterea littus? nullo \* ſola iſula recto,  
 Nec patet egressus pelagi cingentibus undis.  
 Nulla fugæ ratio, nulla ſpes, omnia mura,  
 Omnia fuit deferta, oſtentant omnia lethum.  
 Non tamen ante mihi langueſcent lumina morte,  
 Nec prius a ſeffo ſcedent corpora ſensus:  
 Quam iuſtam a divis expofcam prodita multam,  
 Cæleſtumque fidem poſtrema comprecep hora.  
 Quare facta virum multantes vindice pœna  
 49 Eumenides, quibus anguineo redimita capillo

Erens

40 vacuo in hoc littore, 41 negavit. 42 Cretenſia ab urbe  
 Gnoſſo dicta Gnoſſia. 43 dira vectigalia juvenum & puellarum.  
 44 ſoluſſerit funem versus Cretam. 45 Theseus crudele  
 animum celans ſub blanda ſpecie. 46 Ida omnium mon-  
 tum Cretenſium altissimus. 47 mare ſævum vafto freto ſepa-  
 rat me a patria. 48 Theleum cruentatum cæde Minotaui tra-  
 tis mei. \* hæc iſula deferta eſt ſine uilla domo. 49 Eume-  
 nides turis Tiliphone, Megera, Alecto.

Frons expirantis præportat 50 pectoris iras ,  
 Huic huc advenire , meas audite querelas ,  
 Quas ego , ve misera , extremis proferre medullis ,  
 Cogor inops , ardens , amenti cœca furore .  
 Quia quoniā vere nascuntur pectorē ab imo ,  
 Vos nobis pati nostrum vanescere lucum :  
 Sed quali solam Thesēus me mente reliquit ,  
 Tali mente , dea , funestet sequē suosque .  
 Has postquam mæsto profudit pectoro voces ,  
 Supplicium savis exposcens anxia factis :  
 Annuit invicto cœlestum numine rottox ,  
 Quo tunc & tellus , atque horrida contremuerunt  
 Aequora , concussoq[ue] micantia sidera mundus .  
 Ipse autem cœca mentem caligine 51 Thesēus  
 52 Conitus oblio demissi pectorē cuncta ,  
 Que mandata primi constanti mente tenebat :  
 Dulcia nec mæsto sustollens signa parenti ,  
 Sospitem , & ereptum se ostendit vifere portum ;  
 Nanque ferant , olim classi cum magna diva  
 Linquentem gnatum ventris concrederet Ægens ,  
 Talia complexum juveni mandata dedisse :  
 Gnate mihi longa jucundior unica vita ,  
 Gnate , ego quem in dubios cogor dimittere casus ,  
 Reddite in 53 extrema ruperi mihi sine senecta :  
 Quandoquidem fortuna mea , ac tua servida virtus  
 Eripit invito mihi te , cui languida nondum  
 Lumina sunt gnati cara saturata figura :  
 Non ego te gaudens latenti pectorē mittam ,  
 Nec te ferre finam fortunæ 54 signa secunda :

N 3

Sed

50 hominis exspirantis dolores præfert . 51 Thesēus oblitus  
 est mandata patris , ut si victor occiso Minotauro evaderet , dō  
 mom redietis candida vela extolleret , nigris , quibus in Cretam  
 navigabat , omnino depositis , quæ quidem non exulit Thesēus :  
 quare Ægeus pater arbitratus filium interfectum in mare se  
 præcipitem dedit , inde dictum mare Ægæum . 52 conitus i.e.  
 corruptus . \* dulcia signa , i.e. candida vela non sustulit Thesēus  
 anxio patri , ut significaret se incolumea portum invisere .  
 53 Thesēus apud avum educatus fuit , quare vidit patrem , cum  
 jam adolevisset . 54 velum candidum quod meliori fortunæ  
 congruit , Cœtul. sup. fulsero quondam canadis sibi soler.

Sed primum multas expromam mente querelas,  
Canitiem terra, atque infuso pulvere fardans,  
Inde 55 infecta vago suspendam linctea malo;  
Nosros ut luctus, nostræque incendia mentis  
56 Carbasus obscura dicat ferrugine ibera.

Quod tibi si sancti concesserit 57 incola Itoni,  
Quæ nostrum genys, ac sedes defendere sueta  
Annuit, ut Tauri respertas sanguine dextram.  
Tum vero facio, ut memori tibi condita corde  
Hæc uigeant mandata, nec ulla obliteret atas.  
Ut simul ac nosros truiscent lamina solles,  
Funestam antennæ doponans undique vestem,  
Candidaque intorti sustollant vela rudentes:  
Quamprimum cernens ut hæc gaudia mente  
Agnoscam, cum te reduoem atas prospere effe.  
Hac mandata prius constanti mente tenentem  
Thesea, ceu pulsæ ventorum flamine nubes  
Aerium nitrei montis liquere tacumen.  
At pater, ut summa prospicuum ex arce perebat,  
Anxia in afflictos absumens lumina fletus:  
Cum primum inflati consperatæ linctea veti,  
Præcipitem se se scopulorato e vertice jecit,  
Amissum credens immitti Thesea fato.

Sic funesta domus ingressus recta paterna  
Morte ferox Theseus, qualem 58 Minotidi lucum  
Obulerat 59 mente immemori, talem ipse recepit  
60 Quæ tamen adspectans cedentem mæstu carinam  
Multiplices animo volvobat fancia caras.  
61 At parte ex alia florens volitabat Iacchus,  
Cum 62 ihiaso Satyrorum, & 63 Nyfigenis Silenis,

Te

55 infecta i.e. nigra, unde Infectores. 56 Carbasus Ibera ex Hispania optima velashæc demonstrent mærorem meum: 57 Dea Sacri Itoni, est Pallas: haec est urbs Beotiz, ubi templum Miner-  
væ antiquissimum. 58 Ariadne. 59 ingrato animo. 60 Ariad-  
na. 61 i.e. ex alia parte vestis, quæ lectum Thetidis contegebatur,  
depingebatur Bacchus superveniens Ariadnæ Thesei perfidia  
conquerenti. Poeta nimium in hujusmodi stragulae nuptialis de-  
scriptione immoratur, veluti de nuptiis Pelei & Thetidos oblitus.  
62 ihiaso est turba saltantium. 63 silenus ecomes Bacchi de-  
sat. Sileni cum asello vide dictionar. P. Calmet in verbo Silo. Si-  
lenus natus cum Baccho in urbe Nyse in India.

Te querens, Ariadna, vices miseratus iniquas  
Qui tum alacres passim lymphata mente furebant,  
64 Evoc bacchantes, evoc capita inflebentes.

Horum pars tecta quatiebant cuspide thyrjos.

Pars e divulso raptabant 65 membra juvento.

Pars sese tortis serpentibus incingebant.

Pars 66 obscura carnis celebrabant orgia cithis.

Orgia quæ frusta cupiunt audire profani.

Plangebant alia proceris tympana paluis,

Aut tereti tenues tintinnus are ciebant.

\* Multique rancisonos efflabant cornua bombos,

Barbaraque horribili stridebat tibia cantu.

Talibus amplifica vestis decorata figuris

Pulvinar complexa suo velabat amictu.

Quæ postquam cupide spectando Thessala pubes

Explora est, sanctis caput 67 desedere divis.

68 Hic qualis flatu placidum mare matutino

Horrificans Zephyrus proclives incitat undas.

Aurora exidente, vagi sub lumina solis,

Quæ tarde primum clementi flamine pulsa

Procedunt, leni resonant plangore 69 cachianni.

Post vento crescente, magis magis increbescunt,

Purpureaque procul 70 nantes a luce resulgent:

Sic tum vestibuli linquentes regia tecta

A se quisque vago passim pede discedebant.

Quorum post abitum, princeps e vertice Petri

Advenit 71 Chiron portans silvestria dona:

Nam quotunque ferunt campi, quos Thessala magnis,

Montibus ora creat, quos proper fluminis undas

Aura parit flores tepidi fœcunda Favoni,

N 4

Hec

64 Euse quare inclament vide P. Calmet in eodem Dictionar. in verbo *Eva*, & verbo *Serpens*. 65 carnes crudas vorabant.

66 orgia obscura, festa Bacchi erant obscura & mystica initiatis tantum nota, & in cithis virimineis reponebantur. \* i.e. pars non minima Satyrorum. 67 i.e. coepit cedere Diis venerandis advenientibus. 68 poeta hic canit modum dilcedendi eorum, qui ad viendas & honestandas nuptias acceperant.

69 metaphorice sonitum undarum appellat *cæbinos*. 70 nubes undæ i.e. labentes resulgent &c. 71 Chiron centaurus Achilis præceptor venit a Pelio alkissimo Thessaliae monte.

Hos indistinctis plexos tulit ipse corollis,  
 Quis 72 permulsa domus jucundo rist odore.  
 Confestim 73 Peneos adest, viridantia Tempe  
 Tempe, quæ silvæ cingunt super impendentes,  
 74 Nessonidam linquens claris celebranda choreis,  
 Non vacuus, namque tulit radicibus altas  
 Fagos, ac recto proceras stipite laurus,  
 Non sine nutanti platano 75 tentaque sorore  
 Flammati Phaethontis, & aeria cupressu.  
 Hac circum sedes late contexta locavit,  
 Vestibulum ut molli velatum fronde vireret.  
 Post hunc consequitur sollerti corde 76 Prometheus.  
 Extenuata gerens veteris vestigia pena:  
 Quam quondam filici restrictus membra catena  
 Persoluit, pendens e verticibus præruptis.  
 Inde 77 pater divum sancta cum conjugé, narisque  
 Advenit cælo, se solum, Phœbe relinquens.  
 Unigenitamque simul 78 caltricem montibus Ide  
 Pelea nam tecum pariter soror aspernata est,  
 Nec Thetidis radas voluit celebrare ingales.  
 Qui postquam niveos flexerunt sedibus artus,  
 Large multiplicita construtta sunt dape mensæ.  
 Cum interea 79 infimo quatientes corpora motu  
 Veridicos Parca cœperunt edere canthus:  
 His corpus tremulum complectens undique vestis  
 Candida purpurea talos intexerat ora.  
 80 At roseo niveæ residebant vertice vitta,  
 Esternumque manus carpebant rite laborem.

## Læva

72 quibus imbuta regia domus suaviter fragravit. 73 Peneus fl. Thessalizæ super omnes clarus. 74 Nessonides nymphæ, dictæ a palude Nessonidæ prope Tempe, quæ harum nympharum celebrabantur choreis. 75 lenta sorore Phaethontis, i.e. populo: sororum Phaethontis nota est fabella. 76 Prometheus prudenterissimus nuptiis Pelei interfuit ferens indicia diminuta poenæ, nam solitus erat à monte Caucaso. 77 Jupiter & Juno. 78 non interfuerit Phœbus & Diana, cum Diana semper coelebs coniugio infesta sit, & futurum esset ut Apollo Achillem filium Pelei & Thetidis interficeret. 79 infimo i.e. debili motu. 80 hic poeta habitum Parcarum canentium & opus tam graphicè expressit, ut nullus unquam pictor mulieres nentes expingeret.

- Læva colum molli lana retinebat amictum,  
De xtera tum leviter deducens fila supinis  
Formabat digitis t' tum preno in pollicē torquens  
Libraturum tereti versabat 81 turbine fusum:  
Atque ita decerpens aquabat semper opus dens:
- 82 Laneaque aridulis hærebant morsa labellis,  
Quæ prius in leni fuerant extantia filo.  
Ante pedes autem candardis mollia lana  
Vellera virgati custodibant calathisci.  
Hæ tum clarisona pellenres vellera voco.  
Talia divino fuderunt carmine fata,  
Carmine, \* perfidie quod post nulla angas atast  
O decus eximum, magnis virtutibus augens,
- \* Emathia column Peleu, clarissime natu:  
Actipe, quod lata tibi pandunt luce \*\*\* sorores,  
Veridicam oraculum: fed vos, 83 quæ fata sequuntur,  
Currite ducentes subtemina, currite fusi.
- Nascetur vobis expers terroris Achilles,  
Hostibus haud tergo, sed fortè pectorè notus:  
Qui persæpe vago vñtor certamine cursus  
Flammea prævertet celeris vestigia cerva.  
Currite ducentes subtemina, currite fusi.
- Non illi quisquam bello se conferet heros,  
Cum Phrygii Teucro manabant sanguine rivi:  
Troicaque obsidens longinquo mœnia bello
- 84 Perjuri Pelopis vastabis tertius hares.  
Currite ducentes subtemina, currite fusi.  
Illius egregias virtutes, claraque facta  
Sape fatebuntur gnatorum in funere matres:  
Cum cinere incanos solvent a vertice crines,

Patri-

81 in gyrum versabat; apposito pollice versat opus Tibul.lib.  
2.el.1. 82 laneæ fila. \* perfidie i.e.mendacii \*\* Emathia pro:  
Theffalia quamquam apud omnes, prater Catullum & Luca-  
num, sit Macedonia. Natu i.e. generis \*\*\* sorores sunt Par-  
ce:ita Horlib.2.od.3.Dam res & atas & Sororam Fila trium:  
pariuntur atra. 83 vos o fusi, a quibus pendent fata currite,  
&c. 84 Agamemnon intelligitur filius Pelopis: dicitur Pe-  
lops perjurus, Mytillo enim Oenomai aurigæ fidem non fer-  
avit, sed in mare inde dictum Myrtoum precipitavit; no-  
ta est fabula.

C A T V L L I

202

*Putridaque infirmis variabunt pectora palmis.  
Currite ducentes subtemina, currite fusi.*

*Nanque velut densas praetermissus messor aristas  
Sole sub ardenti flaventia demerit arva:  
Trojanenum infecto prosterret corpora ferro,  
Currite ducentes subtemina, currite fusi.*

*Tessis erit magnis virtutibus 85 uanda Scamandri,  
Qua passim rapido diffunditur \* Helleponio:  
Cujus iter casis angustans corporum acervis  
Alta 86 tepefaciet permixta summa tæde:  
Currite ducentes subtemina, currite fusi.*

87 *Denique tessis erit morti quaque reddita preda:  
Cum teres excelsa coacervatum aggere bustum  
Excipies tremulos perculta virginis artus.  
Currite ducentes subtemina, currite fusi.*

*Nam simul a: fessis dederit fors copiam Achivis.*

88 *Urbis Dardanie Neptunia solvere vincla:  
Alta Polyxenia madefient cæde sepulchra.  
Quæ velut accipiti succumbens vicitua ferro  
Projicit truncum submisso poplise corpus.*

*Quare agite optatos atimi conjugice amores:  
Accipiat conjux felici fædere divam:*

*Currite ducentes subtemina, currite fusi.*

*Non illam nutrit orienti luce revisens*

89 *Hesperno collum poterit circumdare filo:  
Currite ducentes subtemina, currite fusi.*

*Anxia nec mater 90 discordis moesta puella*

*secu-*

*85 Scamander s. qui Xanthus etiam dicitur, quo Troja irrigatur.  
\* Helleponus est mare angustum inter Asiam & Thraciam,  
ita dictum ab Helle Athamontis filia, quæ uno cum Phrixo fra-  
tre in Cholchicam regionem ieret in illud incidit. 86 in pe-  
facing produxit secundam syllabam. 87 Achilli mortuo data  
Polyxena quasi pars prædæ, quæ vivo promissa fuerat: capta  
Troja cum virgo illa Pyrrho Achillis filio obtigisset, team ad  
patris bustum mactavit. 88 Troja viscule i.e. compages mu-  
rorum: appellantur Neptunia, à Neptuno ædificata. 89 cre-  
debant veteres post nuptias collum fieri latius. 90 discordis  
puellæ, i. e. mater anxia & moesta discessu Thetidis filiæ a se  
proficilcentis spe nepotum consolabitur. Fluvius discors dicitur  
Ebor. qui se diffindit in duas partes.*

*Secubitus caros mitret sperare nepotes.*

*Currite ducentes subtemina, currite fusi.*

*Talia præfantes quondam felicia Pelei*

*Carmina divino cecinerant omine Parcae.*

*Præsentes nanque ante domos invisere casas*

*Sepins, & se se mortali ostendere coetu*

*Cælicolæ nondum 91 spreta pietate solebant.*

*Sape parer divum templo in fulgente revisore,*

*Annua dum festis venissent sacra diebus,*

*Conspexit terra 92 centum procurrere terras.*

*Sape vagus 93 Liber Parnasi veritce summo*

*Thyadas effusis evantes crinibus egit:*

*Cum 94 Delphi vota certatim ex urbe ruentes*

*Acciperent heri 95 diuum fumantibus aras.*

*Sape in lethifero belli ortamine Mavors.*

*Aut rapidi 96 Tritonis Hera, aut Rhamnusa virgo*

*Armatas hominum est præsens hortata catervas.*

*Sed postquam ecclæ scelere est imbuta nefando,*

*Justitiamque omnes cupidiæ de mente fugantur:*

*Perfundere manus fraterno sanguine fratres:*

*Destitit extinctos natus lugere parentes:*

*Opravit genitor primævi funera nati,*

*Omnia fanda, nefanda mala permixta furore*

*Justificam nobis mentem avertere deorum:*

*Quare nec tales dignantur vivere ruitus,*

*Nec se corringi patiuntur summe claro.*

91 non dum spresa virtute ab dominibus. 92 forte esse hi sunt ludi Olympici. 93 unum Parnassi culmen Baccho sacrum; alterum Phœbo. 94 Delphi est oppidum sub Parnasso. 95 Diuum i. e. Bacchum. 96 Triton Flavius Bœotia in quo nata est Pallas. Rhamnusa virgo est Nemesis dicta ab Rhamno Aca-  
nicæ pago, scelerum ultrix.

## O R T A L O

Sese excusat Catullus, quod fratri morte impeditus,  
Græcam Elegiam de Coma Berenices, quam in  
latinum verterat, non antea miserit.

¶ **E**t si me affiduo confiduum cura dolore  
    2 Servocat a dōtis, 3 Ortale, 4 virginibus :  
Nec potis est dulces Musarum exprimere factus  
    Mens animi, tantis fluctuat ipsa malis.  
Nanque mei nuper 4 Letheo gurgite fratri  
    Pallidulum manans alluit unda pedem,  
5 Troia Rhœteo quem subter littore tellus  
    Ereptum-nostris obterit ex oculis.  
Alloquar 3 audierone unquam tua verba loquensem ?  
    Nunquam ego te vita frater amabilior  
Aspiciam posthac 3 at certe semper amabo,  
    Semper mæsta tua carmina morte legam 2.  
Qualia sub densis ramorum concinit umbris  
    6 Daulias absumti fata gemens Ityli.  
Sed tamen in tantis mæroribus, Ortale, meto  
    Hec excerpta tibi carmina 7 Battia de:  
Ne tua dicta vagis nequicquam credita ventis  
    Effluxisse meo forte pures animo.  
Ut missum sponsi furtivo manere malum  
    Procurrit casto virginis e gremio,

Quod

1 Qui Catulliani laboris in varias partes dispeſcunt, hinc  
tertiam partem exordiri volunt. Elegiis, & Epigrammatis con-  
ſtantem. 2 nescitur quisnam sit hic Ortalus. 3 a musis.  
4 Lethe est fluvius inferorum. 5 Troja in littore Rhœteo  
tegit. Rhœteum est promontorium Troadis regionis Ajacis se-  
pulchro celebre, sicut Sigæum Achillis. 6 Daulias, i.e. Philo-  
mela, ita dicta a regione Daulia prope Atticam: more suo Ca-  
tullus Ityn appellat Itylum: nota est fabella. 7 Battia de i.c.  
Callimachi vide Gell. noc. Att. l.7. c.ult. Callimachus a Batto  
Cyrenarum rege & conditore originem se ducere testatur apud  
Straborum libris unde Bassianus dicitur,

Quod misera oblitera molli sub ueste locatum ,  
 Dum adventu matris profilit , excutitur ,  
 Atque illud prono praecps agitur decursu ,  
 Huic manus trifisi conscius ore rubor .

## \* D E C O M A B E R E N I C E S .

**O**MNIA qui magni i dispexit lumina mundi ,  
 Qui stellarum ortus comperit , atque obitus ;  
 Flammens ut rapidi solis nitor obscureretur ,  
 Ut cedant cerasis fidera temporibus ,  
 Idem me ille Conon cælesti lumine videt  
 Et Bereniceo vertice casariem  
 Fulgentem clare : quam multis illa deorum  
 Levia 2 protendens brachia pollicta est .  
 Qua rex tempestate novo auctus Hymenaeo  
 Vastatum fines iverat Assyrios .  
 Et tu non orbum. 3 luxisti deserta cabilas ,  
 Sed 4 fratrii cari flebile dissidium :  
 Cum penitus maestas exedit cura medullas .  
 Ut tibi tunc toro pectora sollicita  
 Sensibus ereptis mens excidit ? atqui ego certe .  
 Cognoram a parva virgine 5 magnanimam .  
 Anne bonum oblitera es facinus , quod regium adepta es  
 Conjugium ? quod non fortior austit 6 alij ?  
 Sed tum maesta \*\* virum mittens , qua verba locuta es ?  
 Juppiter , ut 7 tersti lumina sepe manu .

At.

\* Ptolemaeus Evergetes Berenicem duxit & paullo post contra Assyrios profectus est , uxor crinem Veneri vovit , si vir spes victorie rediret : voti compos facta in Veneris templo crinem appendit : qui cum postridie non appareret , Regina id molestie ferente , Conon mathematicus in sydus conversum fuisse edixit . De hoc sydere loquitur Callimachus , sed Elegia non exstat , principium legitur in Theone Arati interprete , 1 Conon ille qui disquisivit . 2 manus ad cælum tollens . 3 luxisti . 4 Ptolemaeus erat frater & sponsus Berenices ; dissidium i.e. discensum . 5 magnanimam quia bellatrix sepe fuerat , hostesque fugaverat . vid. Hygin . 6 alis pro aliis , sic alid pro aliud dixerunt veteres . \*\* Conjugem tuum regem dimittens , 7 pro tersti .

*At que ibi, prob, cunctis pro dulci conjugi divis*

*Non sine taurino sanguine pollicita es!*

*Si reditum totulisset is, aut in tempore longo*

*Captam Asiam Aegypti finibus adjiceret?*

*Quaeis & ego pro factis caelesti redditâ coenâ*

*Pristina vota novo manere dissoluo.*

*Invita, o regina, tuo de vertice cessi,*

*Invita adjuro te quo, nusquamque capus.*

9 *Digna ferat, quod si quis inanitor adjuraret.*

*Sed qui se ferro posset est esse lo parem?*

*Ille quoque eversus 11 mons Athos, quem maximum in oris*

*12 Progenies Phthia clara supereruditus:*

*Cum 13 Medi properare novum mare: 14 cumque juventus*

*Per medium classi barbara navis Athos.*

*Quid facient orines, cum ferre ualia cedant?*

*Juppiter, ut 15 Chalybum omne genus pareat.*

*Et qui principio sub terra querere venas*

*Institit, ac ferri frangere duritatem.*

*Abrupta paullo anno coma mea fata 16 sorores*

*Lugebant, cum se 17 Memnonis Aethiopis*

*Unigena impellens mutantibus aera pennis*

*Obtulit Arfinoes Cloridos ales equas.*

*Isque per aetheras 18 me tollens ad volat umbras,*

*Et Veneris capo colligat in gremio.*

*Ipsa*

8 *coma loquitor, ego addita stellarum choro, 9 penas dignas*  
*perjurio dabit. 10 quamam ratione ego coma tua quæ mol-*  
*lis sum & tenera ferro resistere potuissem, cum montes etiam*  
*ferro excindantur. 11 mons Athos a Xerxis exercitu excisus,*  
*est, & in Thracia aktissimus surgit. 12 haec progenies Phthia*  
*i.e. Thessalizæ quidam interpretantur Xerxis exercitum. 13 Me-*  
*di Asia populi Persis vicini transire festinarunt. 14 Hæc hi-*  
*storia clara est ex Herod. Plin. Justin. &c. 15 Chalybes Scy-*  
*thizæ populi: sensus est Chalybum omne genus pareat, qui fer-*  
*rum invenerunt. 16 rema sorores, nempe quæ in reginæ ca-*  
*cipe remanserant sortem meam lugebant. 17 Equus alatus*  
*Cloridos, frater unigena Memnonis Aethiopis obtulit se mihi*  
*in urbe Arfinoes &c. i.e. Zephyrus, quo vehitur Cloris hujus*  
*venti uxor, frater est Memnonis, nam Aurora utrumque ge-*  
*nuisse fertur. Venus dicta est Arfinoes, templum enim habebat*  
*in hac urbe in Cyrenaica Africæ regione, ubi appensa est Co-*  
*ma Berenices. 18 me Comam.*

- 19 *Zephyritis eo famulum legarat,*  
*Grata 20 Canopus incola littoribus.*
- Scilicet in varie ne solum in lumine calè  
 Aut 21 *Ariadneis queca temporibus*  
*Eixa corona feret: sed nos quoque fulgeremus*  
*Devote stœvi verticis exuvia.*
- Uvidulo afflato cedentem 22 ad tempia dum mo*  
*Sideris in antiquis Diva novum posuit.*
- 23 *Virginis & savi contingens nanque Leonis*  
*Lumina, \* Callisto juncta Lycaonia,*  
*Vertor in occasum \*\* tardum 24 dux ante Boosten,*  
*Qui vix sero abe mergitur Oceano.*  
 Sed quanquam me nocte premunt vestigia diuina,  
 Luce autem 25 cane Tetbyi restituo:  
 ( Pace tua faro haec licoat 26 Rhamnusia virgo;  
 Nanque ego non ulle vera timore tegam,  
 Non si ma infestis dispergant fidora dictis,  
 \*\*\* Condita quin veni pectoris evulnam )  
 Non his tam lepori rebus, quam me abfore semper,  
 Abfore mo a domina vertice discrucier,
- 27 *Quicum ego, cum virgo quondam fuit, omnibus expers*  
*Unguentis, una millia multa bibi.*
- 28 Tu
- 29 *Zephyritis famulum suum misit, i.e. Venus ita dicta a Zephyro quem legarat, &c a quo colebatur.* 20 *Canopus urbs Ægypti in qua templum Veneris.* 21 *Ut non tantum corona ex Ariadnes capite decerpta fixa caelo fulgeret: nota est fabella coronæ Ariadneæ ex Quid.* 22 *tempia Deorum est cælum. uvidule afflato cedentem, i.e. stentem me dum discederem a Reginæ capite, alii leg. viridulo.* 23 *commemorat Coma locum & Sidera sibi vicina, nempe prope Virginem & Leonem, &c prope Collisto, quæ est Ursa, & Boosten tardum, quia sero videtur occidere, nam est in minimo circulo circa polum.* \* *Callisto fuit filia Regis Arcadiæ Lycaonis, quæ Ursam conversa inter astra collocata est.* \*\* *Boosten dicitur tardus quod cum sit in minimo circulo juxta polum, sero videatur occidere, cum aliæ stellæ remotiores citius occidant.* 24 *dux, i.e. prior Boote pigro.* 25 *Cane Tetbyi, i. e. matri Oceani, in quem astra mergi dicuntur.* 26 *Rhamnusia est Dea Nemesis scelerum ultrix a Rhamnunte pago ubi colebatur.* \*\*\* *aperiam arcana mentis meæ.* 27 *Iola exhausti millia unguentorum, dum vero Virgo fuit, carui unguentis.*

28 Tu vero, regina, tuens cum sidera divam

Placabis festis luminibus Venerem

29 Sanguinis expertem non voces esse tuam me;

Sed potius largis effice muneribus.

30 Sidera cur retinent iutinam coma regia fiam!

31 Proximus Hydrochœ fulgeret Oarion.

28 Convertit se ad Reginam, ut non votis sed donis Venerem  
indicat, ut iterum in caput, unde abscissa fuerat, redire patiatur.

29 Veneri Paphiæ non victimis, sed floribus & thure sacrificabatur. 30 quid me retinent astra? 31 non curabo ordinem siderum, & utrum Acquarius, græce Hydrochous, & Orion, græce Oarion, quamvis invicem distent, inter se conjugantur.

### A D M A N L I V M,

In cuius gratiam epithalamium superius scripsicerat; hic, cum amisisset morte uxorem, rogit Catilum ut carmina consolatoria sibi scribebet, & libellos quosdam mitteret legendos. hac elegia jucunda & politissima se excusat poeta oppressus dolore ex fratribus morte, non posse alios consolari, & libellos Romæ reliquisse. Deinde mire extollit Manlii in se collata officia, qui dedit ei fundum & sponsam, quam Laodamia comparat, cuius fabellam eleganter narrat, inque Trojam invehitur; demum fausta Manlio apprecatur.

**Q**uod mihi fortuna casu quo oppressus acerbo,  
Conscriptum hoc lacrimis mittis \* epistolium:  
Nausfragum ut ejectum spumantibus equoris undis  
Sublevem, & a mortis limine refitnam:  
Quem veterum dulci scriptorum haud carmine Musæ  
Oblectant, cum mens anxia peravigiles:  
Id gratum est mihi, me quoniam tibi ducis amicum:  
Muneraque, & Musarum hinc petis, & Charitum;  
Sed, tibi ne mea sint ignota incommoda, Manli,  
Neu me odisse putas hospitis officium:  
Accipe queis merer fortuna fluctibus ipse,  
Ne amplius a misero dona beatæ petas.

Temp.

\* Parva epistola dicitur epistolium, uti Pacuvius dixit prologue.

Tempore quo primum i vestis m̄hi tradita purā est ,

Jucundum cum etas florida ver ageret :

Multa satis lusi : non est dea nescia nostri ,

Quæ dulcem curis miscet samaritiem .

Sea totum hoc studium luctu fraterna m̄hi more

Abscidit : o misero frater adempte mibi ,

Tu mea , tu moriens fregisti commoda frater :

Tecum una tota est nostra sepulta domus .

Omnia tecum una perierunt gaudia nostra ,

Quæ tuus in vita dulcis alebat amor .

Cujus ego interitu tota de mente fugavi .

Hac flandia , atque omnes delicias animi .

Ignoscere igitur , si , quæ m̄hi luctus ademit ,

Hæc tibi non tribuo munera , cum nequeo .

Nam quod scriptorum non magna est copia apud me ,

Hoc sit , quod Roma vivimus : illa domus ,

Ille m̄bi sedes , illic mea carpitur etas :

2 Huc una ex multis capsula me sequitur .

Quod cum ira sit , nolim statuas me mente maligna

Id facere , aut animo non satis ingeruo :

Quod tibi non utriusque petiri copia facta est :

Ultero ego deferrem , copia si qua foret .

Non possum reticere , Deæ , qua me Manlius in re

Juverit , aut quantis juverit officiis :

Ne fugiens saeclis obliviscientibus etas

Illiis hoc eaca nocte tegat studium .

Sed dicam vobis : vos porro dicitis multis

Mildibus : & facite hæc chartæ loquatur 3 anus .

Omnibus inque locis celebremur fama sepulti ,

Nox scatque magis mortuus , atque magis :

Ne tenuem texens 4 sublimis aranea telam .

Deserto in Manlii nomine opus faciat :

Nam mihi quam dederit 5 duplex Amathusia curam ,

Scisis , & in quo me torruerit genere :

O

Cum

1 Vesta pura , seu toga viri induebantur , quæ negotiis publicis erant idonei . 2 ex multis scriptorum capsulis unam & exiguum Roma Veronæ convexerat . 3 dixit Virgil. saevis senibus ; cana saecula Catullus , uti etiam fama anus . 4 sublimis , i.e. aeria . 5 Amathusia dicitur Venus ab Amathunte urbe Cypri ubi colebatur . Dicitur duplex , quia veteres putabant existare unam cælestem , alteram Venetum vulgarem , illam honestam , hanc turpem .

Cum dantum arderem, quantum<sup>6</sup> Trinacria rupes,  
 Lymphaque in<sup>7</sup> Oetis Malia Thermopylis.  
 Mæta neque affido rabescere lumina fœtu  
 Cessarent, tristique imbre madere genæ:  
 Qualis in aarit pollucens vertice montis  
 Rivus, muscaso profilit a lapide,  
 Qui cum de-prona præceps est valle volutus,  
 Per medium densi transit iter populi,  
 Dulce viatori lasso in sudore levamen,  
 Cum gravis exustos æstus hiulcat agros,  
 Ac velut in nigro jaftatis turbine nautis  
 Lenius aspirans aura secunda venit,  
 Jam prece<sup>8</sup> Pollucis, jam Castoris implorata:  
 Tale fuit nobis Manlius auxilium.  
 Is clausum late patefecit limite<sup>9</sup> campum.  
 Isque domum nobis, isque dedit dominam:  
 10 Se fert illa domum & fulgentem in limine plantare  
 Innixa, arguta constituit solea:  
 Conjugis ut quondam flagrans advenit amore,  
 Protesilaem Laodamia domum  
 11 Acceptam frustra, nondum cum sanguine sacro  
 Hostia celestes pacificasset heros,  
 Nil mihi tam valde placeat. 12 Rhamnusa virgo,  
 Quod temere invitis suscipiatur heris.

Quam  
 6 i. e. Æthna perpetuo ardens. *Trinacria* dicta a grato  
 acra i.e. a tribus promontoriis Pachyno, Peloro & Lilybaeo.  
 7 Lympha *Malia* prope mitem Oetam, sunt aquæ calidæ in  
 Thessalia, ibi portæ exstructæ sunt cum muro a Phocenibus  
 contra Theſſalorum incursions; *Thermopyla* græce sunt portæ  
 calidæ, ab aquis calidis prope flum *Maliacum* sic dictæ: Liv.  
 de bell. Macedon, 8 duo hæc fidera sunt nautis fausta signa  
 in periculis. 9 *Manlius* dedit Catullo domum, & agri par-  
 teni agro ejusdem Catulli vicinam: quare illum majoribus fini-  
 bus dilatavit, & dominam i.e. sponsam. 10 sponsa adiit do-  
 mum meum, in cuius lumine insistens collocavit pedes fulgen-  
 tes resonanti calcio, ut quondam Laodamia venit in domum  
 conjugis sui. Protesilaus, antequam, uti mos erat, Diis sacra essent  
 facta, upde ob multam brevi Protesilaus ad Trojam adiens pe-  
 riit omnia primus ab Hectore interfactus. Catullus compa-  
 rat Laodamia filiæ Arcasti & Laodotær Sponsam suam.  
 11 temere adiit Laodamia domum sponsi. 12 Nemesis Dea  
 malefactorum mitrix.

- Quam 13 jejuna pium desideret ara cruorem,  
Docta est amissō Laodamia viro .
- 14 Quod scibant Parcae non longo tempore abesse ,  
Si miles muros iisset ad Iliacos .
- Nam tum 15 Helene raptu primores Argivorum  
Ceperat ad se Troja ciere viros :  
Troja nefas, commune sepulchrum 16 Europe, Asiaque  
Troja virum & virtutum omnium acerba cinis ,  
Quæ nempe & nostro lethum miserabile fratre  
Attulit ; hei misero frater ademte mihi .  
Hei misero fratri jucundum lumen ademtum ,  
Tecum una tota est nostra sepulta domus .  
Omnia tecum una perierunt gaudia nostra ,  
Quæ tuus in vita dulcis alebat amor .  
Quem nunc tam longe non inser 17 nota sepulchra ,  
Nec prope cognatos compositum sineres ,  
Sed \* Troja obsecna : Troja in felice sepulchrum  
Detinot extremo terra aliena solo .  
Ad 18 nam tum properans fertur \*\* unde undique pubes  
Graca penetrates deseruisse focos :  
Ne Paris abducta gavisus libera sponsa  
Otia pavato degret in thalamo .
- 19 Quo ibi tum casu , pulcherrima Laodamia ,  
Ereptum est vita dulciss , atque anima  
Conjugium : tanto se absorbens vorax amoris  
Iesus in abruptum detulerat 20 barathrum :
- 21 Quale ferunt Graii 22 Phenaeum prope Gyllenæum  
Siccarι emulsa pingue palude soluta :

## Q. 2

## Quod

13 jejuna ara, in qua non est mactata victima, 14 in fatis erat, ut qui primus Græcorum in Trojanos descendisset occideretur: Ovid, *Hecatœra primus fataliter hasta Protaglae cades,* 15 historia tristissima est. 16 Europe propter Græcos, Asia propter Trojam. 17 non sepultum iuxta cineres consanguineorum & sepulchra propinquorum, \* i.e. in Troja. \*\* unde undique, quæ, i.e. undecunque. 18 i.e. patrios lares, 19 qua belli Trojani occasione &c. 20 *barathrum* est locus Athenis, in quem scelesti deficiebantur; hic pro voragine ponitur. 21 comparat barathrum paludi quam Hercules exsiccaverat, & fabellam politissime exponit, 22 Scymphalias aves in Thessalia interficiuntur Hercules paludem ex Peneo flumine collectam siccavit separatis montibus Ossa & Olympo, ut aquæ in mare se exonerarent. Dicitur *Peneus Cyllenus* quia Cyllene urbem radic.

*Quod quondam cæsis montis sodisse medullis  
Audet 23 falsiparens Amphitryoniades :*

*Tempore quo certa 24 Stymphalia monstra sagitta  
Perculit, imperio 25 deterioris heri :*

*Pluribus ut cæli 26 tereretur janua divis,  
Hebe nec longa virginitate foret.*

*Sed 27 tuus aleus amor barathro fuit altior illo,*

*Quod 28 divum domum ferre jugum docuit.*

*29 Nam neque tam carum confecto atate parenti*

*\* Una caput seri nata nepotis alit:*

*Qui cum divitiis uix tandem 30 inventus ayitie*

*Nomen testatas intulit in tabulas;*

*Impia derisi gentilis gaudia tollens*

*Suscitat ab cano vulturium capite.*

*32 Hoc tibi quod potul' confectam carmine munus*

*Pro multis, Mahli, redditur officiis:*

*Ne vestrum scabra tangat rubigine nomen*

*Hec atque illa dies, atque alia atque alia.*

*Huc addent divi quam plurima, qua Themis olim*

*Antiquis solita est munera ferre pii.*

*33 falso Hercules habebat patrem Amphitryonem a Jove & Alcmena progenitus. 24 Stympalus est urbs Arcadiæ, in qua aves hominibus & brutis infensissimæ. 25 jussu Erysthei, qui Herculi labores & monstræ domanda proponebat Junone urgente, licet Herculis fortitudine longe inferior esset. 26 ut janua cæli majori divisorum numero calcaretur, & Hebe Dea juventutis Herculi inter divos relato nuberet. 27 redit rursu n ad Laodamiam. 28 divum Herculem qui jugum Erystei tulit. 29 poeta addit Laodamiam cariorem fuisse Protekla, quam parvus nepos natus avo in extremo senio post signatas testamenti tabulas pro aliquo ex gente & ex familia sua, qui nepos frangit testamentum & frustratur gaudium gentilis, qui quasi vultur capiti boni senis imminebat; vulturios & corvos appellabant hæreditatum captatores. \* una nata, i. e. unica filia educat patri decrepito caput nepotis tarde nati. 30 succedens divitiis ayi. 31 redit Poeta ad Manili, cui scribit epistolam, & cui precatur fausta omnia, quæ Dii & Justitia olim in aureo saeculo dabant pii hominibus.*

SEL-

## S E I · P · S V M

- Integritatis suæ conscientia consolatur , seque adhortatur  
ad curas ex animo projiciendas : Deos  
rogat ut eorum ope liberetur .

**S**i qua recordant̄ bene facta priora voluptas  
Est homini , cum se cogitat esse piut̄ :  
Nec sanctam violasse fidem , nec fædere in ullo  
Divum ad fallendos numinē abusum homines :  
Nam quæcumque homines bene cuicunam aut dicere possunt .  
Aut facere : hæc à te dictaque factaque sunt .

1 Omnia quæ ingratæ perierunt credita menti .  
Quare jām te cur amplius excrucies ?  
2 Quin te andro obfirmas , reque istinc usque reducis ?  
Et , diis invitis , desinis esse miser ?  
Difficile est , longas subito deponere curas :  
Difficile est : ruerum hoc qua lubet , efficias .  
Una salus hæc est , hoc est tibi pævincendum .  
Hoc faties , siue id non 3 potē , siue potē .  
O dii , si vestrum est misereri , ant si quibus angustiis  
Extrema jām tpsa in morte tulistis opem :  
Me miserum aspicite : & , si uitam puriter egī ,  
Eripite hanc pestem , perniciemque mihi :  
Quæ mihi subrepens imos , at torpor , in artus ,  
Ex pulit ex omni pedore letitias .  
Ipse valere optō , & tētrum hanc depōnere morbam  
O dii reddite mi hoc pro pietate mea :

1 Quæ quidem omnia perierunt &c. 2 quidni potius men-  
tem obdurses & revoces tē , cum Diis invitis nihil fidendum ,  
instar proventus est . 3 potis & potē in quovis genere dicitur.

## I N R V F V M

Lvehictr̄ , qui se in Catulli amicitiā clam insinuarat , ac  
quod ei erat carissimum eriperet .

**R**use mihi frustra ; ac 1 nequitquam cognite amice :  
Frustra ? imo magno cum prelio arque malo :

1 Nec quicquam cognite i. e. non solum frustra tibi credidi ,  
sed cum impensa & damno . sic .

Siccine subrepsti mi , atqae intestina perurens  
 Mi misero eripuisti omnia nostra bona ?  
 Eripuisti , heu heu nostræ crudele venenum  
 Vita , heu heu nostra pestis amicitia ?  
 Verum id non impune feres : nam te omnia sagla  
 Nostent , & qui sis , fama loquetur & anus .

2 supra dixit, *Charta loquatur anus.*

\* A R R I V M

Quendam dictionibus aspirationem addentem carpit;

**C**Hommoda dicebat , si quando commoda velle  
 Dicere , & hinsidias i Arrius insidias .  
 • Et tum mirifice sperabat se esse locutum ,  
 Cum quantum poterat , dixerat hinsidias .  
 Credo sic mater , sic & Liber avunculus ejus ,  
 Sic maternus avus dixerit , atqne avia .  
 Hoc missio in Syriam , requierant omnibus aures ,  
 Audioabant eadem haec leniter & leviter .  
 Nec sibi 3 postilla metuebant talia verba ,  
 Cum subito affertur nuntius horribilis :  
 Ionios flumus , postquam illic Arrius issit ,  
 Jam non & Ionios esse , sed Hionios .

\* De hoc epigram. vide Politianum & Scaligerum. 1 plus  
 res fuere Arrii apud Romanos. 2 cognomine Liberi dicti  
 sunt apud Rom. secundum Tertullianum , qui exlecto matris  
 utero in lucem editi essent. 3 deinde. 4 mare Jonium di-  
 vidiuit a Servio in Adriaticum , Achaicum , Epiroticum & Si-  
 culum.

C I N N A E P O E M A

Laudat , longeque anteponit annalibus  
 Hortensii & Vokus .

**S**Myrna mei Cinna nonam post denique messem ,  
 Quam cœpsa est , nonamque edite post biensem ,  
 2 Mil.  
 1 Cinna poema inscribatur Smyrna latratum spatio de-  
 gem annorum.

- 2 *Millia cum interea quingenta Hortensius uno  
In pede stans fixo carmina ructat hians;*  
 3 *Smyrna cavastris penitus mittetur ad undas,  
Smyrnam incana diu secula pervoluerit.*  
 At 4 *Volusi annales Paduam morientur ad ipsam;*  
 • Et 5 *laxas scombris saepè dabunt tunicas.*  
 Parva 6 *mei mihi sunt cordi monumenta laboris:* •  
 At *populus tumido gaudeat Antimacho.*

2 Hortensius vero contra stans pede in uno ructat quingenta millia carminum. 3 *Atrax* fluvius & oppidum Thessalizæ. 4 *angales Volusi* poetæ Paduani alibi canit Catullus plenos roris & infestiarum, & infelicibus ustulando lignis. 5 ita Martial. *Scombris tunicas dabis molestas;* & Persius, nec *scombros metuentia carmina nec thus.* 6 pauca scriptra mei Cinnæ placent; vulgus delectetur *tumido Antimacho*, hic ut notat Horat. in ar. poet. bellum Thebanum exorsus viginti & quatuor volumina confecit, antequam duces Thebas duceret. *Tumidus vel ob stilum, vel ob operis molem.*

## I N F E R I A E.

Ad fratri tumulum in Trojano littore extincti, ad quem pervenit post longam navigationem.

**M**Ultas per gentes, & multa per aequora videntur  
Advenio has miseras, frater, ad i inferias:  
Ut te possum donarem & munere mortis,  
Et 3 mutum nequitquam alloquerer cinerem.  
Quandoquidem fortuna mihi tete abstulit ipsum,  
Heu miser indigne frater ademte mihi.  
Nunc tamen interea prisco que more parentum  
Tradita sunt tristes munera ad inferias.  
Accipe fraterno multum manantia fletu:  
Atque in perpetuum, frater, 4 ave atque vale:

- 1 *Inferie* sunt sacra mortuorum celebrata vel liquoribus, vel victimis: Virg. Æn. 3. *inferimus tepido spumantia cymbia lacte.*  
 2 Virgil. vocat Æn. 11. *Suprema munera.* 3 Tibul. *Et mea cum muto fata querar cinere.* 4 ita *vetus inscriptio: Vale & salve anima Oppiae feliciss.* Nos eo ordine, quo natura permisit te sequentur: *vale mater dulcissima.*

## C O R N E L I O

Fidam taciturnitatem spondet ; & arcana  
nunquam revelaturum.

**S**i quicquam tacito commissum est fido ab amico :  
• Cuius sit penitus nota fides animi :  
Meque esse invenies 1 illorum jure sacratum,  
Corneli, & factum me esse puta 2 Harpocratem :

1 Illorum jure sacratum i.e. quasi virorum initiandorum ju-  
ramento adactum. 2 Apud Aegyptios Harpocrates Deus si-  
lentii habebatur, cuius simulachrum digito ori admoto silentium  
indicebat.

## A D S I L O N E M

Ut reddat festertia mutuo data , aut saltēm desinat  
ferocire & interminari .

**A**ut 1 sodes mihi redde decens festertia , 2 Silo ,  
Deinde esto quamvis saevus & indomitus  
Aut , si te nummi delectant , desine quæso  
Leno esse , atque idem saevus & indomitus .

1 Sodes vox est adhortantis : pro si audes. 2 Silones a su-  
percilii prominentibus sic dicti, hujuscē cognominis plures fa-  
miliae apud Romanos .

## I N C O M I N I V M,

Hominem propter maledicentiam omnibus invisum , qui  
si intereat a volucribus & feris dilaniabitur .

**S**i , 1 Comini , populi arbitrio tua cana senectus  
Spurcata imparis moribus intereat :  
Non equidem dubito , quin primum inimica bonorum  
Lingua 2 execta avido sit data vulturio :  
Effosso oculos voret atro gutture corvus ,  
Intestina canes , cætera membra lupi .

1 Cominius fuit rabula quidem de foro omnibus invisus ac-  
cusator, cuius meminerunt Cic. & Alconius Orat. pro Cornel.  
& Cluent. 2 lingua extracta decur vulturio, quæ est avis ra-  
pacissima .

IN

## I N M A M V R R A M ,

Cujus prædium Formianum licet dives , non erat satiæ  
suis insanis profusionibus .

**F**ormianus saltus dives non falso , Mamurra :  
Feritur ; qui tot res in se habet egregias :  
Ancupia omne geopus , pisces , prata , arva , ferasque :  
Nequicquam : fructus sumtibus exsuperas .  
Quare concedo sit diversum omnia desint ,  
Saltum tandemus , dum samen ipse egeas .

\* Tuum prædium , o Mamurra , vere est opulentum . <sup>1</sup> Aut  
eupia i. e. venationes cuiuscunque speciei . <sup>2</sup> sed frustra hac  
habet prædium , dum tu proventus illius sumtibus exsuperas .

## G E L L I O

Mittit carmina , ut illius iram leniat , sed demum  
& tela ipsius irridet .

**S**æpe tibi studioſo animo i venanda requirens .  
Carmina uti possem mittere & Battiaðe ,  
Queis te lenirem nobis , neu conarere  
Teliſ infesto mihi icere & muſca caput :  
Hunc video mihi nunc fruſtra ſumtum eſſe laborem ;  
Gelli , <sup>4</sup> nec noſtras hinc valuiſſe preces .  
Contra noſ tela iſta tua evitamus <sup>5</sup> amictu :  
At fixus noſtriſ tu dabi , ſupplicium .

<sup>1</sup> Carmina Callimachi venanda studioſo animo , i.e. inqui-  
renda a me non fine cura . <sup>2</sup> Battiaðe , i.e. Callimachi , ſic di-  
eti a patre ojus Battio . <sup>3</sup> tanquam muſca . <sup>4</sup> non valueſſe  
preces noſtræ , ut me non læderes tuis verſibus . <sup>5</sup> veste vita-  
bo , quia levioris momenti tela .

## P O E T A

De ſe ipſo :

**O** Di & amo : quare id faciam , fortaffe requiriſt :  
Nefcio ; ſed fieri ſentio & excracion .

AL

A L B I I

## T I B U L L I

1. Vita. 2. Carmina quæ exstant.

1. **A**lbius Tibullus Eques Romanus miræ suavitatis tam sæque elegantiæ poeta, qui 30. minimum annis Ovidio ætate antecessit, non multo post Virgilium tempore ereptus e vivis. Tibullus si Johannem Massonum virum clar. in Ovidii vita audimus excessit e vita anno V.C. 735. cum Ovidius vix an. 24. natus esset. Huic scripsit Horatius libri I. Odam 33. & lib. I. epist. 4. ipse autem Horatii nunquam facit mentionem in iis quæ exstant temporum opinor injuria; non tempore amoris Tibulliani, ut inquit Tibulli cultissimus interpes Brouckusius; qui non dubitat in lib. 3. eleg. 5. v. 17. *Natale nostrum primum videre parentes,* pentametri loco, qui in veteribus libris excidit, librarios laciniosum codicem vendere desperantes, male ingessisse ac supplevisse alienum hunc ex Ovidio: *Quum cecidit fato consul uterque pari.*

2. Exstant ejus elegiarum libri IV. in quibus panegyricus ad Messalam, qui est in limine libri ultimi: Barthius lib. 59. cap. 16. suspicatur esse non Tibulli sed Sulpiciæ ejusque mariti Caleni; Sulpiciæ etiam tribuit doctissimus Brouckusius. Verum nulla ex parte tribui debere Sulpiciæ probat egregius Vir Joh. Antonius Vulpius, qui Cat. Tib. & Prop. insigniter illustratos edidit Venet. 1710.



ALBII

## T I B V L L I

Equitis Romani

## EX LIBRO PRIMO.

## E L E G I A I.

Prima hæc elegia temporē postrema fuit; ceteris præfigitur, ut constet, quod vitæ genus Tibullus expetierit: exhausto enim opimo patrimonio secessit in prædiolum suum Pedanum; illamque scripsit ad Messalam Corvinum in Ciliciam profici-scentem, profiteturque malle se pauperem in otio, quam di-vitias bellicis laboribus comparare.

**D**ivitias alius salvo sibi congerat auro,  
Et teneat culti iugera multa soli.  
Quem labor affidus vicino terreat hoste,  
Martia cui somnos classica pulsæ fugent.  
Me mea paupertas vita traducat inertis,  
Dum meus exiguo luceat igne focus.  
Nec 2 spes destitutus, sed frugum semper acervos  
Præbeat, & pleno pinguis musta 3 lacu:  
Ipse seram generas maturo tempore vites  
Rusticus, & facili grandia poma manu.  
Nec ramen interdum pudeat tenuisse bidentem  
Aut stimulo tardos increpuisse boves.  
Non agnamve finu pigrat, fortunue capella  
Desertum oblitera matre referre domum.  
Hic ego 4 pastoremque meum lustrare quotannis,  
Et placidant soleo spargere lacte Palam.

<sup>5</sup> Nam  
1 Jugera, juger aut iugerum spatium terræ, quod par boum uno die arare potest. 2 spes accipitur apud poetas pro frugum redditu: Spes alit agricolas Tibul.lib.2. 3 lacus, vas ad vina excipienda de torculari defluentia, vid.Columell. 4 Tibullus tangit morem lustrandi pecus & pastores, seu aqua aspergendi quotannis ante festa Palis Deæ pastorum, quæ appellabantur Pa-llia, quem morem sive Ovid. describit Fast.4.

Nam veneror; seu stipes habet desertus in agris,  
 Seu vetus 6 in trivio florea ferta lapis.  
 Et quodcumque mihi pomam 7 novus educat annus,  
 Libatum agriculte ponitur ante 8 Deo:  
 Flava 9 Ceres, tibi sit nostro de rure corona  
 Spicea, quæ templi pendeat ante fores.  
 Pomosisque 10 ruber custos ponatur in hortis;  
 Terreat ut sœva falce Priapus aves.  
 Vos quoque 11 felicis quondam, nunc pauperis horti  
 Custodes, fertis manera vestra, 12 Lares.  
 Tunc vitula innumeros lustrabat cœsa juvencos,  
 Nunc agna exigui est hostia magna soli,  
 Agna cadet vobis, quam circum rusticæ pubes  
 Clamat: io messes & bona vina date.  
 Adstis 13 Divi, nec vos e paupero mensa  
 Dona, nec e puris sperante fictilibus.  
 Sicilia antiquas primum sibi fecit agrestis  
 Focula, de facili composuitque luto.  
 At vos exiguo pecori furesque lupique  
 Parcite, de magno est præda petenda gregè.  
 Non ego divitias patrum fructusque requiro,  
 14 Quos tulit antiquo condita messis avo.  
 Parva seges satis est, satis est requiescere lecto:  
 Si licet, & solo membræ levare toro:  
 Tunc gelidas hibernas aquas cum fuderit Auster,  
 Securum somnos imbre juvante sequi.  
 Hoc mihi contingat, sit dives jure, furorem  
 Qat maris, & tristes ferre potest pluvias.

Quip-

5 inter Deos apud Romanos erat *Terminus*, in cuius tutela  
 erant agrorum fines, is erat vel *Lapis*, vel *Stipes*: *Termine* sive  
*Lapis*, sive es *desertus in agro Stipes* Ovid. 2. Faſt. 6 *Trivia*  
 & *quadrivia* erant rusticorum *Sacris* dicata: hic quidem *ferta*  
 appendebantur. 7 *novus annus*, vel est *inīciū* anni, uti no-  
 vum. ver: vel pars anni, quæ novas fruges parit. 8 *Dens agri-  
 colæ* vel est *Liber pater*, vel *Priapus*. 9 *Ceres* est *Dea* quæ  
 homines docuit serere, terram colere. 10 *Custos* *Priapus*  
 falcem manu habuisse fingitur, qua aves & furunculos terreface-  
 ret. 11 *Tibullus* quondam *dives*, nunc *pauper*. 12 *Lares* dii  
 qui & *peñates* appellati, erant *custodes viarum* & *agrorum*; *fer-  
 tis munera*, i.e. a me accipitis. 13 i.e. *Dii Lares* ad quos fer-  
 mo. 14 i.e. quos seges reposita attulit *priſcis avis*,

Quippe ego jam possum contentus vivere parvo,  
 Nec semper longæ deditus esse viæ:  
 Sed Canis astivos ortus vitare sub umbra  
 Arboris, ad rivos prætereuntis aquæ.  
 Te bellare decet terra, Messala, marique,  
 Ut domus hostiles præferat exuvias.  
 Hic ego dux milesque bonus, vos signa, tubaque  
 Ite procul, cupidis vulnera ferte viris:  
 Ferte & opes; ego composito securus atervo  
 Despiciam dites, despiciamque famem.

## ELEGIA II.

Eo tempore M. Aurelius Messala ex consulatu, quem cum Augusto gesserat, in Macedoniam proficiscicebatur, ad quam Aegeo mari pervenientum erat, quo cum sequeretur Messalam Tibullus, adversa valetudine Corcyrae corruptus est.

Ibitis Aegeas sine me, Messala, per undas,  
 O utinam memores \* ipse, cohorsque mei.  
 Me tenet ignotis egrum i Phœcia terris;  
 Abstineas avidas, mors modo nigra, manus,  
 Abstineas, mors atra, precor: non hic mihi mater,  
 Quæ legat in meos ossa perusta sinus;  
 Non soror, Assyrios cineri quæ dedat odores;  
 Et fleat effusis ante sepulchra comis:  
 Delia non usquam, quæ me cum mitteret arbo,  
 Dicatur ante omnes consuluisse Deos.  
 Illa sacras 3 pueri fortes ter susulit: illi  
 Rettulit e triviis omnia certa puer.  
 4 Cuncta dabant redditus, tamen est deterita nunquam  
 Quin fleret, nostras respiceretque vias.  
 Ipse ego solator, cum iam mandata dedisset,  
 Querebam tardas anxius usque moras.

Aut

\* Tu & comites tui mei remisiscamini. 1 i. e. Corcyra insula maris Jonici, ita dicta a Phœace filio Neptuni & Corcyra Nymphæ. 2 Assyrios odores rego veteres effundebant Cic. 2.de Leg. Assyría regio Asiae Majoris. 3 puerum e triviis vocatum nō erat tollere fortes. 4 omnia spondebant redditum, tamen Delia nunquam avocata est quin fleres:

*Aus ego sum causatus aves; aut omnia diræ,  
5 Saturni aut sacram me tenuisse diem.*

*• quoties ingressus iter mihi tristia dixi  
Offensum in porta signa dedisse pedem!*

*Quid tua nunc 6 Isi tibi, Delia: quid mihi profunse  
Illa tua toties 7 ara repulsa manu?*

*Nunc, Dea, nunc succurre mihi, nam posse mederi  
Pista docet templis multa tabella tuis.*

*Et mea votivas persolvens Delia 8 pottes  
Ante sacras lino testa fores sedeat:*

*Bisque die resoluta comas tibi dicere laudes  
Insignis turba debeat in 9 Pharia.*

*At mihi contingat patrios celebrar openates,  
Reddereque antiquo menstrua thura Lari.*

*Quam bene Saturno vivebant rege, prius quam  
Tellus in longas est patefacta vias.*

*Nondum carnales pinus contemserat undas,  
Effusum ventis præbueratque sinum:*

*Nec vagus ignotis repetens 10 compendia terris  
Preferat externa navita marce ratem.*

*Illo non validus subiit juga tempore taurus:  
Non domito frenos ore momordit equus:*

*Non domus ulla feres habuit, non fixus in agris,  
Qui regeres certis finibus arva, lapis.*

*Ipsa mella dabant quercus, ultroque ferebant  
Obvia securis ubera lactis oves.*

*Non actes, non ira fuis, non bella, nec enses  
Immiti savus duixerat arte faber.*

*Nunc Jove sub domino cades & vulnera semper:  
Nunc mare, nunc letiki mille repente via.*

*¶ Parce pater, timidum non me peruria torrent,  
Non dicta in sanctos impia verba Deos.*

Quod

*5 Saturni stella malefica, quare eo die iter prohibitum. 6 Isi  
Inachi filia a Jove in vaccam mutata, Dea apud Aegyptios.  
Damnat Isin poeta, quæ cultrici Delia negat auxilium.  
7 sistrum intelligit poeta tinnitum edens: unde Sacerdotes Isi-  
dis sistrati dicti sunt a Juven, Martial.&c. 8 Delia noverat pro  
Tibullo noctes vigilaturam, & votum solvebat. Ifidis Sacerdo-  
tes lino testi & ante fores sedere consueverant. 9 in Pharia  
turba i.e. inter Aegyptios; Pharoë est insula parva prope Ale-  
xandriam, 10 i.e. lugra, 11 verba Tibulli qui spem vitæ  
omnino amiserat,*

- Quod si fatales jam nunc explevimus annos ,  
 Fac lapis inscriptis stet super ossa notis :  
 Hic jacet immixti consumtus morte Tibullus ,  
 Messalam terra dum sequiturque mari .  
 Sed me Messalam terraque marique secutum  
 Ipsa fides campos ducet in Elysios  
 Hic shoreæ canesque vigent, passimque vagantes  
 Dulce sonant tenui gutture carmen aves .  
 Fert casam non culta seges, rotos quo per agros  
 Floret odoratis terra benigna rosis .  
 At scelerata jacet & fides in nocte profunda  
 Abdita, quam circum flumina nigra sonant :  
 Tisiphoneque impexa feros pro crinibus angues  
 Sevit, & buc illuc impia turba fugit .
- 13 Tum niger in porta Serpens : tum Cerberus ore  
 Stridet, & eratas excubat ante fores .  
 Illic Junonem testare 14 Ixionis atri  
 Versantur celeri noxia membra rota .  
 Porrectusque novem 15 Tityus per jugera terra  
 Affduas astro viscere pascit aves .
- 16 Tantalus est illic & circum stagna ; sed acrem  
 Jam jam poturi deserit unda sitim .  
 Et 17 Danai proles, Veneris quod numina lafit ,  
 In cava lethæas dolia portat aquas .  
 Illic sit, quicunque meos violavit amores ,  
 Opravit \* lenitas & mibi militias .
- 18 At tu casta, pteror, maneas, sanctique pudoris  
 Affideat custos sedula semper anus .

Hec

12 inferorum regio : vid. Virg. lib. 6. 13 i.e. Hydra, quam etiam Virg. in porta collocat. 14 Ixion filius Phlegyæ aulis est accusare Junonem nefando crimine, quare fulmine detrusus ad inferos rotæ circumagit. 15 Tityus gigas Jovis & Elaræ filius Latoneæ insidias meditatus in inferos relegatus est; jecur eius renascens vultures depascunt. 16 Tantalus filium Pelopeim Diis a se hospitio acceptis membratum concisum apposuit: quare hac poena apud inferos affectus est. 17 Danaus Ægypti frater sive filias habuit, quæ una nocte maritos suos interfecerunt præter Hypermeletram, quæ conjugem suum servavit. \* i.e. longana militiam. 18 At tu casta Delia sis semper cum vetula tutrice, quæ adhibita lucerna &c.

Hac tibi fabellas referat, postaque lucerna  
Deducat plena stamina longa colo.  
Ac circa gravibus penitus affixa 19 puella  
Paulatim somno fessa remittat opus.

19 famula jam lassa remittat opus &c.

## E. L E G I A III.

## M E S S A L E

Diem natalem & victorias celebrat poeta, quas & in  
Aquitania & in Asia minore retulit.

**H**unc i cecinere diem Parcae fatalia nentes.  
Stamina, non ulli dissoluenda Deo.  
Hunc fore, & Aquitanas posset qui fundere gentes,  
Quem tremeret forti milite vicitus 3 Atur.  
Evenere: novos pubes Romana triumphos  
Vidit, & evinctos brachia capta duces.  
At te vicitrices lauros Messala gerentem  
Portabat nitidis currus eburnus equis.  
Non sine me est tibi parens honor, 4 Tarbella Pyrene  
Testis, & Oceani littora 5 Santonici.  
Testis 6 Arar, Rhodanusque celer, magneque Garumna;  
7 Carnuti & flavo caruila lympha Liger.  
At te 8 Cydne canam, zacitis qui leniter undis  
Caruleus placidis per uada serpis aquis:  
Quantus & aethereo contingens vertice nubes  
Frigidas intonos 9 Taurus arat Cilicas.

Quid

1 Parte prædixere huc diem. 2 Aquitanum hoc bellum  
nullis veterum monumentis proditum est. 3 alii Atax fluv.  
Aquitania vulgo dictus Aude. 4 Tarbelli ab occid. Pyrenæis  
montib. finiuntur: primaria Urbs est Aquæ Tarbellæ, Gallice  
Adour. 5 Santonici populi inter Aquitanos, spectant ad ocea-  
num Aquitanicum, qui & Santonicus appellatur. 6 Arar,  
Rhodanus & Garumna fluvii Gallæ. 7 Liger qui est aqua-  
carulea fines Carnutum potius præterfluit in Gallia quam se-  
cat: dicitur autem Carnutus fluvius, ut Tyberis Tuscus amnis  
dictus est. 8 fluvius Cilicæ in Asia minore, ubi tunc tempo-  
ris degebat Messala, quare poeta sperat etiam hos triumphos  
canere. 9 Mons Taurus frigidus ob densitatem silvarum: arat  
hypallage pro Cilices arant Taurum: alii leg. alat, sed males:  
in-  
ponsi dicuntur Cilices, quia agrestes & montani.

*Quid referam, ut volitet crebras intacta per arbes*

*Alba in Palestino sancta columba Syro?*

*Utque maris vastum prospectet turribus aequor,*

*Prima ratem ventis credere docta in Tyros?*

*Qualis Es, arentes cum findit in Sirius agros,*

*Fertilis aestiva Nilus abundet aqua?*

*Nile pater, qua nam possum te dicere causa,*

*Ant quibus in terris oculuisse caput?*

*Te propter nullos tellus tha postulat imbres,*

*Arida nec pluvio supplicat herba Jovi:*

*Te canit, atque suum pubes miratur in Osiris*

*Barbara, Memphis plangere docta in bovem.*

*Primus aratra manu solerti fecit Osiris,*

*Et teneram ferro sollicitavit humum.*

*Primus inexperta commisit semina terre,*

*Pomaque non notis legit ab arboribus.*

*Hic docuit teneram palis adjungere vitem,*

*Hic viridem dura cedere falce comam.*

*Illi jucundos primum matura sapores*

*Expressa in cultis uva dedit pedibus.*

## P

Ille

*10 Syri columbas, quod in tutela Veneris essent, in magno honore habebant, eo quod teste Nigidio, ovum mirae magnitudinis a pilicibus ex Euphrate evolutum columba foverit, unde Dea edita est. Samaritani etiam in suo Chronico Josuæ duci columbam administram attribuunt sed divinitus, ut ipsi aijunt, non humanis mysteriis edoctam: plura vide apud Salden. & Gyrald. Ne legas: *Sancta columba suo, uti Scaliger; Syria enim triplex apud veteres geogr. Συρία κόιλη, Φοινίκη, καὶ Παλαισίνη.* Et Ovid. canit: *Culta Palestino septima satra Syro.* 11 In Tyro Phoeniciæ urbe naves primum inventas asserit Pompon. Mela. 12 Canicula fidus aestivum, ad eam sol accedit mente Jun. 13 fluv. Aegypti septem ostiis in mare Mediterraneum exoneratur, aestate exundat in agros. 14 olim Nili origo ignota. 15 Jovis Plavii, sive Ombrii sive Hymettii ara & simulachrum celebre apud Athenienses, ab eo pluviam comprecabantur. 16 Osiris i. e. Nilus, quem uti deum hoc nomine adorabant Aethiopes: Osiris docuit Aegyptios arare, infondere &c. 17 Osirim existimabant esse bovem: sepulto enim osiride oppreso a fratre Stiphone apparuit bos, quem Apim vocaverunt lingua Aegyptica & Osiridem reputarunt: hunc bovem in lacum demersum deflebant Aegypti, vide de his fabellis Seldenum de Diis Syris.*

*Ille liquor docuit voces in luteo cantu ,*

*Movit & ad certos nescia membræ modos .*

18 *Bacchus & agricole magno confecta labore*

*Pectora 19 tristitiae dissoluenda dedit .*

*Bacchus & afflictis requiem mortalibus afferit ,*

*Crura licet dura compede pulsa sonent .*

*Non tibi sunt tristes curæ, nec luctus Osiri :*

*Sed chorus & cantus & levis aptus amor ,*

*Sed varii flores, & frons redimita corymbis ,*

*Fusa sed ad teneros lutea 20 palla pedes ,*

*Et 21 Tyria vestes, & dulci tibia cantu ,*

*Et levis occultis conscientia 22 cista sacris .*

*Huc ades , & 23 centum ludos , Geniumque choreis*

*Concelebra, & multo tempora funde mero .*

*Illius & nitido stillent unguenta capillo ,*

*Et capite & collo mollia ferta gerat .*

*Sic venias hodie : tibi dem thuris honores ,*

*24 Liba & Mopsopio dulcia melle feram .*

*At 25 tibi succrescat proles, quæ facta parentis*

*Augeat , & circa stet veneranda senem ,*

*Nec taceant monumenta 26 via, quæ Tuscula tellus,*

*Candidaque 27 antiquo detinet Alba lare .*

*Namque opibus 28 congesta tuis hic glarea dura*

*Sternitur : hic apta jungitur arte filex .*

Te

18 Appellat Osridem *Bacchum*: Ausonius inquit: *Bacchum Os-  
rim Aegyptus putat.* 19 ita Seneca in Hippol. *Curas Bacchus  
exoneret graves.* 20 Crocea vestis ad talos usque: *palla* erat  
veltis muliebris. 21 Tyrius i.e. purpureus. 22 occultabantur  
sacra Bacchi sive Osridis in *cistis*: unde horum Sacerdotes *Cisti-  
geri* appellati. Martial. per contemtum: *Nupsisti Gallia Cistigero.*  
23 i.e. varios ludos. *Genio Deo cuiuscumque loci sacrificabant*  
*choreis* indulgendo &c. & perfundendo illius caput unguento  
&c. 24 *Libum e melle Mopsopio offert poeta Osridi sive Bac-  
cho, ipse enim mel invenit: Mopsopium i.e. Atticum sive Hy-  
mettium, sic dictum a Rege Mopsopo.* 25 *Tibi, o Messala.*  
26 *Messala viam* de suo stravit ab *Alba Tusculum* usque.  
de *Alba* vide Virg. *Tusculum* hodie *Frascati*, vide Martial. l.8.  
Epigr. 3. 27 *antiquo lare detinet*, i. e. ornata antiquis domi-  
ciliis. 28 *glarea congesta* i.e. fabulum acervatum atque aspe-  
rum insternitur &c.

Te canit agricola e magna cum venerit 29 Urbe  
Seras, inoffensum rettuleritque pedem.  
At tu, 30 natalis, multos celebrande per annos;  
31 Candidior semper, candidiarque veni.

29 Roma. 30 o tu Natalis dies; Natales dies maxime culti  
ab antiquis, etiam in sacris litteris. 31 ita Catull. Falsere  
quondam candidi tibi soles.

## E L E G I A IIII.

## EST EJV SDEM ARGUMENTI

Cum fine primæ Elegiæ hujus lib. Nam detestatur bella  
invitatus a Messala ad expeditionem in Orientem.

**Q**uis fuit horrendos primus qui protulit enses?  
Quam ferus, & vere ferreus ille fuit!  
Tunc cades hominum generi, tunc pralia nata.  
Tum brevior diræ mortis aperta via est.  
At nihil ille miser i meruit: nos ad mala nostra  
Vertimus, in sayas quod dedit ille feras.  
Divitis hoc vitium est auri, nec bella fuerunt,  
Faginus astabat cum scyphus ante dapes.  
Non arces, non vallus erat, somnumque perebat  
Securus varias dux gregis inter oves.  
Tunc mibi vita foret, vulgi nec crista nossam  
Arma, nec audissim corde micante tubam.  
Nunc ad bella trahor, & jam quis forsitan hostis  
Hæsura in nostro tela gerit latere.  
Dii patrii servate & Lares; aluijstis & iidem,  
Cursarem vestros cum tener ante pedes.  
Neu pudeat prisco vos esse e stipite factos,  
Sic veteres ades incolumistis 3 avi.  
Tunc melius cennere fidem, cum paupere cultu  
Stabat in exigua ligneus æde Deus.  
Hic placatus eras, seu quis libaperat uvam,  
Seu dederat sanctæ spisea ferta come.

P 2.

Atque

1. Ille nullam meruit pœnam: nam arma instituit contra  
truces bellus. 2. a Dii patriis incolumitatem Larium sive  
domorum perebant: qui Dii aluerunt Tibullum puerum cursi-  
tantem ante eos. 3. veteranum meorum avorum.

Atque aliquis voti compos liba ipsa ferebat,  
 4 Postque comes purum filia parva favum.  
 At nobis erata, Lares, depellite tela,  
 Hostia erit e plena & mystica porcus hara.  
 Hunc pura cum veste sequar, myrtoque canistra  
 Vincta geram, myrto vinctus & ipse caput.  
 Sic placeam vobis: alius sit fortis in armis,  
 Sternat & adversos Marte fremente duces.  
 Ut mihi potanti possit sua dicere fatua  
 Miles, & in mensa pingere castra mero.  
 Quis furor est atram bellis arcessere mortem?  
 Imminet, & tacito clam venit illa pede.  
 Non seges est infra, non vinea culta, sed audax  
 Cerberus, & Stygia & navita puppis aqua.  
 Illic persicissque genis, usque capillo  
 Errat ad obscuros pallida surba lacus.  
 Nam potius laudandus hic est, quem prole parata  
 Occupat in parva pigra senecta casa.  
 Ipse suar scaturit oves, at filius agnos,  
 Et q calidam fesso comparat uxor aquam.  
 Sic ego sum, liceatque caput candescere canis &  
 Temporis & prisca fatua referre senem.  
 Interea Pax arva colat: Pax candida primumi  
 Duxit araturos sub juga curva boves.  
 Pax aluit vites, & succos condidit uva,  
 Funderet ut nato & testa paterna merum.  
 Pace bidens vomerque vigent: at tristia durâ  
 Militis in tenebris occupat arma fatus.  
 At nobis Pax alma veni, & spicamque tenete.  
 Praefuerat & pomis candidus iuvenis finis.

4 dum comitans filia &c. 5 Vobis cadat porcus *Mystica* vi-  
 etima: appellabatur ita porcus cum erat integer & pinguissi-  
 mus, primitusque cædebatur, & multis ceremoniis immolabatur.  
 Ovid. metam. ult. Et prima putatur *Hostia* sus meruisse mori.  
 6 Charon. 7 fessi ex itinere veteres lavabantur. 8 vas vina-  
 riuum, sive dolium testaceum; dicitur *paterna* in quam pater no-  
 num infuderat ut a filii vetus hauriretur. 9 pacis simula-  
 chrum gerebat spicas, florent enim pacis tempore agri &c.  
 10 signus qui est ante.

# AL. TIBVL LI

EX LIBR O II

## ELEGIA I.

### AMBARVALE SACRIFICIUM

Poeta describit, in quo hostia circum arva maturis frugibus  
ducebatur, omnesque post clamantes sequebantur,  
ex quibus unus querna corona ornatus cum  
saltatione sollemini compposito carmine  
Cereris laudes decantabat.

**Q**uisquis adest, faveat: fruges 1. Instramus & agros :  
Ritus ut a prisco traditus existat ave.  
Bacche veni, dulcisque tuis e 2. cornibus uva  
Pendeat, & spicis tempora ciage Ceres .  
Luce sacra requiescat humus, requiescat arator,  
Et gravae suspenso vomere cesset opus .  
Solvite vincla jugis: nunc ad praesepia debent  
Plena coronato stare boves capite .  
Omnia sint operata Deo ; non audeat ulla  
Lanificam penitus imposuisse manum .  
Castæ placent superis: para cum ueste venite ,  
Et manibus puris sumite fontis aquam .  
Cernite, fulgentes ut eat sacer agnus ad aras 4.  
Vinctaque post olea candida tarba comas .  
Dii patrui, 3. purgamus agros, purgamus & agrestes .  
Vos mala de nostris pellite limitibus :  
Neu seges elundat messem fallacibus herbis ,  
Neu timeat celeres tardior agna laps .  
Tunc nitidus plenis confisus rusticus areis  
Ingerat ardenti grandia ligna foco .

P 3

Tur-

1. Hoc sacrificium appellabatur *ambarvale* ab ambiendis  
arvis: & immolabatur sus, ovis & tauris unde nomes, *sacra suo-*  
*veraurilia*. 2. *Bacchus cornutus*, quia primus iunxit boves,  
vel quia sic filius Jovis Ammonis cornuti. 3. *Sacrificio nempe*  
*ambarvali*. 4. i.e., valones.

Turbaque 5 vernalum saturi bona signa coloni  
 Ludes, & ex virgis extirpet arte casas .  
 Eventura precor, viden' ut 6 felicibus extis  
 Significet placidos nuncia fibra Deos ?  
 Nunc mihi 7 sumosum veteris proferte Falernum  
 8 Consulis, & 9 Chio solvite vincia cado .  
 Vina diem celebrent; non festa luce madere  
 Est rubor, errantes & male ferre pedes .  
 Sed bene Messalam sua quisque ad pocula dicat,  
 Nomen & absentis singula verba sonent .  
 Gentis 10 Aquitana celeber Messala triumphis,  
 Et magna 11 intoncis gloria victor avis.  
 Huc ades, aspiraque mihi, dum carmine nostro  
 Redditur 12 agricolis gratia calitibus ,  
 Rura cano, rurisque Deos: his vita magistris  
 Destituit querna pellere glande famem .  
 Illi compositis primum docuere sigillis  
 Exiguam vitidi fronde operire domum ;  
 Illi etiam tauros primum docuisse feruntur  
 Servitium, & plaustro supposuisse rotam .  
 Tunc vietus abiere feri, tunc confixa pomus ,  
 Tunc bibit irriguas fersilis hortus aquas .  
 Aurea tunc pressos pedibus dedit uva liquores ,  
 Mistaque seculo est sobria lympha mero .  
 Rura ferunt messes, calidi cum sideris astu  
 Deponit flavas annua terra comas .  
 Rure leuis verno flores apis ingerit alveo ,  
 Compleat ut dulci sedula melle favos .  
 Agricola affidno primum satiatus aratro  
 Cantavit certo rustica verba pede :

Et

5 Multitucllo vernalum, servorum vel liberorum, opulentii agri-  
 colæ ludere solebat ante propitia signa Deorum, & tanquam  
 pueri extirabant casas. 6 in sacrificiis aruspices & extispices  
 viscera five extra diligentissime observabant, maxime vero hepar.  
 7 sumosum i.e. generosum & sumosum. 8 veteris Consulis :  
 vini veteris; ex inscripti cado Consulis nomine noscebatur.  
 9 Vinum Chios optimum: Chios insula Maris Ægæi, nunc di-  
 cita Scio. 10 vide eleg. 3. lib. 1. ver. 3. 11 intonci avis, i.e. se-  
 veris & gravibus; ita Hor. intonci auspicis Catonis &c.  
 12 i.e. Fauni, Satyri, Pomona, Vertumno, &c.

Et satur arenti primum est modulatus avena  
 Carmen, ut 13 ornatos duceret ante Deos .  
 Agricola & 14 minio suffusus, Bacche, rubenti  
 Primus inexperta duxit ab arte choros :  
 15 Huic datus a pleno memorabile munus ovili  
 Dux pecoris hircus, 16 duxerat hircus oves .  
 Rure puer verno primum de flore coronam  
 Fecit, & antiquis imposuit 17 Laribus .  
 Rure etiam teneris curam exhibitura puellis  
 Molle gerit tergo lucida vellus ovis .  
 Hinc & fæmineus labor est, hinc pensa, colusque ,  
 Fusus & apposito pollice versat opus .  
 Atque aliqua affidue textrix 18 operata Minervam  
 Cantat, & appulso tela sonant latere .  
 Ipse quoque inter agros, interque armenta Cupido  
 Natus, & indomitas dicitur inter equas .  
 Illic indocto primum se exercuit arcu :  
 Hei mihi quam doctas nunc habet ille manus .  
 Sancte veni dapibus festis, sed pone sagittas ,  
 Et procul ardentes hinc procul abde faces .  
 Vos celebrem cantate Deum, pecoriique vocate  
 Voce palam pecori, clam sibi quisque vocet :  
 Aut etiam sibi quisque palam; nam turba jocosa  
 Obstrepit, & 19 Phrygio tibia curva sono .  
 Ludite, jam nox jungit equos, currumque sequuntur  
 Matris lascivo fidera 20 fulva choro .  
 Postque venit tacitus fulvis circundatus alis  
 21 Somnus, & incerto somnia nigra pede .

13 ante Deos coronatos floribus &c. 14 ante personarum  
 usum quem Aeschylus invenit, poetæ & rustici minio, & fæcibus  
 se illinebant, Hor. in art. poet. Per uncti fæcibus ora. 15 Hic Ti-  
 bullus initium Tragoedie tangit, cuius præmium fuit hircus ,  
 græce τράγος . 16 deduxerat hædus ille oves. 17 diis dome-  
 sticis. 18 jugiter laborans canit Minervam fusi & radii præsi-  
 dem : tela sonant i. e. instrumenta texendi appulso pectine vi  
 brachiorum constrepunt. 19 A Myda rege Phrygia tibiam  
 inventam refert Plin. 20 fidera rutila sequuntur cursum no-  
 ctis, lascivo choro, i.e. festivo, uti pisces lascivi. 21 somnus  
 existimabatur filius noctis, mortis frater, eique alæ fuscæ tribuun-  
 tur, immixtusque vel falsa vel vera somnia .

T I B U L L I  
E L E G I A . I I .  
C E R I N T H I

Amici sui natalem diem , ut videtur , celebrat  
hoc carmine Tibullus .

**D**icamus bona verba , venit natalis ad aras .  
Quisquis ades , lingua vir mulierque & fave  
Urantur pia thura focis , urantur odores ,  
Quos tener e terra divise mittit Arabs .  
Ipse suos & Genius adsit visurus honores ,  
Qui decorent sanctas mollia ferta comas :  
Illiū puro distillent tempora 3 nardo ,  
Atque satur libo sit , madeatque mero :  
4 Annuat & Cerinthe , tibi quodcumque rogabis ;  
En age , quid cessas ? annuit ille , roga .  
Auguror , uxoris fidos optabis amores ,  
Jam reor hoc ipsos edidicisse Deos .  
Nec tibi malueris totum quaecunque per orbem  
Fortis arat valido ruficus arva bove :  
Nec tibi gemmarum quidquid felicibus undis  
Nascitur , 5 Eoi qua maris unda rubet :  
6 Vota cadunt : utinam strepitantibus advolet alis ,  
7 Flavaque conjugio vincula portet amor !  
Vincula que maneant semper , dum tarda senectus  
Inducat rugas , inficiatque comas .  
Huc veniat 8 natalis avis , prolemque ministret .  
Laudat & ante tuos turba novella pedes .

1 Quid sit favere lingua non omnino convenit , cum vel silentium indici , vel bona verba & fausta imperari existimant .  
2 Deum *Genium* præsertim die natali colebant atque invocabant . 3 *Nardus* , unguentum pretiosissimum . 4 putabant veteres *Genios* concessuros die natali quidquid rogabant .  
5 oceanus orientalis dicitur *Eous* . 6 irrita sunt . 7 sacram *conjugii vinculum* intelligit , quod græce *αγάπη* , quo putabant conjuges devinctos in perpetua permanente concordia : de hoc vinculo vide Ilioner . Illzd . § . 8 *avis natalis* seu *cornix symbolum concordiae* , & in nuptiis invocabant .

ELE-

## ELEGIA III.

## MESSALINUM

Filium Messalæ laudaturus, qui fuerat cooptatus <sup>in</sup>  
collegium Quindecim virorum, ad quos cura  
librorum, Sibyllinorum pertinebat,  
numen Apollinis invocat.

**P**Hœbe fave, novus ingreditur tua templa & sacerdos.  
Huc age cum cithara carminibusque veni.  
Nunc te vocales impellere pollice chordas,  
Nunc precor ad laudes & fletere verba mea.  
Ipse triumphali devinctus tempora lauro,  
Dum cumulatæ aras, ad tua sacra veni.  
Sed nitidus pulcherque veni: nunc indue vestem  
3 Sepositam: longas nunc bene pecte comas,  
4 Qualem te memorant Saturno rege fugato  
Victori laudes concinuisse Jovi.  
Tu procul eventura vides & tibi debitus augur  
Ecce bene quid & fati provida cantet avis.  
Tuque regis fortes: per te præsentit aruspex,  
7 Lubrica signavit eum Deus exta notis.  
Te duce Romanos nunquam frustrata 8 Sibylle est,  
Abdita que & fenic sara canit pedibus.

phœ-

1 Messalinus augur sive poeta: Apollinis sacerdotes & munificum dicuntur poetæ. 2 orat Phœbum ut ad laudes Messalini citharam & cantum flectat. 3 sepositam, i.e. quam induebat Phœbus diebus sollemnioribus. 4 Dicitur Apollo Jovi patri suo laudes celebrasse de triumpho, quem afflicitus est de Saturni fuga, qui latitavit diu apud regem Janum: deinde Phœbum tantæ elegantiæ apparuisse referunt, ut deos omnes in se converterit. 5 auspex per te vaticinatur. 6 fati præscia. 7 credebant veteres extis inesse vim, quæ Apollinis beneficio declararent futura. 8 Cumanam intelligit, quæ Tarquinio Prisco libros vendidit, in quibus heroico carmine sata Romanorum descripta continebantur. 9 i.e. versibus heroicis: ita sunt quæ nunc circumferuntur Sibyllæ Cumanae carmina,

*Phœbe satras Messalinum sine tangere.* <sup>10</sup> chartas

*Vatis: & ipse, precor, quod canat illa, doce.*

*Hec dedit Aenea* <sup>11</sup> *sortes, postquam ille* <sup>12</sup> *parentem*  
*Dicitur, & rapos sustinuisse Lares.*

*13 Hec fore credebat Romam, cum \* meatus ab alto*  
*Ilion, ardentes respiceretque Deos.*

*Romulus eterna nondum formaverat urbis*  
*Mœnia consorti non habitanda Remo.*

*Sed tunc pascebant herbosa* <sup>14</sup> *Palatia vacce,*  
*Et stabant humiles in* <sup>15</sup> *Jovis Arco-case.*

*Latte* <sup>16</sup> *madens illic suberat Pan ilicis umbra,*  
*Et facta agresti lignea fasce Pales:*

*Pendebatque* <sup>17</sup> *vagi pastoris in arbore votum*  
*Garrula silvestri fistula sacra Deo:*

*Fistula, cui semper decrescit arundinis* <sup>18</sup> *ordo:*  
*Nam calamus cera jungitur usque minor.*

*At qua* <sup>19</sup> *Velabri regio patet, ire solebat*  
*Exiguus pulsa per vada linter aqua.*

*Impiger* <sup>20</sup> *Aenea, volitantis frater Amoris,*  
*Troica qui profugis sacra vebis ratibus.*

*Jam tibi* <sup>21</sup> *Laurentes assignat Jupiter agros,*  
*Jam vocat errantes hospita terra Lares.*

Tro-

<sup>10</sup> i.e. liberos Sibyllinos, quorum cura penes quindecim viros erat, inter quos cooptatus fuerat Messalinus. <sup>11</sup> vide Virgil.

<sup>6</sup> Aeneid. <sup>12</sup> Aeneas patrem humeris & manu Deos penates seu Lares in Italiam asportavit. <sup>13</sup> Hec i.e. Sibylla credebat post Trojam incensam fore Romam. \* Cum Aeneas tristis e mari spectaret Ilion &c. <sup>14</sup> i.e. montem Palatinum. <sup>15</sup> arx Jovis est capitolium. <sup>16</sup> Pan & Pales dii pastorales, quos lacte spargebant Tibul. Et placidam soleo spargere latte Pa-lem. <sup>17</sup> vagi, i.e. militiam, vel artem aliam desinentis: instru-menta Diis artis praesidibus appendebant veteres. <sup>18</sup> Virgil. Ecl. 2. v. 36. Est mihi disparibus septem compacta cinctis Fi-stula. <sup>19</sup> Velabrum locus inter forum Romanum, Palatum & Aventinum, disclusum olim paludibus a reliqua urbe, unde lentiibus per Velabrum vehebantur quadrantem solventes: ibi plurima vendebantur, præsertim caseus & unguenta. <sup>20</sup> Aeneas strenuus dicitur frater Cupidinis, cum uterque matrem Ven-rem habuerint: dicitur volitans amor ab inconstantiam, quare ei pennas attribuere. <sup>21</sup> Laurentes agri i.e. Laurentum op-pidum a Picio rege conditum: Laurentis regia Pici Virg.

Troja quidem tum se mirabitur, & sibi dicet  
 Vos bene tam longa consuluisse via.  
 Illic sanctus eris, cum te veneranda 22 Numici  
 Unde Deum calo miseris 23 indigetem.  
 Ecce super fessas volitat victoria puppes;  
 Tandem ad Trojanos 24 diva superba venit.  
 Ecce mihi lacent 25 Rutulis incendia cafris;  
 Jam tibi prædico, barbare Turne, necem.  
 Ante oculos 26 Laurens castrum, murusq. 27 Lavini eft  
 28 Albaque ab Ascanio condita longa dace.  
 Carpite nunc tauri de septem montibus herbas;  
 Dum licet: hic magnæ jam locus urbis erit.  
 Roma tuum nomen terris fatale regendis;  
 Qua sua de calo prospicit 29 arva Ceres:  
 Quæque patent ortus, & qua fluitantibus undis  
 Solis anhelantes abluit amnis equos.  
 30 Vera cano: sic usque sacras innoxia lauros  
 Vescar, & æternum sit mihi virginitas.  
 Hæc cecidit vates, & te sibi, Phœbe, vocavit,  
 31 Jactavite fusa sed caput ante coma.  
 Quidquid 32 Amalthea, quidquid Marpessa dixit,  
 Herophile Phœbo grata quod admonuit:

Quaf-

22 Numicius, fluvius Latii, in quo Æneæ cadaver Ascanius reperit. 23 Indigetes Dii, sunt Dii patrui ex hominibus facti: de Ænea fabula est: Turno occiso, & accepta Lavinia in conjugem fugiens Mezentium in Numicum flumecedit, ei submerso templum erexit Ascanius, deumque indigetem appellari voluit. Liv. i. Histor. 24 Victoria dicitur Dea superba ob fastum & magnificentiam quam secum defert. 25 Rutuli duce Turno aduersus Trojanos bellum gessere, uti Virgil. in sex postremis libb. Æneid. canit. 26 Laurentam, urbs Latii: Ut belki signum Laurenti Turnus ab arce, Virg. lib. 8. 27 Lavinium urbs ab Ænea condita a conjugis suæ nomine. 28 Ascanius relicto Lavinæ novercæ Lavinio urbe, multitudine civium florente, Albam longam regni sedem condidit, quam Albam a sue alba ibidem olim reperta appellavit. 29 arva Cereris debent sumi per totum terrarum orbem, non pro Sicilia. 30 ego Sibylla vera cano: vates innoxii vaticinantes comedebant lauri folia. 31 Vates & divini jactabant caput effusis comis. 32 Ex Varrone decem fuere Sibyllæ; Amalthea quæ & Cumana libros attulit vaticinio-

Quasque Albuna sacras Tiberis per flumina sortes

Portarit, siccō perlueritque finū :

Hæ fore dixerunt belli mala signa 33 cometen.

Multus ut in terras deplueretque lapis :

Atque tubas, atque arma ferunt strepitantia cælo  
Audita, & lucos præcinnisse fugam.

Ipsum etiam 34 Solem defectum lumine vidit

Jungere pallentes nubilus annus equos.

Et simulachra Deum lacrimas fudisse repentes.

Fataque vocales præmonuisse boves.

Hac fuerunt olim: sed eu jam, mitis Apollo,

Prodigia indomitis merge sub æquoribus.

Ut succensa sacris 35 crepitet bene laurea flammis,

Omine quo felix, & sacer annus eat.

At laurus bona signa dedit: gaudere coloni.

Difendet spicis horrea plena Ceres.

Oblitus & multo feriet pede rusticus uvas,

Dolia dum, magni deficiuntque lacus.

At madidus Baccho sua festa 36 Palilia pastor.

Concinet: a stabulis tunc procul esse lupi.

Ille levis stipulae sollemnis potus acervos

Accendet, flamas transfluetque sacras.

Et fætus matrona dabit, natusque parenti

Oscula comprehensis auribus eripiet.

Nec tædebit avum pcrvo advigilare nepoti.

Balbaque cum paero dicere verba senem.

Tunc operata Deo pubes discumbet in herba,

Arboris antiquæ qua levis umbra cadet.

Ait e ueste sua tendent umbracula 37 sertis.

Vincta, coronatus stabis & ipse 38 calix.

At  
niorum Tarquinio: Tibullus dicit fuisse Sibyllam Albunam,  
quaे sortes seu hos libros Tarquinio obtulit, quos siccō, & siccō  
pectore, et si aqua perluebatur gestavit. 33 hæ vaticinatæ  
sunt cometen futurum infastum omen bellū, & cetera prodigia.  
34 id accidit cum Cæsar dictator occisus est, & per totum an-  
num sol impalluissè fertur. 35 laurus combusta si resonaret,  
felix fastumque portendebat. 36 in festis Palis Deæ pasto-  
rum congestum scœnum & stipulas accendebant, transfliebant-  
que flamas, quibus se expiari credebant. 37 sertis i. e. redi-  
miculis, serta & sertula, herba est in Campania frequens ad or-  
nanda & obliganda tentoria. 38 Et vira coronant Virg.

At sibi quisque daper, & festas exfruer alio  
 Cespitibus mensas, cespibusque torum :  
 Pace tua pereant arcus, pereantque sagitta,  
 Phœbe i modo in terris erret inermis amor.  
 Acer amor, fratras utram tua tela sagittas  
 Si tuer, extintas aspiciamque faces.  
 Ut Messalinum celebrem cum præmia belli  
 Ante suos currus 39 oppida vitta feret;  
 Ipse gerens laurus, lauro devinctus agresti  
 Miles io magna voce triumphe canam.  
 Tunc Mossala mens pia dei spectacula turba,  
 Et plaudat curru prætereunte pater.  
 Annue, sic tibi sint 40 intonsi, Phœbo, capilli:  
 Sis tua perpetuo sit tibi casta soror.

39 in triumphis simulacra urbium victarum ex argento, ex ci-  
 tro, ex acanthe, ex testudine, & aliquando ex auro compa-  
 cta præferri solemne erat. 40 post preces poeta Phœbo ad-  
 blanditur per ostentationem earum rerum, quas illi gratas es-  
 se novit.



ALB.

# ALB. TIBVLLI

Equitis Romani

E X L I B R O III

E L E G I A I.

KALENDIS MARTII

Ad invicem , maxime ad matronas Romani dona seu strenas  
mittebant ; unde poeta mulas obrestatur, ut aperiant quo  
dono Neæram suam carissimam debeat munerari :  
inde rogar ut libellum suum perpolitum  
ad eam perferant .

**M**artis Romani festa venere calenda :  
Exoriens nostris hinc fuit i annus avis .  
Et vaga nunc cessa discurrunt undique pompa ,  
Perque vias urbis munera, perque domos .  
Dicite Pierides, quonam donetur honore  
Seu mea, seu fallor, cara Neæra tamen .  
Carminibus sponsæ, precio capiuntur avara ;  
Gaudeat, ut digna est , versibus illa meis .  
2 Lutea sed niveum involvat membrana libellum ,  
Pumex & canas tondeat ante comas :  
Summaque prætexat tenuis fastigia chartæ ,  
Indicet ut nomen littera piæ meum .  
Atque inter geminas pingantur 3 cornua frontes .  
Sic etenim comitum mittere oportet opus .

Per

1 Mensis Marcius initium anni fuit apud priscos Romanos  
a Marte gentis patre : Numa deinceps Januarium & Februum  
adjecit. 2 præclarum testimoniū hoc Tibulli de veterum  
cura in ornandis libris: luteus color, i.e. croceus. 3 Cor-  
nuq; in libris erant capitula quædam ossa vel eburnea ad mo-  
duum lunulæ, Ausonius appellat illa menidem i.e. lunulam. Fron-  
tes vero erant extremitates membranarum in spiram compli-  
catorum, quæ pumice poliebantur.

Per vos & autores hujus mihi carminis oro ,  
 Caſtalianaque umbram, 5 Pieriosque lacus :  
 Ite domum, cultumque illi donare libellum ,  
 Sicut erit : nullus defuerat inde color .  
 Illa mihi referet, ſi noſtri mutua cura eſt ,  
 An minor, an toto peccore deciderim .  
 Sed priuam Nympham larga donare ſalute ,  
 Atque haec ſubmiſſo dicite verba ſono :  
 Haec tibi, vir 6 quondam, nunc frater, caſta Neera .  
 Mittere, & accipias munera parva, rogaſ .

4 autores in foemini. gen. muſæ ſunt carminum praefides .  
 5 i.e. per fontem prope Pierium montem Thessaliæ muſis ſacrum. 6 quondam hic notat tempus futurum: Tibullus Neeram ſuam mox uxorem amabat veluti fororem .

## E L E G I A II.

## A N E A E R A E

Diſſidio uxor is ſibi ſponsæ Tibullus ſub nomine  
 Lygdamis canit tantum capere doloris, ut  
 mors ſibi brevi immineat .

F Erreus ille fuit, qui tantum ferre dolorem ,  
 Vivere & erepta conjugē qui potuit .  
 Non ego firmus in hoc, non haec patientiæ noſtro  
 Ingenio: frangit fortia corda dolor .  
 Haec mihi verba loqui pudor eſt, vitæque fateri  
 Tot mala perpeſſæ tædia nota meæ .  
 Ergo ega cum tenuem fuero mutatus in umbram ,  
 Candidaque oſſa ſuper nigra favilla teget ,  
 Ante meum veniat longos 1 incomta capillos ,  
 Et fleat ante meum mæſta Neera roguem .  
 Sed veniat caræ matris comitata dolore .  
 Mæreat haec genero, mæreat illa viro .  
 Praefatae ante meos manes, animamque preceſe ,  
 Perfusæque pias ante liquore manus :

1 Elegantissime poeta funerum & oſſilegiū cæremonias &  
 ritus depingit .

Pars

*Pars quæ sola mei superabit corporis, ossa  
Incinctæ nigra candida veste legant.*

*Et primum anno so spargant collecta Lyæo,  
Mox etiam niveo fundere lacte parent.*

*Post hæc 2 carbæsis humorem tollere velis.  
Atque in marmorea ponere sicca domo.*

*Ulic quas mittit dives 3 Panchaia merces,  
Sicque Arabes, dives & Assyria:*

*Et nostri memores lacrimæ fundantur eodem,  
Sic ego componi versus in ossa velim.*

*Sed tristem mortis demonstret littera causam,  
Atque hæc in cœlebri carmina fronte notet:*

*Lygdamus hic situs est: dolor huic, & cura Neæ  
Conjugis æpta, causa perire fuit.*

*2 ossa vino, lacte & odoribus respersa linteis exsiccabant, ut humor quo fuerant irrigata exsigeretur. 3 Panchaja, Arabia & Assyria regiones Asiae, in quibus arbores thuriferæ sponte nascuntur.*

### ELEGIA III.

#### VOTA MVLTA SE DIIS

*Persolvisse ait poeta, ut Neæ sibi sponsa restituatur: neq[ue] sibi aliud quidpiam jucundum contingere apud mortales: si nulla sit spes ut in gratiam cum ipsa redeat, e vivis ad inferos abire optat.*

**Q**uid prodest cælum votis implesse, Neæ?  
1. Blandaque cum multa thura dedisse prece?  
2. Non ut marmorei prodirem e limine tecti  
Insignis clara, conspicuusque domo:  
Aut ut multa mei renovarent jugera tauri,  
Et magnas messes terra benigna daret?  
Nam grave quid prodest pondus mihi diritis auri?  
Arvaque si findant pingua mille boves?

I. Blandi thuris honores Proper. thura blandos & propitios redditunt deos. 2 sensus est: vota feci, non ut marmoreis fruar domibus &c.

Quid-

Quidve domus prodest 3 Phrygiis innixa columnis,  
 Tenerare sive tuis, sive Caryste tuis?  
 Et 4 nemora in domibus sacros imitantia lucis?  
 Aurataque trabes, marmoreumque solum?  
 Quidve in 5 Erythræo legitur quæ littore concha;  
 Tinctoraque Sidonio 6 murice lana juvat?  
 Et quæ præterea populas miratur? in illis  
 Invidia est: falso plurima vulgus amat:  
 Non optibus mentes hominum curæque levantur.  
 Nam fortuna sua tempora lege regit.  
 Sit mihi paupertas tecum jacunda, Negra.  
 At sine te, regum munera nulla volo.  
 O niveam, quæ te poterit mihi reddere, lucem!  
 O mihi felicem terque quaterque diem!  
 At si pro dulci reditu quæcumque uenientur,  
 Audiat aversa non meus aure Dens:  
 Nec me regna juvent, nec 7 Lydius aurifer amnis;  
 Nec quas terrarum sustinet orbis opes.  
 Hæc alii cupiant, liceat mihi paupere culu  
 Securo cara conjugæ posse frui.  
 Adsis, & timidis faveas, 8 Sæturnia, votis,  
 Et favas concha Cypria vexta tua:  
 Aut si fata negant reditum, 9 tristesque sorores:  
 Stamina quæ ducunt, quæque futura neunt:  
 Me vocet in vastos amnes, 10 nigramque paludem  
 Dives in ignava luridus Orcus aqua.

## Q.

## ELE-

3 notus omnibus lapis Phrygius. Teneras promontorium Laconiae regionis in Peloponneso: hic prope specum valde umbrosum, per quem Hercules Cerberum ad superos traxit, est marmor viridis coloris. Carythus insula Euboæ oppidum: hinc columnæ marmoreæ multiplicis coloris varietate commendantæ eruuntur. 4 viridaria voluptatis gratia olim in nobilium virorum domibus, 5 pro toto mari orientali accipitur Erythræum. 6 murex marinus piscis, cuius succo purpura tingitur: Sidon Phœniciae urbs nobilissima claritate & antiquitate cum Tyro contendens. 7 Lydia amnis est Pactolus qui arenas & strigmenta auri cum undis devolvere creditur. 8 Juno Saturni filia, & Venus in Cypro genita concha vehi credebatur. 9 tres Parcae: Clotho colum bajulat, Lachesis net, Atropos occat: sunt autem lanificæ & fatidicæ. 10 nigra palus est Styx tanta veneratione habita & superis, ut si per illam quidquam jurarent nullo pacto violari posse credebant.

## E L E G I A IV.

## S O M N I V M

Refert Tibullus & ut vanum abominatur. Visus est sibi Apollo  
 qui cum monuit Nearam sibi sponsam alii viro nuptias  
 jurasse: eam tandem dei jussu monet, ne quid  
 ejusmodi consilii capiat: Deosque  
 precatur ut ea insomnia  
 a verruncent.

**D**ii meliora ferant, nec sine insomnia vera;  
 Qua tulit externa proxima nocte quies.  
 Ite procul, vanum falsumque avertite visum;  
 Definite in vobis querere velle fidem.  
 Divi vera monent: ventura nuncia fortis  
 Vera monent: Thuscis exta probata viris.  
 Somnia fallaci ludunt temeraria nocte;  
 Et pavidas mentes falsa timere jubent;  
 Et vanum ventura hominum genus omnia noctis  
 Farce pio placant, & saliente sale.  
 Et tamen, utrumque est, siue illi vera moneri,  
 Mendaci somno credere siue volent;  
 Efficiat vanos noctis & Lucina timores;  
 Et frustra immeritum perituisse velit.  
 Si mea nec turpi mens est obnoxia facta,  
 Nec laetit magnos impia lingua Deos.  
 Jam nox ethereum nigris emensa quadrigis  
 Mundum carules laverat & amne rotas;  
 Nec me sopierat menti Deus utilis agra  
 Somnus: sollicitas deficit ante domos.  
 Tandem cum summo Phœbus prospexit ab ortu,  
 Pressit languentis lumina sera quies.  
 Hic juvenis castra redimitus tempora lauro  
 Est visus nostra ponere sede pedem;

Non  
 1 Thuscorum gens arte ex spicina, seu aruspicina quantum valuerit, norunt qui veterum monumenta tantisper attigerunt. 2 sal in igne conjectus ciepitans exsilit. 3 i.e. luna. 4 annis id est oceanus. 5 describit Apollinem.

Non illo quidquam formosius nulla priorum.

Ætas, humanum nec videt illud opus:

Intonsi crines longa cervice fluebant,

Stillabat 6 Tyrio myrrha rore coma.

Imā videbatur talis illudere 7 palma:

Namque hæc in nitido corpore vestis erat.

Artis opus rara fulgens testudine & auro

Pendebat lava garrula parte lyra.

Hanc primum veniens plœstro modulatus eburno

Felicet cantus ore sonante dedit.

Sed postquam faerant dixi cūm vōce locuti,

Edidit hæc tristī dulcia verba modo:

Salve 8 cara Deum, casto nam rite poeta

Phœbusque & 9 Bacchus Pieridesque favent:

Sed proles Semelæ Bacchus, doctæque sorores

Dicere non norunt, quid ferat hora sequens.

At mihi 10 fatorum leges, avique futuri.

Eventura pater posse videre dedit:

Quare ego que dico non fallax, accipe, vates:

Quodque Deus vero Cynthius ore ferat.

Tantum cara tibi, quantum nec filia matri,

Quantum nec timido casta puerilla viro:

Pro qua sollicitas celestia numina votis,

Quæ tibi securos non sinit ire dies:

Et cum te sit fusco somnis relavit ambiu,

Vanum nocturnis fallit imaginibus:

Carminibus celebrata tuis formosa Nœtra

Alterius mavult esse puerilla virti;

Diversasque suas agitat mens impla curas.

Nec gaudet casta nuptia Nœtra domo.

Ab crudeli genus, nec fidum fœmina nomen.

Ab pereat, didicis fallere si qua virum.

Q 2

Sed

6 Myrrhea coma dicitur a colore & odore, color est subflavus, odor exquisitissimus, quare stillabat Tyrio nardo: nardus optima in Tyro. 7 vestis propria mulierum ad talos usque defluens. 8 At sacri vates, divum cura vocamus, Ovid.de Tibulobitu. 9 Vinum est virtutis & ingenii incitamentum: Fœundi calices quem non fecere disertum? ait Horat. 10 Idem Apollo passim templa & oracula habuit. 11 somnus Deus cornu manu tenet & veste fusca induitur.

Sed nocti poterit: mens q̄d mutabilis illis :

Tu modo cum multa brachia tende fide.

12 Improba spes docuit valides tentare labores;

Improba spes docuit verbera s̄eva pati.

Ergo ne dubita blandas adhibere querelas:

Vincuntur molli pectora dura prece,

Quod si vera canunt sacris oracula templis,

Hæc illi nostro nomine dicta refer:

Hoc tibi conjugium promittit. 13 Delius ipse,

Felix hoc: alium defnē velle virum.

Dixit, & ignavus defluxit pectore somnus.

Ab ego ne possim ranta videre mala!

Nec tibi crediderim votis contraria nota;

Nec tantum crimen pectore inesse sub.

Nam te nec vasti genuerunt aquora Ponti,

Nec flammarum volvens ore 14 C̄himera fero:

Nec 15 canis anguinea redimitus terga caterva,

Cui tres sunt lingua, tergeminumque caput:

16 Scyllaque virginem canibus succincta figuram:

Nec te conceptam s̄eva leana tulit:

Barbara nec 17 Scythia tellus, horrendave 18 Syrtis:

Sed culta & duris non habitanda domus;

Et longe ante alias omnes mitissima mater,

Isque pater, quo non alter amabilior.

Hac Deus in melius crudelia sonnia vertat,

Et jubeat cepidos irrita ferre Notos.

12 labor improbus omnia vincit. 13 Apollo Delius nomine  
natus est in Delo insula, ubi ejus oracula frequentissima.

14 monstrum triforme in ore flammas, caput pectusque leonis,  
ventre capre & caudam draconis habuisse singitur. 15 Cer-

berus anguis jubis deformis &c. 16 de Scylla vid. Virg. &  
Ovid. 14. metamor. 17 Scythie regio latissima quoad maxi-

ma partem ad Asiam, quoad minimam ad Europam: gentes  
efferatas habet. 18 Syrtis, sinus ad Africæ littus fabulosus &  
periculi plenus.

## E L E G I A . V.

## DVM AQVARVM TVSCARVM BALNEAS

Quidam Tibulli familiares adiissent, adversa quindecim die-  
rum valetudine correptus est Romæ: cumque de morbi gra-  
vitate timeret, Proserpinam mortis & vitæ dominam  
rogat ut diutius sibi vivere liceat, quip-  
pe qui & juvonis & pius.

**V**os tenet, i Etruscis manat qua fontibus unda,  
Unda sub astrovum non adeunda Canem:  
Nunc autem sacris 2 Bajarum maxima lymphis,  
Cum se 3 purpureo vere remittit hiems.  
Et mihi 4 Persephone nigram denuntiat horam;  
Immerito Jutreni parce notere, Dea.  
Non ego tentavi nulli temeranda virorum  
Audax laudanda 5 sacra docere Deæ.  
Nec mea mortiferis infecit pocula succis  
Dextera, nec cuiquam tetra venena dedit:  
Nec nos sacrilegos templis admovimus ignes,  
Nec cor sollicitant facta nefanda meum:  
Nec nos insane meditantes jurgia lingua:  
Impia in adversos solvimus ora Deos.  
Et nondum cani nigros lasere capillos,  
Nec venit tardo curva fenestra pede.  
Natalem primo nostrum videre parentes;  
6 Cum cecidit fato consul uteisque pari.

Q. 3

Quid

i Calidarum aquarum apud Tufcos meminit Varro lib.8.  
de L.L. quæ quidem per aëstatem insalubres. 2 maxima Ba-  
jarum lymphis: i. e. unda Etrusca est longe melior ipsis Baja-  
rum aquis ineunte vere: Baja urbs Campaniæ a Bajo Ulyssis  
socio dictæ, amoenissima. Horæ Nullus in orbe locus Bajis præ-  
lucet amoenis. dicuntur sacra, quia ad omnes fere morbos de-  
pellendos aptæ: Hinc Sidonius omnes aquas calidas Bajas ap-  
pellat. 3 color purpureus pro pulcro accipitur, unde Horat.  
l.4.Od. Paulli purpureis ales oloribus; at olores albi sunt.  
4 alio nomine Proserpinæ, in cujus potestate hominum fatæ  
credebant. 5 sacra Cereris & Proserpinæ intelligit: ea enim  
vulgare grande piaculum: Ceres dicitur dea laudanda ob ma-  
gna ejus merita in mortales, quos docuit arare, ferere, &c. 6 de  
hoc pentametro vide pag. 18. hujus libelli.

*Quid fraudare juvat uitem crescentibus uiris?*

*Et modo nata mala vellere poma manu?*

*Pabde, pallentes umbras quicunque tenoris,*

*Duraque sortiti et tertia regna Dei.*

**8 Elysios olim liceat cognoscere campos.**

*Lethæamque et ratem, 10 Cimmeriosque lacus,*

*Cum mea rugosa palebunt ora senecta,*

*Et referam pueris tempora prisca senex.*

*Atque utinam vano nequidquam terrear et tu,*

*Languent ter quinos sed mea membra dies.*

*At vobis Thuscae celebrantur numina lymphæ,*

*11 Et facilis lenta pellitur unda manu.*

*Vivite felices, momores & vivite nostri;*

*Sirve erimus, seu nos fata fuisse velint.*

**Interea 12 nigras pecudes promittite Diti,**

*Et nivei lactis pocula mista mero.*

**7 Plutonem intelligit, cuius regnum infra terram vocatur ger-  
zium: sorte enim contigit Jovi Cælum, Neptuno aqua, Plutoni  
infernum, 8 in Elysis campis habitare animas virorum vir-  
tute præstantium fabulati sunt poetæ: quidam eos insulis for-  
tunatis, quidam Lunæ addixere. 9 i.e. ratem Charontis.**

**Io Cimmerii lacus sunt famosi specus, per quos patebat aditus  
ad inferos siti ad Aquilonem: \* ut inani frustra concutiar for-  
midine. 11 natandi peritiam & balnearum usum apud vete-  
res docebantur vel pueri ante elementorum scientiam.**

**12 Plutoni sive Diti nigrae victimæ mactabantur.**

## E L E G I A VI.

### LIBERUM PATERM

**Seu Bacchum precatur Tibullus, ut se dolore levet; deinde  
pincernam jubet generosissimum vinum subministrare,  
sociosque precatur ut genio indulgeant.**

**C**andide Liber ades; sic sit tibi mystica vitis  
Semper, sic bedera tempora vincita feras.  
Aifer & ipse meum pariter medicando dolorem:  
Nonne tuo cessit munere sape dolor?

**1 Candidus idest pulcher, minime fucatus, sincerus. Liber,  
quia a cuius soluit: mystica vitis, i.e. tibi sacra.**

Caro

Care & puer, madeant generoso pocula Baccho,  
 Et nobis prona funde Falerna manu.  
 Ite procul durum curæ genus, ite labores;  
 Fulserit hic niveis & Delius alitibus.  
 Vos modo proposito dulces faveatis amici,  
 Neve neget quisquam me duce se comitem.  
 Armenias tigres, & fulvas ille leanas  
 Vicit, & indomitis mollia corda dedit.  
 4 Hæc ipse, & majora voleat, sed poscite Bacchi.  
 Munera; quem vestrum pocula sicca iuvant?  
 5 Convenit ex equo, nec torvus Liber in illos,  
 Qui se, quique una vina jocosa colunt.  
 Jam venit iratus nimium nimimque severus;  
 Qui timet irati numina magna, bibat.  
 Quales his pœnas qualis quantusque minet ar,  
 6 Cadmeæ matris præda cruenta docet.  
 Sed procul a nobis hic sit timor: & illaque, signa est,  
 Quid valeat laeti, sentiat, ira Dei.  
 Quid precor ab demens? venti temeraria vota,  
 Aeria & nubes & diripienda ferant:  
 Quamvis nulla mei superest tibi cura, Neara:  
 Sis felix, & sint candida fata tua.  
 At nos securæ reddamus tempora mense:  
 Venit post multas una serena dies.

2 puer, i.e. famulus & minister. 3 Delius, i.e. Apollo a Delo  
 insula ubi natus: optat ut transeat felix dies, quo cupit genio  
 & vino indulgere. 4 hæc & majora potest Bacchus. 5 i.e.  
 æqualiter ipsi convenit cum iis qui ipsum venerantur, & læta  
 vina bibunt. 6 Agave Cadmi filia spretis Bacchi sacris Pen-  
 theum filium suum in furorem acta Dei hujus potenti numine  
 pro fera dilaniavit. 7 mater Cadmeæ, nisi ficta res est & cõ-  
 mentitia. 8 venti & nubes ferunt vota mea dispergenda quæ  
 sine consilio emisi.

## E L E G I A VII.

## LÆTITIAM SIMULARE.

Difficillimum est Tibullo gravibus curis presso, & de  
 amicorum perfidia conquerenti.

**H**EI mihi, difficile est imitari gaudia falsa:  
 Difficile est tristi fingere mente jocum.

Nec bene mendaci risus componitar ore,  
 Nec bene sollicitis i ebria verba sonant.  
 Quid queror infelix? turpes discedite duræ:  
 Odit et Lenens triflia verba parer.  
 3 Gnoſſia, Theseæ quondam perjurata lingua  
 Elevisti ignoto sola relata mari.  
 Sic cecinit pro te doctus, Minoi, Catullus  
 Ingrati referens impia facta viri.  
 Vos ego nunc moneo: felix, quicumque dolore  
 Alterius disces posse carere tuo.

1 Dicta vinosa non conveniunt anxiis. 2 Unum ex nomi-  
 nibus Bacchi, a græca voce ονος ductum quod torcular de-  
 notat. 3 de Gnoſſia, de Theseo, de Minoide & Catullo vide  
 pag. 190. & seq. hujus libelli,



# A L A T I B V L L I

Equitis Romani

E X L I S R O IV.

## P A N E G Y R I C U S A D M E S S A L A M .

**T**E, Messala, canam: quanquam me cognita virtus.  
 Terret, ut infirmæ nequeant subfistere vires,  
 Incipiam tamen; at meritas si carmina laudes.  
 Deficiant: humilis tantis sim et conditor actis;  
 Net tua te præter chartis intexere quisquam  
 Facta queat, dictis ut non majora supersint;  
 Est nobis voluisse satis. Nec carmina parva  
 Respueris: etiam Phœbo gratissima dona  
 Cres tulit, & cunctis Baccho jucundior 3 hospes

Ica-

1 Utinam sim scriptor actorum tuorum. Virg. triflia con-  
 dere bella. 2 Quis fuerit hic Cretensis; ignota prorsus est  
 fabula. 3 Icarus Bacchum hospitem exceptit, & ab eo usq[ue]  
 vipi & colendi vites rationem accepit, quam artem cum pasto-  
 res.

Icarus; ut pure restantur sidera cælo,  
Erigoneque, Canisque, neget ne longior ætas.  
Quin etiam & Alcides Deus ascensurus Olympum  
Leta Molorcheis posuit vestigia tellis.  
Parvaque celestes pacavit q mica, nec illis  
Semper inaurato taurus cadit hostia cornu.  
Hic quoque sit gratus parvus labor, ut tibi possim  
Inde alios aliosque memor componere versus.  
Alter dicit opus magni mirabile mundi,  
Qualis in immensum 6 defederit aera tellus;  
Qualis & in curvum pontus 7 confuxerit orbem,  
Et vagus e terris 8 qua surgere nititur aer,  
Huic & contextus passim stuat igneus æther,  
Pendentique super claudantur ut omnia cælo.  
At quodcumque mea poterunt andere Camæna;  
Seu tibi par poterunt, seu, quod spes abnuit, ultra,  
Sive minus, certeque canent minus, omne uovemus  
Hoc tibi, nec tanto careat mihi nomine charta.  
Nam, quanquam antiquæ gentis superant tibi laudes,  
Non tua majorum contenta est gloria fama,  
Nec queris quid quaque 9 index sub imagine dicat,  
Sed generis priscos contendis vincere honores.  
Quam tibi majores, majus decus ipse futurus.  
At tua non titulus capiet sub nomine facta,  
Æterno sed erunt tibi magna volumina versu,  
Convenientque tuas cupidí componere laudee  
Undique quique canent vincto pede, quique soluto,

Queis  
res doculisset, illique obruti vino opinantes venenum ab Icaro  
sibi propinatum interemerunt: Erigone ejus filia indicio canis,  
cum necem patris agnovisset, suspendio se enecuit: unde inter  
astra relati sunt *Icarus* seu *Bootes*, *Erigone* & *Canis*. 4 Hercules  
ascensurus in cælum ab *Molorcho* pastore hospitio exceptus fuit, mox interfecturus Leonem in Silva Nemæa.  
5 Thuris vel salis granum saepè pacavit Deos, 6 Cic. de  
Nat. Deor. lib.2. Terra crassissima mundi regio medium mun-  
di locum tenet. 7 mare terram complectitur undiq. 8 qua-  
tuor elementa terigit, quibus secundum veterum opinionem  
mundus consistit, aer a terra volitans surgit in sublime: aeri con-  
nexus ignis undique miscetur: denique omnia cælo imminentे  
continetur. 9 index denotat virorum elogium quos refere-  
bant imagines, & in eorum basi index hunc titulus scribebatur.

*Quis potius certamen erit, sim victor in illis,  
Ut nostrum tantis inscribam nomen in actis.*  
*Nam quis te majora gerit 10 castrisue, forove?  
Nec tamen hinc aut hinc sibi 11 laus majorve, minorve.  
Justa pari premitur veluti cum pondere libra  
Prona, nec hac plus parte sedet, nec surgit ab illa.*

*12 Qualis, inaequatum si quando onus urget utrinque;  
Instabilis natat alterno depressior orbe.  
Nam seu diversi fremat inconstans vulgi,  
Non aliis sedare queat, seu judicis ira  
Sit placanda, tuis poterit mitescere verbis.  
Non 13 Pylos aut Ithace tantos genuisse feruntur  
Nestora, vel parva magnum decus urbis Ulyssem:  
Vixerit ille senex quamvis, dum terna per orbem.  
Secula fertilibus Titan decurreret horis:  
Ille per ignotas andax erraverit urbes,  
Quia maris extremis tellus includitur undis.  
Nam 14 Ciconumque manus adversis reppulit armis:  
Non valuit 15 Lotos captos avertere cursus:  
Cessit & *Meronae* 16 Neptunius incola rupis  
Vita Meronae fædatus lumina Baccho.  
Vexit & 17 Eolios placidum per Nerea ventos:*

Incul-

*10 militæ vet domi. 11 æqua tibi laus. in pace & in bello.  
12 contræ vero si pondera sint inæqualia in orbe alterno i.e. in lance.  
13 Pylos, & Ithace urbes Græciæ una Nestoris patria,  
altera Ulyssis: primus vixit ann. 300. summa prudentia parilique  
eloquentia. De Ulyssे vide Homeri omnem Odysseam, cuius er-  
rores famulos enumerat Tibullus. 14 sunt Thraciæ populi, ad  
quos post Trojam excisam primum appulit Ulysses & devicit.  
15 delatus Ulyss. ad *Lochophagos*, homines minime malos in A-  
frica cum duo ejus socii *Lotum* herbam suavissimam, & patriæ  
oblivionem inducentem gustassent, vix eos tandem reduxit, vid.  
Odyss. 9. 16 Polyphemum intelligit filium Neptuni, inebria-  
tum vino *Meronae* i.e. a Ciconibus accepto, *Meronae* eadem  
ac *Ismarus* urbs Ciconum prima. *Fœdatus lumina*; a Poly-  
phemmo ebrio Ulysses oculum prægrandem extraxit. Odyss. 9.  
17 Ulysses ab *Eolo* ventorum rege in utre accepit ventos  
præter Zephyrum, quocum in patriam sine tempestate naviga-  
ret: at socii Ulyssis obdormiente congestas in utre gazas opin-  
nantes solverunt utres, unde iterum tempestatis agitur Ulysses, Hom. Odyss. 10.*

*Incultos adiit 18 Lestrygonas, Antiphatenque,  
Mobilis Artacio gelidos quos irrigat unda.  
Solum nec docte verterunt pocula 19 Circes:  
Quamvis illa foret Solis genus, apta vel herbis,  
Aptaque vel cantu veteres mutare figuræ.  
20 Cimmerium etiam obscuras accessit ad arces:  
Queis nunquam candente dies apparuit ortu,  
Sive supra terras Phœbus, seu curreret infra.  
Vidit ut 21 inferno Plutoni subdita regna  
Magna Deum proles levibus discurreret umbris.  
Præteritqua cito 22 Sirenum littora puppi.  
Illum inter geminæ nantem confinia mortis.  
Nec Scyllæ 23 sevo conterruit impetus ore,  
Cum canibus rapidas inter freta serperet undas:  
Nec violenta suo consumsit more Charybdis,  
Vel si sublimis fluctu consurgeret imo,  
Vel si interrupto nudaret gurgite ponsum.  
Non violata vagi fileantur 24 pascua Solis.  
Finis & erroris miseri 25 Phœacia tellus.  
Arque bac sen nostras inter sunt cognita terras.  
Fabula sive novum dedit his erroribus orbem,  
Sic labor illius, tua dum 26 facundia major.*

Nam

18 ad *Lestrigonas* & eorum regem *Antiphaten* Formiarum conditorem etiam appulit Ulysses, hi autem humani vicitabant carnibus, & ex Ulyssis sociis unum dilaniarunt. Hos irrigat fluvius *Artacia*. Odyss. 10. 19 *Circes* fabella omnibus nota vid. Virg. & Odyss. 10.. 20 *Cimmerii* populi Asiae vicini sedibus Amazonum, ad quos appulit Ulysses & ab Hom. ad Inferos ponuntur; habitant climata cooperta caliginibus ut-pote a sole remotissimi. Alii interpretantur *Cimmerios* qui sunt prope Puteolos & Cumas, quod magis arridet. 21 Ulysses per *Cimmerios* descendit ad regna *Plutonis*. 22 *Sirenum* fabula notissima. 23 *Scylla* & *Charybdis* mostra seu scopuli prope Messanam navigantibus plena periculi. Vide Virg. Aen. 3. & Hom. Odyss. l. 12. 24 Ulyssis socii *Solis* boves mactarunt in Sicilia, qui in frusta dissecti & tosti etiam mugiebant: Sol indignatus conquestus est cum Jove, qui navem Ulyssis fulmine incendit. 25 *Phœacia* est insula Corcyra vulgo *Corfù*, dicitur finis errorum Ulyssis, quia inde recta navigavit in Ithacam patram. 26 Quintilianus asserit, *Messalam*, etiam Cicerone florente, in dicendo præstulisse nobilitatem, & in eloquentia non parum dignitatis cum Pollione obtinuisse,

Nam te non alias belli tenet aptius artes ,  
 Qua deceat tutam castris præducere fossam ,  
 Qualiter adversos hosti desigere 27 certos :  
 Quemque locum ducto melius sit claudere vallos :  
 Fontibus ut dulces erumpat terra 28 liquores :  
 Ut facilisque tuis aditus sit , & arduus hosti .  
 Laudis & assiduo vigeat 29 certamine miles .  
 Quis tardamve sudem melius, celeremve sagittam  
 Jecerit, aut lento perfregerit obvia pilo ?  
 Aut quis equum celeremve arcto compescere freno  
 Posset, & effusas tardo permettere habenas :  
 Inque vicem modo directo contendere passu ,  
 Seu libeat curvo melius contendere gyro ?  
 Quis parma seu dextra velit, seu lava tueri ,  
 Sive bac, sive illac veniat gravis impetus hasta ,  
 30 Amplior, aut signata cita loca tangere funda :  
 Jam simul audacis veniant certamina Martis ,  
 Adversisque parent acies concurrere signis ,  
 Tunc tibi non deficit faciem componere pugnae ,  
 Seu sit opus quadratum acies consistat in agmen ,  
 Rectus ut aquatis decurrat frontibus ordo ,  
 Seu libeat duplarem, seu fundum cernere Martem ,  
 Dexter uti lavum reneat, dextrumque sinistre  
 Miles, sique 31 duplex gemini victoria casus .  
 At non per dubias errant mea carmina laudes ;  
 Nam 32 bellis experta cano : testis mihi vittæ  
 Fortis 33 Japidia miles : testis quoque fallax  
 34 Pannonius, gelidas passim disjectus in Alpes :  
 Testis 35 Arapinis & pauper natus in armis ,

Quem  
 27 Cervi sunt in militia trunci ramosi ad iter hostibus ob-  
 struendum. 28 ducis est providere ne castra in loco siccō po-  
 nantur. 29 assiduo ludo & exercitio miles laudem querat.  
 30 amplior, i.e. quismam aptius quam tu &c. 31 Et sit du-  
 plicis casus duplex victoria. 32 bellis comprobata cano, non  
 incertas virtutes. 33 Japidia regio Myrici latronibus famo-  
 sa ab Augusto, duce Messala debellatis. 34 Pannónii infidi &  
 rebelles, eorum regio superior & interior, vulgo *Ungaria*.  
 35 Arapinum urbs Japydum, quam expugnavit Messala; ubi na-  
 tus est homo quidam intimo loco, qui omnia durissima perfe-  
 rebat & in equum infiebat, licet esset annosior Nestore ipso  
 Pylo nato, qui ad tria saecula vitam traduxisse dicitur.

Quem si quis videat, vetus ut non fregerit atas,  
Terna minus Pyliæ miretur sæcula fame.

Namque senex longæ peragit dum sæcula vite,  
Centum secundos Titan renovaverit annos,  
Ipse tamen velox celerem super edere corpus  
Audet equum, validisque sedet moderator habenis.  
Te dabo non alias conversus terga 36 domator  
Liber a Romana subjecit colla catena.

Nec tamen his contentus eris, majora peractis  
Instans, compertum est veracibus ut mihi signis,  
Quaeis Amythaonius nequeat certare 37 Melampus.

38 Nam modo fulgentem Tyrio subtemine vestem  
Indueras, oriente die duce fertilis anni,  
Splendidior liquidis cum Sol caput extulit undis,  
Et fera discordes tenuerunt flamina venti,  
Curva nec assuetos egerunt flumina cursus,  
Quin rapidum placidis etiam mare constitit undis,  
Ulla nec aerias volucris perlabitur auras,  
Nec quadrupes densas depascitur aspera silvas:  
Quin largita tuis sunt \* multa silentia votis.  
Juppiter ipse levavi vellus per inania curru  
Adsuie, & calo vicinum liquit Olympum;  
Intentaque tuis precibus se præbuit aure,  
Cumque veraci capite annuit abditus aris,  
Latior elinxit fructos super ignis acervos.  
Quin hortante Deo magnis insistere rebus  
Incipe: non iidem tibi fint, aliisque triumphi,  
Non te vicino remorabieur obvia Marte.

39 Gallia, nec latis andax Hispania terris:

Nec fera te 40 Tyrio tellus obessa colono:

Net

36 populus equorum dominator liberam cervicem submisit.  
37 Melampus filius Amithaonis augur præstantissimus non  
posset iis signis repugnare. 38 Poëta narrat signa, scilicet Jo-  
vem ab Olympo descendisse, & sincere annuisse votis Messalæ  
induto vestem trahit Tyria seu purpurea contextam: quæ vota  
a Romanis sollemnibus cæremoniis peragebantur in Capitolio  
Kal. Januariis: tunc venti cohibuere flatus &c. \* i.e. itmo tuis  
optatis omnia dederunt magnum silentium. 39 Messala gessit  
bellum in Gallia vide Eleg. in ejus laudem pag. 224. 40 intel-  
ligit Africam quam coloni Tyro profecti secuti Didonem in-  
colonierunt & Carthaginem condiderunt.

Nec qua vel Nilus, vel regia lymph<sup>a</sup> 41 Choaspes.  
 Frofluit, aut rapidus Cyri dementia 42 Gyndes,  
 Ardet 43 Arethæis aut unda per hospita campis.  
 Nec qua regna vago 44 Tomyris finivit Araxe,  
 Impia nec saevis celebrans convivia mensis.  
 Ultima vicinus Phœbo tenet arva 45 Padæus:  
 Quaque 46 Hebrus, Tanaisque Getas rigat, atq. Magynos.  
 Quid moror? Oceanus ponto qua continet orbem,  
 Nulla tibi adversis regio sese offeret armis.  
 Te manet invictus Romano Marte 47 Britannus,  
 Teque interjecto mundi pars altera sole;  
 Nam circumfuso conficit in aere tellus,  
 Et 48 quinque in partes toto disponitur orbe.  
 Atque duæ gelido vastantur frigore semper.  
 Illic & densa tellus absconditur umbra,  
 Et nulla 49 incepto perlabitur unda liquore,

Sed

41 Choaspes est fluvius Medorum & Periarum, hujus aquæ dulcissimæ, ita ut Reges quocunque peregrinantur secund ferant, unde dicitur *regia lymph<sup>a</sup>*. 42 Gyndes fluv. Asiae ex Mantienis montibus in Tigrem delabitur: dicitur Cyri dementia, nam Cyrus Babylonem obfoffurus Gyndem annem effusum exhaustiendo & in 160. rivulos dispergendo tempus contrivit, eo quod unus ex equis Regium currua trahentibus ab eo flumine abreptus est, quapropter juravit se foeminiis ipsis calcandum præbiturum. Vide Sen. de Ira c. 2 t. 43 Regio est in Babilonia Artacene seu Arethæa, quæ ardet bicunine, & scatet fontibus & lacubus calidissimis: Plin. lib. 2. 44 Tomyris regina Scycharum conclusit imperium flum. Araxe, ipsa Cyrum vicit cuius caput in utrem humani sanguinis coniecit, dixitque, satid te sanguine humano, quem tantopere scisti, Reginæ enim filium Cyrus enecaverat. 45 Padæi Indiae populi, anthropophagi, ægrotantibus, antequam moriantur, vescuntur. 46 Hebrus fl. Thraciæ volvit aureas arenas. Tanais Asiam ab Europa dividit. Getæ hodie sunt Valathia & Moldavia &c. apud Getas exulavit Ovidius in urbe Tomis fortasse nunc Themisvar. Magyni, hodie Pictola Tartaria: Hebrei hos vocarunt Magog, & Getas Og. 47 Britanni Augusti ætate non dum domiti. 48 Elegantisime describit poeta quinque orbis zonas, quas Latini fascias, plágas &c. vocant. 49 Incepso liquore, i.e. fluvii & aqua, simulac manare & fluere incipiunt, ut versus sequens declarat, nam sol nunquam ibi exoritur.

Sed durata riget densam in glaciemque ntuemque,  
 Quippe ubi non unquam Titan superegerit ortus.  
 At media est Phœbi semper subjecta calori,  
 Seu proprior terris æstivum fertur in orbem,  
 Seu celer hibernas properat decurrere laces.  
 Non ergo presso tellus consurgit aratro;  
 Nec frangem segetes præbent, nec pabula terræ;  
 Non illic colit arva Deus, Bacchusve, Ceresve,  
 Nulla nec exustas habitant animalia partes.  
 Fertilis hanc inter posita est, interque rigentes,  
 Nostraque & huic adversa solo pars altera nostra,  
 Quas similis utrinque tenens vicinia cæli  
 Temperat, alter & alterius vires necat aer.  
 Hinc placidus nobis per tempora vertitur annus.  
 His & colla jugo didicit summittere taurus,  
 Et lenta excelsos vitis consendere ramos:  
 Tondeturque seges & maturos annua partus,  
 Et ferro tellus, pontus confunditur are:  
 Quin etiam structis exsurgunt oppida muris,  
 Ergo ubi per claros ierint tua facta triumphos,  
 Solus utroque idem diceris magnus in orbe.  
 Non ego sum satis ad tantæ præconia laudis,  
 Ipse mihi non si præscribat carmina Phœbus.  
 Est tibi qui possit magnis se attingere rebus  
 §1 Valgius eterno propior non alter Homero.  
 Languida non noster peragit labor otia, quamvis  
 §2 Fortuna, ut mos est illi, me adversa fatiget.  
 Nam mihi cum magnis opibus domus alta niteret,  
 Cui fuerant flavi ditantes ordine sulci  
 Horrea, fœcundas indeficientia messe:  
 Cuique pecus denso pascebans agmine colles,  
 Et domino satis, & nimium furique lupoque:  
 Nunc desiderium supereft; nam cura novatur,  
 Cum memor anteactos semper dolor admonet annos.  
 Sed licet asperiora cadant, spolierque relictis:  
 Non te deficient nostra memorare Camæna.  
 Nec solum tibi §3 Pierii tribuentur honores.

§0 fruges quoctannis demetuntur fœtibus maturis. §1 Cum  
 Tibullo nostro Valgium celebrat Horat. lib.1. sat.10., & in  
 lib.2. od.9. §2 fortuna viris invida fortibus. §3 Honores  
 carmipum: Pierides sunt muse a Pierio monte Thessalizæ.

*Pro te vel rapidas ausim maris ire per undas ;  
 Adversis hiberna licet sumeant freta ventis .  
 Pro te vel solus densis subsistere turmis ,  
 Vel parvum Aetnae corpus committere flammea ,  
 Sum quodcumque tuum est : nostri si parvula cura.  
 Sit tibi 54 quanta libet ; si sic modo, non mihi regna.  
 Lydia, non magni potior sit fama 55 Gylippi .  
 Posse 56 Meleteas nec mallem vincere chartas ,  
 Quod tibi si 57 versus noster totusve minusve ,  
 Vel bene si totus summo vel inerret in ore ,  
 Nulla mibi statuerit finem te fata canendi .  
 Quin etiam mea tunc tamulus cum rexerit offa ,  
 Seu matura dies celerem properat mihi mortem ,  
 Longa manet seu vita tamen mutata 58 figuram ,  
 Seu me finget equum rigidos percurrere campos  
 Doctum, seu tardi pecoris sim gloria taurus :  
 Sive ego per liquidum volucris uehar aera pennis &  
 In quemcumque hominem me longa receperit etas ,  
 Incepitis de te subtexam carmina chartis .*

54 Quiquid sum tuum est : Si' mei quantulacunque cura  
 tibi sit , dummodo tibi sit , parvi facerem regna Lydia , quæ  
 olim fuerunt dictissima , ut omnes auctores de Croeso scribunt .  
 55 Gylippus fuit vir Lacædemonius qui auxiliatus Syracu-  
 sanis contra Athenienses 130. naves Atheniensium cepit & in-  
 cendit ; Vide Justin. lib.4.Hist. 56 i.e. Chartas Homericas.  
*Meles* est fluvius Smyrnæ , quæ est inter urbes quæ de Homeræ  
 patria contendunt . 57 hoc meum poema vel totum seu pars  
 illius titis labris vagetur . 58 Pythagoræ metempychosin , seu  
 de animarum de corpore in corpus transitu commentum attingit.

## E L E G I A

## V O T V M

Ad artis medicæ principem Phoebum pro  
 Supplicia ægrotante .

**H**uc ades , ac ægra morbos expelle puella ;  
 Huc ades intonsa Phœbe superbe coma .

Crea

Crede mihi propera, nec te jam, Phœbe, pigebit

Supplicia medicas applicuisse manus.

Eifice, ne macies pallentes occupet artus,

Neu notet informis pallida membra color.

Et quodcumque mali est, & quicquid triste tintemus,

In pelagus rapidis evehat amnis aquis.

Sancte veni, tecumque feras quicunque sapores,

Quicunque & cantus corpora fessa levant.

Neu Sponsam torque, metuit qui fata puer,

Votaque pro domina vix numeranda facit.

Interdum uovet interdum, quod langueat illa,

Dicit in aeternos aspera verba Deos.

Phœbe, save laus magna tibi tribuetur, in uno

Corpore servato, restituisse duos.

Jam celeber, jam letus eris, cum debita reddes

Gerratum sanctis letus interque focis.

Tunc te felicem dicet pia turba Deorum.

Optabunt artes & sibi quisque tuas.

### E P I G R A M M A.

### Q U I D A M N O M I N E

Perspectus, ærarii domini sui custos, postea tantum colonus

a Fibullo inducitur hoc epigramma fecisse

Priapo Deo qui præfet agricolis.

**V**Illicur ærari quondam, nunc cultor agelli,

Hec tibi Perspectus templa, Priape, dito.

Pro quibus officiis, si fas est, sancte, pacifcor,

Affiduus custos ruris ut esse velis?

Improbis ut si quis nostrum violarit agellum,

Hunc tu; sed raeo: 2 scis, puto, quod sequitur.

1 Si fas est, i.e. si fas cum Diis pacisci. 2 Hunc su per-  
cellas & falce perimas, armabatur enim falce Priapus, secun-  
dum illud: Terreat ut sevas falce Priapus aves.

O V I D I I  
N A S O N I S  
ELEGIA DEFLENTIS  
T I B U L L I

Immaturam mortem :

**M**ennona si mater, mater ploravit Achillem,  
Et tangunt magnas tristia fata Deas,  
Flebilis indignus elegeia solve capillos,  
Ab nimis ex vero nunc tibi nomen erit!  
Ille tui Vates operis, tua fama Tibullus  
Ardet in exstructo corpus inane rogo.  
Ecce puer Veneris fert eversaque pharetram,  
Et fractos arcus, & sine luce facem.  
Aspice, demissis ut eat miserabilis alis,  
Pectoraque infesta tundat aperta manu.  
Excipiunt lacrymas sparsi per colla capilli,  
Oraque singulta concutiente sonant.  
Fratri in Æneæ sic illum funere dicunt  
Egressum astris, pulcher Iule, tuis.  
Nec minus est confusa Venus moriente Tibullo,  
Quam juveni rupit cum ferus inguen aper.  
At sacri vates, & divum cura vocamur,  
Sunt etiam qui nos numen habere putent.  
Scilicet omne sacrum mors importuna profanar,  
Omnibus obscuras injicit illa manus.  
Quid pater Ismario, quid mater profuit Orpheo?  
Carmine quid vittas obsequuisse feras?  
Et Linum in sylvis idem pater edidit altis,  
Dicitur invicta concinuisse lyra.  
Aspice Maoniden, a quo ceu fonte perenni  
Vatum Pieriis ora rigantur aquis:  
Hanc quoque summa dies nigro submersit Averno,  
Effigunt avidos carmina sola rogas.

Durat

Durat opus vatum Trojani fama laboris ,

Tardaque nocturno tela retexta dolo .

Sic Nemesis longum, sic Delia nomen habebit ,

Altera cura recens, altera primus amor.

Quid nos sacra juvant ? quid nos Egyptia profund

Sistra ? quid in vacuo secubuisse thoro ?

Cum rapiant malefacta bonos ; ignoscere fasso ,

Sollicitor nullos esse putare deos .

Vive tamen moriture pius, cole sacra cōlentem ,

Mors gravis a tēmplis in cava busta trahet .

Carminibus confide bonis , jacet ecce Tibullus ,

Vix manet e toto parva quod urna capit .

Te ne sacer vates flamme rapuere rogales ?

Pectoribus pasti nec timuere tuis ?

Aurea sanctorum potuissent templa deorū

Urere, que tantum sustinuere nefas .

Avertit vultus Erycis quæ possidet arces :

Sunt quoque qui lacrymas continuisse negent .

Sed tamen hoc melius, quam si Phœacia tellus

Ignorum vili supposuisset humo .

Hic certe manibus fugientes preffit ocellos

Mater , & in cineres ultima dona tulit .

Hic soror in partem misera cum matre doloris .

Venit ingnatas dilaniata coma .

Cumque tuis sua junxerunt Nemesisque priorque

Oscula, nec solos destituere rogos .

Delia discedens felicius, inquit , amata

Sum tibi , vixisti, dum tuus ignis eram .

Cui Nemesis, quid ais ? tibi sunt meq; damna dolori ?

Me tenuit moriens deficiente manu .

Si tamen e nobis aliquid nisi nomen & umbra

Restat : in Elysia valle Tibullus erit .

Obvius huic vepies hedera juvenilia cinctus

Tempora, cum Calvo, dolce Catulle, suo .

Tu quoque, si falsum est temerari crimen amici ,

Sanguinis, atque animæ, prodige Galle, tua,

His comes umbra tua est, si qua est modo corporis umbra ,

Hausisti numeros, culte Tibulle, pios .

Ossa quieta precor, tuta requiescere in urna ,

Et sit humus cineri non onerosa tuo .

# SEXTI AURELII PROPERTII

EQUITIS ROMANI

1. *Vita, & patria* : 2. *Carmina* : 3. *ætas quando reperta.*

1. **S**extus Aurelius Propertius floruit post Tibullum eodem quo Ovidius tempore, ante Ovidium tamensodalem suum defunctus, ut hic testatur lib. 4. Trist. el. 9. Propertius non minorem laudem scriptis elegis apud Latinos consecutus est, quam apud Græcos Callimachus, Cousque Philetas, quos æmulatum esse ipse se prædicat. Cum autem se Umbrum prodat lib. 1. eleg. ult. sunt tamen qui ex Umbriae civitatibus præferant Fulginiam, Trebiam: alii Montefalchium, Vectonium, Assium, Amelium, Cannarium. Pro Hispello pugnat Thaddæus Donnola, qui divinationem edidit Fulginiae 1629. in 4. Et vide Rufinum Binium Assinatem; & Scaligerum ad IV. 1. Quis autem in animum inducet, quod nobilissimo Vulpio persuasum est, Propertium ab Horatio perstringi sub importuni & garruli persona lib. 1. satyra 9. Conjicit Joannes Massonius in Nasonis vita Propertium obiisse anno ætatis Ovidii XXXI. ab U. C. DCCXLII.

2. Exstant Propertii lib. IV. Elegiarum, Tibullianis non concedentes lepore & elegantia: eruditione vero etiam antevertentes. Elegantissimus Muretus erudite eas confert inter se in præfatione in Propertium. Ita de Propertio sentit doctissimus ac summus vir Salmasius de ling. Hellenistica pag. 142. *Propertius totus scatet hellenismis: præter infinita dicendi genera, ex Græco expressa, non dubitavit dicere Dryasin pro Dryadibus, Thyninsin pro Thyniacis, Hamadryasin pro Hamadriadibus: nec Ovidius timuit Troasin dicere pro Troadibus, in epistola quadam: Troasin invideo. Hoc exstat iudicium Vinc. Gravina lib. 1. de Rat. Poetica: Properzio ha-*

no-

*novità d'espressioni , fantasia veramente Lirica , ed è atto non meno alle cose grandi , che all'amene : ma in Tibullo per avventura e' naturalezza maggiore.*

3. Jovianus Pontanus apud Alexand.lib.2.Genial.dier.cap.2.refert Propertii elegias se adolescentulo primum in lucem prodiisse , cum antea inscitia temporum incompartæ forent & incognitæ , opusque obliteratum & longissimo aevo absuntum , corrofis & labentibus litteris in cella vinaria sub doliis inventum apparuisse : & cum libelli vetustate verbis & nominibus absuntis longo situ & senio , quod in diuturna obscuritate latuerat , veram lectio- nem assequi nequirent homines , effectum ut mendosi codices prodirent , paullatimque discuti errores & corrigi cœpti . Nec tamen effici potuit , ut posteris omnino integri inof- fensique darentur . Eximiam hujus poetæ editionem e MSS. emendatam diligenter & animadversionibus eruditis atque ingeniosis illustratam publice luci dedit Janus Broukusius Amstel. 1702. in 4. ex officina Henr. Vesterii , apposito in- dice omnium vocabulorum . Lucem viderunt Lips. 1588. in 8. Georgii Treptæ Chemniciensis phrases e Tibullo ac Propertio collectæ tribus libris .

# SEXTI AURELII PROPERTII

EX LIBRO I.

ELEGIA I.

## NOVAM SPONSAM

Suam admonet poeta, ne peregrino ornatu & emititio se se  
excolat, cum sola pudicitia morumque probitas  
sint vera Sponsæ ornamenta.

**Q**uid juvat ornato procedere, i vita, capillo,  
Et tenues 2 Coe veste movere finus?  
Naturæque decus mercato perdere cultu?  
Teque 3 peregrinis vendere muneribus?  
Aspice quos summittit humus formosa colores.  
Et veniant hederæ sponte sua melius:  
Surgat 4 in solis formosius atbutus antris,  
Et sciat 5 indociles currere lympha vias:  
Bittora nativis pollucent pistæ lapillis,  
Et volucres nulla dulcius arte canunt.  
Non sic 6 Lencippis succedit Castræ Phœbe,  
Pollucem cultu non Elaira soror.  
Sed facies aderat nullis obnoxia gemmis,  
Qualis 7 Apelleis est color in tabulis:

Non

1 Vita, i.e. Sponsa. 2 Cos insula maris Ægæi, ubi bombycinæ vestes primum inventæ. in hac Insula nati sunt Hippocrates medicus, & Apelles pictor. 3 munera peregrina Horatius vocat munera navium, quia navibus adducuntur, ut sunt vestes Coe &c. 4 indociles i. e. per desertas vias. 5 Phœbe Lencippis, i.e. Phœbe filia Leucippi: Leucippus Sicyoniorum rex duas habuit filias Phœben scilicet & Elairam, quas ob nativam pulcritudinem sibi desponderunt Castor & Pollux. 6 Apelleis comprehendatur picturæ simplicitate.

*Non illis studium vulgo conquerire amantes,*

*Illi ampla satis forma, pudicitia.*

*Non ego nunc vereor, ne sis mihi vilius istis.*

*Uni si qua placet, et culta puella sat est.*

*Cum tibi præsertim Phœbus sua carmina donet,*

*8 Aoniamque libens Calliopea lyram;*

*His tu semper eris nostra gratissima vita,*

*Tedia dum miseræ sint tibi 9 luxuria.*

7 *Puella honesto cultu ornata.* 8 *Aonia dicta est Boeotia,*  
quæ tota consecrata est musis: *Calliope* est illa ex musis quæ  
heroico carmini præst. 9 *odium infelicis luxus.*

## ELEGIA II.

## CYNTHIAE PERFIDIAM

*Exprobat, quæ quamvis Propertius in magnum vitæ per-*  
*riculum fuisse adductus, ipsa ornatus non de-*  
*posuerit, nec de eo laboraret: Quodnam*  
*vero periculum subierit poeta haud*  
*possumus divinare.*

**S**æpe ego multa tua levitatis dura timebam,  
Hac tamen excepta, Cynthia, perfidia.  
Adspice me quanto rapiat Fortuna periclo;  
Tu tamen in nostro lenta timore venis:  
Et potes externos manibus componere crines;  
Et longa 1 faciem querere desidia:  
Nec minus Eois petus variare lapillis,  
Ut formosa novo quæ parat ire viro.  
At non sic Ithaci digressu mota 2 Calypso  
Deserit olim fleverat equoribus:  
Multos illa dies incomitis mœsta capillis  
Sederat, injusto multa locuta salo,

R 4

AL.

1 Terentius in Heautont. *Dum moliuntur, dum comuntur,*  
*annus est.* 2 *Calypso* Atlantis filia quæ in insula Ogygia re-  
gnavit, ubi *Ithacum* seu *Ulyssem* *Ithaca* regem diu retinuit, &  
Inde diis jubentibus invita dimisit.

- 3 *Alphesibœa* suos ultra est pro conjuge fratres ,  
Sanguinis & cari vincula rupit amor :  
Nec sic 4 *Aesoniden* rapientibus anxia ventis  
5 *Hypsipyle* vacuo constitit in thalamo .  
*Hypsipyle* nullos post illos sensit amores ,  
Ut semel *Aemonio* 6 tabuit hospitio .  
Conjugis 7 *Eavadne* miseros elata per ignes  
Occidit Argivæ fama pudicitia .  
8 *Quarum* nulla tuos potuit convertere mores ,  
Tu quoque uti fieres nobilis historia .  
Define jam revocare tuis perjuria verbis  
Cynthia , & 9 oblitos parce movere Deos &  
Audax ab nimium , nostro dolitura periclo ,  
Si quid forte tibi durius inciderit .  
Multæ prius vasto labentur flumina ponte ,  
Annus & inversas duxerit ante vices :  
Quam tua sub nostro mutetur pectore cura ,  
Sis quodcumque voles , non aliena tamen :  
Quamve mihi viles isti videantur ocelli ,  
Per quos sape mihi 10 credita perfidia est ;  
Hos tu jurabas , si quid mentita fuisses ,  
Ut tibi suppositis exciderent manibus .

Et

3 *Alphesibœam* Alcmæon duxit uxorem donato monili , mox  
Alcmæon ipsam relinquens duxit Callirhoen : cum autem hic  
ad Alphesibœam rediisset receptorus monile ab Alphesibœæ fra-  
tribus occisus est : quod facinus ægerime ferentem Alphesi-  
bœam fratres suos obruncasie inquit Propertius . 4 *Aesonidem* i.e. Jasonem a patre *Aesonem* . 5 *Hypsipyle* sola foemina-  
rum Lemniarum patrem servavit , cum reliquæ omnes viros &  
parentes occidissent : cumque esset regina insulæ Lemni *Jaso- nem* ad vellus aureum asportandum properantem hospitio ex-  
cepit , ex quo duos filios suscepit . Vid . Ovid . Epist . *Hypsiphyles*  
ad Jasonem . 6 *tabuit* , i.e. ingemuit postquam Jason *Aemonius*  
i.e. *Thessalus* ab suo hospitio discessit . 7 *Eavadne* Capanei in  
bello Thebano Ducis egregii uxor tanto amore conjugem *Ca- paneum* prosequebatur , ut cum ipse bello occubuissest , in ejus  
rogum ardente seipsa conjecerit , reliqueritque famam immorta-  
lem Græcæ pudicitia . 8 halum heroidum exempla ingenium  
tuum mutare non valuerunt &c . 9 abstine ad iram incitare  
Deos oblitos tuj perjurii . 10 per quos persuasus sum de tua  
perfidia .

*Et contra magnum potes hos attollere solem?*

*Nec tremis admissæ conscia nequitiae?*

*Quis te cogebat multos pallere colores,*

*Et fletum invitatis ducere luminibus?*

*Quem ego nunc pereo, similes moniturus amantes*

*O nullis tutum credere blanditiis!*

### ELEGIA III. GALLUS

In bello Perusino interfactus admonet socios ex acie fugientes, ut sorori suæ mortem ipsius denuntient, offaque sua fuisse per Etruriam disjecta.

**T**U, qui confortem properas evadere casum,  
Miles ab <sup>1</sup> Etruscis sauciis aggeribus:  
Quid <sup>2</sup> nostro gemitu turgentia lumina torques?  
Pars ego sum vestra <sup>3</sup> proxima militiae.  
Sic te servato possint gaudere parentes,  
Hæc <sup>4</sup> soror acta tuis sentiat e lacrimis,  
**S**Gallum pet medios ereptum Cæsaris enses  
Effugere ignotas non potuisse manus.  
Et quæcumque super dispersa invenerit offa  
Montibus Etruseis, hæc scias esse mea.

<sup>1</sup> Per Etruscos aggeres poeta denotat bellum Perusinum, cum Augustus L. Antonium Perusiam obsedit & fame ad dedicationem coegit: Perusia numeratur inter principes Tusciæ civitates, quæ tota hujus belli incendio conflagravit. <sup>2</sup> nostro gemitu, i.e. nostro desiderio. <sup>3</sup> ego nuper fui pars vestra militiae. <sup>4</sup> Soror mea. <sup>5</sup> fortassis hic est Cornel. Gallus Propertii propinquus, quem & Virgilius dilexit & cui inscripsit Eclogam.

### ELEGIA IV.

#### TULLUM

Cui primum hunc librum dedicavit, docet quis & qualis ipsi sit, quo genere & familia & qua ex patria natus.

**Q**ualis, & unde genus, qui sint mihi, Tulle, parentes,  
Quaris pro nostra semper amicitia.

*Si i Perusina tibi patrie sunt nota sepulta  
Italia duris funera temporibus ,  
Cam Romana suos egit discordia & cives :  
( Sit mihi præcipue pulvis Etrusca dolor .  
3 Tu proœcta mei perpeſſa es membra propinquai ,  
Tu nullo miseri contegis ossa solo ; )  
Proxima ſuppoſto contingens & Umbria campo  
Me genuit , terris fertiliſ ſuperibus .*

1 De bello Perusino vide Sveton.in Auguſto cap. 14. & 15.  
Perufia ab Auguſto exciſa & incenſa eſt. 2 bellum triumvirale intelligit inter Auguſtum , Lentulum & Antonium. 3 ſe convertit poeta ad Etruriam , & conqueritur de ipla ob miſeram necem ſui Galli, vide præced.elegiam. 4 Umbria ſuppoſto campo proxima , i.e. contigua ruiniſ Perufiæ .



# SEXTI AURELII P R O P E R T I I

E X L I B R O II

E L E G I A I.

ALTERUM HUNC LIBRUM

*Quo nuncupat Mecoenati Propertius , ſignificatque ſe libentilſime heroica ſcripturum , ſi ingenium non defuiffet ,  
& a Diis hoc confeſſum eſſet .*

**Q**uod mihi ſi tantum 1 , Mecoenas , fata dediſſent ,  
Ut poſſem heroicas ducere in armo manus :  
Non

1 O Mecoenas , deducerem heroicas copias meis verſibus  
in pælia .

Non ego <sup>2</sup> Titanas canerem , non Ossan Olympo  
 Impositum , ut cœli Pelion esset iter :  
 Non veteres <sup>3</sup> Thebas , nec Pergama nomen Homeri :  
 4 Xerxis & imperio bina coisse vada :  
 Regnave prima <sup>5</sup> Remi , aut <sup>6</sup> animos Carthaginis altae,  
 & Cimbrorumque minas , & benefacta Mari .  
 Bellaque , resque tui memorarem Cæsaris ; & tu  
 Cæsare sub magno cura secunda fores .  
 Nam quoties <sup>8</sup> Mutinam , aut <sup>9</sup> civilie busta Philippus ,  
 Aut canerem <sup>10</sup> Sicula classica bella fuga :  
 Eversosque <sup>11</sup> focos antiqua gentis Etrusca ,  
 Et <sup>12</sup> Pæblemæ littora capta Phari :

Aut

<sup>2</sup> Titanas Tellus incitavit in Saturnum , quos Jovis ope devi-  
 ctos detrusit in Tartarum . Nec canerem Ossa Pelion impositum  
 & Ossan Olympo : qui montes sunt in Thessalia Gigantum bel-  
 lo contra Jovem famosi . <sup>3</sup> Non bellum Thebanum , quod Pon-  
 ticus & Statius apud Romanos scripsere : Pergama fuerunt Ur-  
 bis Trojæ arces , cuius bellum Homerus <sup>24</sup>. libris complectens  
 famam æternam consecutus est . <sup>4</sup> Xerxes rex Persarum duo  
 littora Helleponi ponte junxit : de quo Herodotus & Plutar-  
 chus . <sup>5</sup> originem Romæ . <sup>6</sup> Bella Punica , & Cimbri Ger-  
 mania populi vicini oceano a patrio solo egressi imperium  
 Rom. evertissent , nisi Marius Arpinas illos in Italiam prope-  
 rantes variis certaminibus oppressisset : quare dicit Cic . Orat . pro  
 Sextio , *ad salutem Imperii Romani natus* ; & poeta poster :  
 Et benefacta Mari . <sup>8</sup> O Mecoenas mea musa te semper jun-  
 geret armis Augusti , quoties canerem Mutinam , aut Philippus  
 &c. Mutinae obsecsum D . Brutum ab Antonio Hirtius & Pansa  
 Cossi . Romani liberarunt . <sup>9</sup> Philippi urbs Thessaliæ , hic ab  
 Augusto Brutus & Cassius devicti sunt , & ubi Cæsar Pompe-  
 jum deleverat ; dicuntur *busta civilia* , quod ibi innumeri cives  
 civili bello occubuerunt . <sup>10</sup> Augustus Sext . Pompeium Pompeii  
 magni filium devicit , qui fugit iex tantum navibus , reliquis  
 omnibus amissis , & captis plusquam 350 . vide Svet . in Aug . c .  
 16 . <sup>11</sup> Bellum Perusinum intelligit : vide supra pag . 265 . <sup>12</sup>  
 Pharos insula Ægypti Alexandriæ ponte juncta ; in ea erat tur-  
 ris immensa altitudinis , quæ nomen ab insula accepit . Bellum  
 Alexandrinum hic intelligit Propertius : vide Sveton . in Aug .  
 c . 17 . Dicitur Peolomæa hæc Pharos a primo Rege , antea voca-  
 bantur Pharaones , uti habetur ex sacris codd .

268 P R O P E R T I I  
Aut canerem 13 Ægyptum, & Nilum, cum tractus in urbem  
Septem captivis debilis ibat aquis :  
Aut regum auratis circundata colla catenis ;  
Atque in Sacra currere 14 rostra via :  
15 Te mea Musa illis semper conseruaret armis ,  
Et sumta , & posita pace fidele caput :  
16 Theseus infernis , superis testatur Achilles ,  
Hic Ixionidem , ille Menœtiadem .  
Sed neque 17 Phlegraos Jovis , Enceladique tumulus  
Intonet angusto pede 18 Callimachus .  
Nec mea conveniunt duro præcordia versu  
19 Cæsar is in Phrygios condere nomen oves .  
Navita de ventis , de tauris narrat arator ,  
Enumerat miles vulnera , pastor oves .

13 Ægyptum devictam & in provinciam redactam , & Nilum Romam in triumphum tractum : simulacra etiam fluviorum in triumphum circumferebant Romani: magno moerentem corpore Nilum Virg.l. 8. Septem aquis i.e. septem ostiis. 14 Rostra nempe navium captarum bello Attico, seu ad Attium promontorium Epiri gesto, ubi M. Antonium Augustus vicit fugavisse, ludosque ibidem instituit Apollini, & Attia nuncupavit.  
Sacra via qua recta sunt rostra, est vicus Romæ, per quem triumphales vehebantur in Capitolium. 15 laus Mœcœnatis Augusto fidelissimi domi militiæque. 16 Amicitiam Mœcœnatis in Augustum comparat amicitiæ Thesei in Ixionidem i.e. Pirithoum fil. Ixionis, & amicitiæ Achillis in Menœtiadem i.e. Patroclum fil. Menœtii: Theseus cū suo Pirithoo descendere non metuit ad inferos ad Proserpinam rapiendam. Quantum Achilles dilexerit Patroclum testatur Homerus, qui de Patrocli morte ab Hectore occisi mœrores describit. 17 Phlegraos campos supra diximus juxta Puteolos vulgo Solfatara ; Enceladus fuit unus ex gigantibus, qui bellum Jovi excitavit, & fulmine ictus Aenæ monti suppositus est. 18 Qui grandi stilo & cothurno non assurgit, bella scribere non præsumat, uti Callimachus , cuius est blandus scribendi modus, & cui tacite se comparat Propertius : ita Ovid. Callimachi numeris non est dicendus Achilles. 19 i.e. non est meorum laterum superbo versu nomen Cæsar is ad ejus majores Heroas Phrygios deducere .

ELE-

## ELEGIA II.

## POETA ELEGIS

Concinendis se modum imponere significat , & jam tempus  
esse dicit res a Cæsare Aug. præclare gestas car-  
mine heroico celebrandi .

**S**ed tempus <sup>1</sup> lustrare aliis Helicona choreis ,  
Et campum <sup>2</sup> Hæmonio jam dare tempus equo .  
Jam libet & fortes memorare ad prælia turmas ,  
Et Romana <sup>3</sup> mei dicere castra ducis .  
Quod si deficiant vires , audacia certe  
Laus erit : In magnis & voluisse sat est .  
Nunc volo <sup>4</sup> subducto gravior procedere vultu :  
Nunc aliam citharam mea Musa docet .  
Surge anima ex humili jam carmine : sumite vires  
Pierides : <sup>5</sup> magni nunc erit oris opus .  
Jam negat <sup>6</sup> Euphrates equites post terga tuera  
Parthorum , & Crassos se tenuisse dolet .  
<sup>7</sup> India quin , Auguste , tuo dat colla triumpho .  
Et domus intactæ te tremit <sup>8</sup> Arabia ,  
Et si qua extremis tellus se subtrahit oris ,  
Sentiet illa tuas postmodo capta manus ,

Hac

<sup>1</sup> *Lustrare Helicona choreis*: i.e. obire montem musis sa-  
crum *aliis choreis* in Boeotia situm. <sup>2</sup> *Equo Hæmonio*, i.e.  
Theffalo , in Thessalia equi laudatissimi. <sup>3</sup> Augusti Cæsaris  
cujus partes secutus fuit poeta. <sup>4</sup> *subducto vultu* i.e. contra-  
cta & ceperata fronte & levera. <sup>5</sup> ita Horat. *Cui mens divi-  
nior atque os magna sonaturum.* Sat. 4.l.1. <sup>6</sup> Fluvius maxi-  
mus Asia ab Armenia in Persicum sinum se exonerans. Augu-  
stus post perfecta bella civilia ad componendas res Orientis  
venit in Syriam: metu belli cum Romanis perculsus Rex Par-  
thorum Phraates reddidit Augusto omnes captivos Romanos si-  
gnaque omnia militaria, quæ Antonio & Crasso adenita fuerant:  
ita etiam Horat.l.1.Epist. *Et formidat am Parthis te principe  
Romam.* <sup>7</sup> Regio Asiae vastissima sub Augusto primum cum  
Romanis societatem init. <sup>8</sup> *Arabiam regionem inter sinum  
Arabicum & mare Rubrum, Augustus duce Aelio Gallo subegit.*

Hæc ego castra sequar, vates tua castra canendo  
 Magnus ero: 9 servent hunc mihi fata diem.  
 Ut 10 caput in magnis, ubi non est tangere, signis,  
 Ponitur hic imos ante corona pedes.  
 Sic nos, nunc inopes laudis concordare carmen,  
 Pauperibus sacris vilia thura damus.  
 Non dum etiam 11 Ascreos norunt mea carmina fontes,  
 Sed modo Permessi flumine lavit amor.

9 Servent i.e. concedant. 10 Elegans similitudo: Sicuti corona ponitur ad pedes statuarum, quarum capita attingere non licet; ita ego, cum non possim attingere sublime carmen humilis & egenus, vilia thura offero. 11 Hippocrenem & Aganippem intelligit: significat, se non dum carmine heroico bene subactum, quo usus est Hesiodus dictus *Ascreus* ab urbe *Ascrea* ad Heliconis radices sita, ex quo monte oritur *Permessus*, quo fluvio se solum lotum dicit.

### E L E G I A III.

#### A D C R I S P U M

Serius se venisse dicit detentus inspectione porticus Apollinis, quæ ab Augusto Cælare absolute est: Hæc porticus templo Apollinis Palatini cum Bibliotheca Græca & Latina adjuncta erat.

**Q**Uæris cur veniam tibi tardior? aurea Phœbi  
 Porticus a magno Cæsare aperta fuit.  
 Tota erat in speciem 1 Panis digesta columnis:  
 Inter quas 2 Danaï fœmina turba sensis.

Hic

1 Columnæ ex marmore Panico. In speciem idest in ornatum. 2 Danaï fœmina turba pro fœminea turba: Danaus rex Ægypti 50, filias genuit, quas cum peteret Ægyptus frater filiis suis, qui totidem erant numero, in uxores: Danaus oraculo docente se a genero imperfectum iri, jussit filias suas, ut ipsum interficerent, quæ cultris armatæ, vires suos somno lætitiaque sopitos nocte jugularunt, præter Hypermnestra quæ Linum vitrum suum servavit, qui postea secundum oraculum Danaus interfecit.

Hic equidem 3 Phœbo visus mihi pulchrior ipso  
Marmoreus tacita carmen hiare lyra.

Atque aram circumsteterant 4 armenta Myronis  
Quattuor artificis vivida signa boves.

Tum medium Clario surgebat marmore templum,  
Et patria Phœbo carius 5 Ortygia.

Auro Solis erat 6 supra fastigia currus,  
Et 7 valvæ Libyæ nobile dentis opus.

Altera dejectos 8 Parnassi vertice Gallos,  
Altera mærebat funera Tantalidos.

Deinde 9 inter matrem Deus ipse, interque sororem  
10 Pythius in longa carmina vestie sonat.

3 In illa porticu Phœbus erat marmoreus ipso Phœbo pulchrior, & hiscendo, carmina canere videbatur. 4 circa aram Phœbi erant quatuor boves ænei Myronis peritissimi sculptoris: Apollo pavisse armenta dicitur. 5 Ortygia dicta est Delos insula Cycladum in Ægeo, Apollinis templo clarissima. 6 supra templorum fastigia simulacra Deorum curru vecta imponi solebant. 7 Valvæ hujus templi Palatini ex ebore Libyæ miræ artis artificium ostentabant: in Libya proveniunt elephantes, unde dentes Libyæ. 8 In foribus eburneis hujus templi Palatini insculpta erant varia Apollinis egregia facinora, in una valva erant Galli de Parnasso fulminibus e coelo missis præcipitati, qui in Phocidem irruperunt ut Apollinis templi in Delphis donaria diriperent: inde in Asiam penetrarunt, & Galatiae provinciæ nomen indiderunt. In altera valva templi erat historia filiæ Tantali Niobes ac ejus filiorum, qui omnes ad unum perierunt Apollinis ac Dianaæ sagittis confossi. 9 i.e. Latonam insculptam & Dianam: Latona ab Iove habuit duos gemellos Apollinem & Dianam in Delo insula. 10 Apollo dicitur Pythius a serpente interfecto. Ovid.lib.1. metamor.

# SEXTI AURELII PROPERTII

EX LIBRO III.

ELEGIA I.

CALLIMACHI ET PHILETÆ COI

Græcorum poetarum Elegiarum scriptorum umbras invocat  
Propertius, ut annumeretur inter Poetas elegiacos: inde  
seipsum commendat, quippe qui primus Latinus Ele-  
gias excoluerit, unde sibi nomen immor-  
tale auguratur.

**C**allimachi manes, & Coi sacra Philetæ,  
In vestrum, quæso, me finite ire nemus;  
Primus ego ingredior puro de fonte sacerdos  
Itala per Grajos & orgia ferre choros.  
Dicite quo pariter carmen 3 tenuastis in anero,  
Quoque pede ingressi, & quamve bibistis aquam.  
Ah valeat Phœbum quicunque moratur in armis,  
5 Exactus tenui pumice versus eat.  
Quo me fama levat terra sublimis, & 6 a me  
Nata coronatis Musa triumphat equis,

**Et**  
1 Horat. Scriptorum chorus omnis amat nemus & fugit  
arbem. 2 Orgia apud Græcos sunt oninum Deorum sacra,  
sicut ceremonia & ritus apud Latinos: Musæ enim habent sua  
sacra & cærenonias, unde Poetæ appellantur *Sacerdotes*, qui  
ferunt elegiarum sacramenta inter Græcorum poetarum cho-  
ros. 3 *Antra* non pauca erant sacra musis secessum quæren-  
tibus: *Tenuastis* i.e. concinnastis ad mollem & tenuem stilum  
Callimachi. *Quo pede* i.e. bono & lèvo intrastis? 4 Plurimi  
fontes musis facri: Persius: *nec fonte labra prolixi caballino.*  
5 alludit ad morem quo solebant vetetes expolire pumice li-  
bros. 6 *nata a me musa* i.e. primus ego Elegiarum scriptor:  
& jam Musa Latina vehitur curru triumphali una cum turba  
cupidinum, turba poetarum rotas subsequentes.

Et mecum in curru parat vestentur amores ;  
 Scriptorumque meas turba secuta rosas .  
 Quid frustra missis 7 in me certasit habenit ?  
 Non datur ad Musas currere lata via .  
 Multi , Roma , tuas laudes annalibus addent ,  
 Qui finem imperii 8 Battura fatura canent .  
 Sed quod pace legas , opus hoc 9 de monte Sororum  
 Detulit intacta pagina nostra via .  
 Mollia , 10 Pegasides , vestro dade ferta poeta :  
 Non facies capit i dura corona meo .  
 At mihi quod vivo destruxerit 11 invida turba ,  
 Post obitum duplici stenore reddes honos .  
 Omnia post obitum fingit majora veritas ,  
 Majus ab exequiis nomen in ora venit .  
 Nam quis 12 equo pulsas abiugno nosceret arces ?  
 13 Flaminaque Hamonio cominna isse viro ?  
 Idemus 14 Simoenta Jovis cunabula parvi ?  
 15 Hesora per campos aer maculasse rotas ?  
 Deiphobumque Helenumque & Polydamanta sub armis ;  
 16 Qualemcumque Parin vix sua nosset humus .  
 Enigmo sermone fores nunc , Ilion , & tu  
 Troja bis . 17 Oeta numine capra Dei .

Nec-

7 Quid a me contenditis ? difficilis aditus ad Musas . 8 seu Battrum primarium Scythiz oppidum . 9 ex Heliçone vel Par-nasso libellus noster semita nulli haec tenus trita hoc opus attu-lit , quod in pace legas . 10 Pegasides appellantur Musæ a fonte , quem Pegasus equus istu ungulæ aperuit . Mollia ferta , ob blandos Elegiarum versus : non querit poeta coronas partas in cauendis Ducum gestis . 11 Vellejus Paterc . Præsensia invi-dia , præterita veneratio prosequimur . 12 intelligit Tro-jam abiugno equo captam . 13 Xanthum & Simoenta significat , qui uti canit Homerus Il . 21 . simul concurrit ad obtruendum Achillem , ab Æmonia , quæ & Thessalia , oriundum . 14 Simois fluvius prope Idam non procul a Troja , ubi Jupiter nutritus fuit . 15 Hector ab Achille vinctus aer raptatus est alligatus curru circum Trojæ moenia . 16 Tres Herœs carminibus Homeri & Virgilii notissimi . Parin vero formosum , licet & sci-tum hominem , at imbellem vix novissent sui cives . 17 Oeta Deus dicitur Hercules ab oeta monte Thessaliæ , in quo con-flagravit . Troja dicitur bis capra nutu Herculis . Hercules enim

*Necnon ille suis casus memorator Homerus*

*Posteritate suum crescere sensit opus.*

*Meque inter feros laudabit Roma nepotes;*

*Illum post cineres auguror esse diem.*

*Ne mea contemto lapis indicet ossa sepulchra,*

*Provisum est, 18 Lycio vera probante Deo.*

eam cepit, quando equos ei pro missis Laomedon Rex denegavit. Iten capta fuit, cum Philoctetes Herculis ipsius sagittis, in quibus Trojæ fatum erat, Paridem occidit. 18 *Lycius Deus* est Apollo, *Lycia* Asiae provincia, ubi templum clarissimum habuit: & *Lycia* fortis a Virg. dicta sunt oraœula Apollinis. Dictus est etiam *Pataraeus*; nam *Patara* fuit hoc templum Apollinis *Lycii*.

## E L E G I A . II.

### C A R M I N I B U S

Significat Poeta nihil esse perenne, nullaque esse medes pyramidum, & monumentorum superbas structuras, cum sint habituræ finem, sed solum gloriam & famam partam viribus ingenii semper vicioram.

**C**arminis interea nostri redeamus in orbem;  
Gaudet ut salito casta puella sono.  
Orpheus i detinuisse feras, & concita dicunt  
Flumina Threicia sustinuisse lyra,  
Saxa & Citharonis Thebas agitata per artem  
Sponte sua in muri membra coisse ferant.  
Quin etiam, 3 Polypheme, fera Galatea sub æna  
Ad tua rorantes carmina flexit equos,

Min.

1 Quomodo Orpheus ad se ferre lyras cantu traxerit narrat Ovid. lib. 10. Metam. 2 Citharon Mons est Boeotiae, cuius saxa e sedibus suis convulsa & attracta lyrae Amphionis cantu sponte sua coaluerent, ut Thebarum moenia componerentur. 3 Polyphemus Cyclops Neptuni filius sub æna degens effecit carminibus, ut hesteret iter Galatea vecta equis rotantibus, erat enim Dea marina.

Miremur, nobis & 4 Baccho & Apolline dextro,  
Turba puellarum si mea verba colit?

Quod non 5 Tænariis domus est mihi fulta columnis,  
Nec camera auratas inter eburna trabes,

Nec mea 6 Phœacas æquant pomaria silvas,  
Non operosa rigat 7 Martius antra liquor:

At 8 Musæ comites, & carmina cara legenti,  
Et defessa choris Calliopea meis.

Fortunate meis quisquis celebrabere chartis,  
Carmina virtutis sunt monumenta tue.

Nam neque Pyramidum sumtus ad fidera dulci,  
9 Nec Jovis Elæ cœlum imitata domus:

Nec 10 Mansolei dives fortuna sepulchri.

Mortis ab extrema condizione vacat.

Aut illis flamma, aut imber subducet honores,

Annorum aut ita pondera vita ruent,

At non ingenio quaestum nomen ab ævo.

Excides: ingenio stat sine morte decus.

4 Bacchus & Apollo dii poterarum tutelares, unde cum favent  
sunt versus jucundissimi, dicit infra Prop. Hac carent pueri,

carent hæc scripta puella, meque deam clament & mihi sa-  
cra ferant. 5 Marmor Tænarium, id est tractum ex promon-  
tero Laconiz in Peloponneso. 6 Corcyra insula dicta est  
Phœacia & Phœaco Alcinoi filio, qui ibidem habuit hortos qui-  
bus nil fuit mirabilius. 7 Martius liquor fuit aqua laudati-  
fima, Romana a gente Martia ducta, quam restituit M. Agrippa.

8 Sunt tamen mihi Musæ comites, versusque mei sunt jucundi  
lectoribus, & meis canibus lassata est Calliope una ex musis.

9 Jovis Olympii templum intelligitur, quod in Elide fuit ce-  
leberrimum ludis & oraculo; ubi Jovis statua eburnea incre-  
dibili magnitudine a Phidia fabrefacta. 10 Mansolus fuit Rex  
Cariz: huic mortuo Artemisia uxor sepulchrum construxit ea  
magnificentia, ut inter septem orbis miracula recenseretur.

E L E G I A   I I I .  
S O M N I U M

Narrat poeta; visus enim erat sibi in Helicone Musarum monte  
dormire , cumque Heroico carmine bella scribere medita-  
retur a Phoeho admonitum se dicit , ut ad  
elegos se converteret .

**V**ifus eram molli recubans Heliconis in umbra &  
1. Bellerophontei qua fuit humor equi;  
Reges , 2. Alba , tuos , & regum facta tuorum  
Tantum operis nervis hiscere posse meis :  
Parvaque tam magnis admiroram fontibus ora ,  
Unde pater & sitiens Ennius ante hibit ,  
Et cecinit 4 Curius fratres , & Horatia pila ,  
Regiaque 5 Emilia uetta trophea rate ,  
Victorisque moram 6 Fabii , pugnamque finistram  
7 Cannensem , & verfos ad pia vota Deos :

1. Ad Heliconem montem fons est Caballinus, quem dicitur  
Pegasus equus ungula sua produxisse, quem *Bellerophonteum* di-  
cit, quia a *Bellerophonte* Neptuni beneficio fuerit deprehensus,  
ut contra Chimæram pugnatus uteretur. 2. *Albanas* Reges,  
a quibus Romani duxerunt originem, enumerat *Livius lib. 1.* ho-  
rum gesta canere meis fidibus , erat tantæ molis. 3. *Ennius*  
poeta Tarentinus primus Latinorum heroico carmine annales  
scripsit : articulare morbo periit, quem contraxit vino immodi-  
ce potando & siccandis calicibus. 4. Pugnam intelligit tergo-  
minorum *Curiatorum* adversus tergeminos *Horatios*: Hi Ho-  
ratii fuerunt Romani, *Curiatii* Albani : victi autem sunt Al-  
bani a Romanis ; unde obsecuti sunt semper, historiam refert  
*Liv. lib. 1.* *Horatia pila* , ita dicta est columnæ cui imposita  
funt *Curiatorum* spolia ad pugnæ hujus monumentum. 5. Per-  
seus Rex Macedonum ductus est Romam captivus a *Paullo*,  
*Æmilio* nave sexdecim remorum ordinibus ornata, vid. *Liv. lib.*  
44. 6. *Fabius Maximus* nectendo moras Annibalem hactenus  
invictum fregit; quare cunctando restituit rem. 7. *Cannensem*  
pugnapi funestissimam Romanis norynt onnes: deinde Dii pro-  
pitili facti sunt Romanis.

8 Hannibale inque 8 Læres Romana sede fugantes,  
 9 Anseris & tutum voce fuisse Jovem:  
 Cum me 10 Castalia speculans ex arbore Phœbus  
 Sic ait aurata nixus ad antra lyra:  
 Quid tibi cum 11 tali, demens, est flumine? quis te  
 Carminis heroi tangere iussit opus?  
 Non hic ulla tibi speranda est fama; Properti;  
 Mollia sunt parvus prata terenda rotis;  
 Cūr tua prescriptos evetta est pagina gyros?  
 Non est ingenii cymba gravanda rui.  
 Alter remus aquas; alter tibi radat arenas,  
 Tutus eris: medio maxima turba mari est:  
 Dixerat, & plectro sedem mihi monstrat eburno;  
 Qua novâ muscofo semita: facta solo est:  
 12 Hic erat affixis viridis spelanca lapillis,  
 Pendebantque capitis 13 tympana pumicibus:  
 Ergo Musarum, & 14 Sileni patris imago  
 Fictilis, & cylami; 15 Pan Tegeæ, cui,  
 Et Veneris domina volucres mea turba columba  
 Tingunt, 16 Gorgoneo punicâ rostra dacti:

8 3

Di-

Scriptæ etiam Ennius Læres seu Deos Romæ tutelares Han-  
 nibalem Romanam obdidentem variis terriculamentis fugasse post  
 Cannensem victoriam: 9 Jovem i.e. Capitolium; ad quam ar-  
 ceam cum noctu Galli clanculum obrepissent unferes fallere  
 non potuerunt, quorum striditu excitatus Manlius Gallos de-  
 turbavit: 10 Castalia arbor est laurus quæ plurima fuit in  
 Parnasso monte, ubi & Castalius fons, quo se præcipitavit Ca-  
 stalia virgo Apollinem fugiens. 11 Cum bali flumine, ex quo  
 nimirus Ennius heroici Carminis Scriptor bibit? 12 descri-  
 bit locum ab Apolline sibi demonstratum: 13 Tympana præ-  
 cipue dabantur Cybelæ matris Deorum, quæ utpote rotunda or-  
 bem terræ referebant: 14 Silenus appellatur pater honoris  
 ergo. Fuit cum musarum imaginibus etiam illa Sileni, qui utpo-  
 te nutrilius Bacchi, nunquam a Baccho sejungitur, qui Bacchus  
 semper in medio musarum choro choreas ducit: 15 Pan dici-  
 tur Tegeanus ab Tegea urbe quadam Arcadiæ: 16 Gorgonius  
 lacus est fons Caballinus a Pegasi unguis productus: Pegasi &  
 autem a sanguine Medusæ Gorgonis natus est, unde etiam di-  
 ctus Equus Medusæns: Punica rostra, ipsi coloris punicei &  
 subrubentis,

278 P R O P E R T I I  
 Diversæque 17 novem sortita jura puella  
 Exercent teneras in sua dona manus .  
 Hac ederas legit in thyrsos , hac carmina nervis  
 Aptat , & illa manu texit utraque rosam .  
 E quarum numero me contigit una dearum ,  
 Ut reor a facie , Calliopea fuit .  
 Contentus niveis semper vectabere cycnis ,  
 Nec te fortis equi ducet ad arma sonus .  
 Nil tibi sit rancor 18 prætoria classica cornu  
 Flare , nec 19 Aoniam cingere Marte nemus :  
 Aut quibus in campis 20 Mariano prælia signo  
 Stent , & Teutonicas Roma refringat opes :  
 Barbarus aut sevo perfusus sanguine 21 Rhenus  
 Saucia mærenti corpora vellat aqua .  
 Talia Galliope , lymphisque a fonte peritis ,  
 Ora 22 Philetea nostra rigavit aqua .

17 Varia musarum officia designat , circa quæ manus exercent .  
 18 Prætoria classica , i.e. imperatorum ac ducum res gestas :  
 Prætor pro quovis duce & imperatore sumitur . 19 musarum  
 nemus dicitur Aonium ab Aone fonte in Boeotia . 20 Hyp-  
 pallage pro Mariana signa stent prælio seu ad prælium parata .  
 Caius Marius Cimbros , Teutonas &c. cum ingenti manu con-  
 tra Romanos contendentes fregit . 21 Rhenus barbarus flu .  
 Germaniæ ad discriminem Rheni Bononiensis in Italia . 22 Cal-  
 liope postquam hæc dixisset , ex fonte ex quo bibere solebat  
 Philetas , hausit aquam & rigavit Propertii labra & factus est  
 Elegiaci carminis poeta imitatorque Phileta .

### E L E G I A . I.V.

#### E X P E D I T I O N E M ,

Quam Cæsar Augustus adversus Orientis populos apparabat ,  
 prosequitur poeta , Romanisq. armis felicitatem appreccatur .

**A** Rma 1 Deus Casar dites meditatur ad 2 Indos ,  
 Et freta gemmiferi findere classe maris .

1 Deus appellabatur Augustus licet vivus : ita Horat. lib.  
 3.od.5. Praesens Divus habebitur . 2 Indi populi Asia sunt  
 dites , quippe qui auto , gemmis &c. quæ in mari repeliuntur ,  
 ad delicias abundant .

1 Magna viri merces , parat ultima terra triumphos ,  
 2 Tigris & Euphrates sub tua jura fluent .  
 3 Sera sub Ausoniis veniet provincia virgis .  
 Assuefacta batio . 4 Partha trophae Jovi .  
 Ita agite experta bello date linea prora ,  
 Et solitum armigeri ducite manus 6 equi .  
 Omina fausta cano , 7 Crassor , cladesque piase :  
 Ite , & Romane consutte histria .  
 Mars pater , & sacra fatalia tamina 8 Vesta ,  
 Ante meos obitas sit , precor , illa dies ,  
 Qua videam spoliis onerata Casarit axe  
 Ad valgi planus 9 sepe resistere equos :  
 Tela 10 fugacis equi , & 11 brachiorum militis arcus ,  
 Et faber captoris arma sedere daces .  
 Ipsa 12 tuam prolem serua Venus : hoc sit in eam ,  
 Cernis ab Aenea quod superesse , caput .  
 Praeda sit hinc illis , quorum meruere labores :  
 Mi sat erit Sacra plaudere posse via .

3 Maximi sunt Aliae Ruvii . 4 Regio orientalis ferius attamen erit sub Augusto provincia , & experietur Romanos facies . 5 De Partibus populis spolia relata , & apposita Jovi Capitoline . 6 O ogni bellatores consuetum officium facite .  
 7 Crassus pater & filius contra Parthos pugnantes occubuerunt , quare piase maculam Reip. illatam , & Romano nomini consulite . 8 Fatalia tamina Vesta , i. e. sempiternus ignis a Virginibus Vestalibus tanquam Romae fatuus & tutela servabatur . 9 resistere ob spoliornis pondus . 10 Videam tela fugacis equi , i. e. Parthorum equitum , qui fugiendo pugnabant . 11 Quis fuerint braccas hic mites an Gallici an Dacus an Ponticus an Medus an Sarmata , ignotum ; omnes enim haec gentes braccis utebantur . 12 Julia gens , a qua Augustus a Venere ducebat originem , Julius unius fuit sanctus filius , Aeneas autem Venatoris .

## E L E G I A V.

## D E U M P A C I S.

Non Martis castra vult sequi Propertius : se divitiis non invidere dicit , cum omnia apud Inferos confundantur .  
 Quare Ayros insectatur : ethnicorum cæca & stulta confidentia : dicit etiam ludo in juventute indulgendum , atque in senectute se philosophie studio daturum .

**P**acis Amor Deus est , pacem veneramus & omnes.  
 Stant mihi cum sponsa prelia dura mea 1 .  
 Nec tamen inviso peccus mihi carpitur auro ,  
 Nec bibit e 2 gemma divite nostra sitis.  
 Nec mihi mille jugis 3 Campania pinguis aratnr ;  
 Nec miser æra peto classe , 4 Corinthe , tua .  
 O prima infelix fingenti terra 5 Prometheo !  
 Ille parum cauti peccoris egit opus 2 .  
 Corpora disponens mentem non videt in arte :  
 Recta animi primum debuit esse via .  
 Nunc maris in tanquam ventis jactamur , & hostem  
 Quarimus , atque armis necimus armis novas .  
 Haud ullas portabis oper Acheronis ad undas .  
 Nudus ab inferna , stulte , vehere rate .  
 Victor cum vittis pariter miscebitur umbris .  
 Consule cum 6 Mario , capte Jugurtha , sedes :

Ly-

1 Falsus igitur erat expectans pacem , ab amore , ex quo animus excruciatur saevis illam affectibus disperperatibus. 2 Non bibe in poculis gemmatis. 3 Campania provincia Italæ felicissima , cuius caput olim Capua , nunc Neapolis longe præstant Capuæ. 4 Æs Corinthiacum fuit celebratissimum commixtum ex auro , argento & reque . Corinthias erat urbs Achajæ duorum portuum commoditate ditata : Æs Corinthiacum nobile & pretiosissimum , ejus mercis causa eo ex Asia & Europa mercatores confluabant. 5 Hominis miseriam deflet , & formationem humani corporis , quam fabulabantur Poetae , a Prometheo factam , qui parvam curam animi habuit , cum animus longe nobilior sit corpore. Ovid.lib.1. Metamorph. 6 Inferi Marium vi-  
 torem cum victo Jugurtha confundunt , omnesque ibi æquales .

*Lydas Dulichio non distat, Crœsus ab Iro.*

*Optima mors, & parca quæ venit apta die.*

*Me juvat in prima coluisse Helicona juventa;*

*Musarumque choris implicuisse manus:*

*Me juvat & multo mentem vincire & Lyas;*

*Et caput in verna semper habere rosa:*

*Atque jocos ubi jam gravis interceperit atas,*

*Sparserit integras alba senecta comas.*

*Tunc mihi 10 Natura libeat perdiscere mores:*

*Quis Deus hanc mandi temperet arte domum:*

*Quæ venit exorient, qua deficit, unde coactis*

*Cornibus in plenum membrana luna redit.*

*Unde 11 salo superant venti: quid flamine caput*

*Eurus, & in nubes unde perennis aqua:*

*Sic ventura dier mandi qua subrata arces,*

*Parpareus pluvias cur bibit 12 areus aquas:*

*Aus cur 13 Perrhebi tremuere catamina Pindi:*

*Solis & atratis luxerit orbis equis:*

*Cur segnis versare boves, & planbra 14 Boote:*

*15 Pleiadum spizzo cur coit igne chorus:*

*Carue suos fines altum non exeat aquor,*

*Plenus & in partes quatuor annus eat:*

*Sub terris sine 16 jura Deum & tormenta Gigantum,*

*Tisiphones atro si furit angue caput:*

*Aut*

*7 Crœsus Lydorum rex opulentissimus: Iras homo pauperius  
mus & Dulichio insula maris Jonii, vide Homer. Odys. 18. 8  
Quæ apto loco & tempore venit alludit ad proverbium: Opti-  
mum non nasci aut quam citissime aboleri: 9 Ad ebrietatem  
usq. bibere & genio indulgere: 10 Quæ Philosophia docet, dum  
senex est, vult inquirere Propertius. 11 i.e. cur in mari venti  
abundant: quid Eurus infidetur: unde imber in nubes pro-  
veniat. 12 Iris aquas bibere dicitur, udo enim tempore ap-  
paret semper, unde Imbrisfer arcus apud poetas. 13 Pindrum  
poeta vocat Perrhebum, ad ejus quippe montis radices Perrhei-  
bi populi siti sunt: mons hic est in Thessalia altissimus musis  
facer & cui tremant montes perdiscam, & cur sol eclipsim pa-  
tiatur. 14 de Boote jam saepius dictum est: 15 Plejadae  
sunt septem stellæ, earum fulgor dicitur spissus, quia est tenuis  
& densus & vix cernitur, imo una fere latet. 16 fintne inferi, &  
ibi judices? Suntne Tisiphonæ una ex furiis anguibus armata?<br/>  
Quid mirum si genio in juventute indulgere illi certum fuerit:  
quum ad atheismum se defecisse hic non obscure subjiciebat.*

Aut 17 Alcmoenie furia , aut fejuria 18 Phineus &  
 Num 19 rota , num scopuli , num fitis inter aquas =  
 Num tribus infernam custodit faucibus antrum  
 Cerberus , & Tityo jugera paeca novem :  
 An fita in miseris descendit fabala genes ,  
 Et timor haud ultra , quam rogas , esse potest .  
 Exitus bio vide supereft mibi : vos , quibus arma  
 Grata magis 20 Crassi signa referte domam .

17 Quæ vexent Alcmoenem , qui matrem suam interfecit ut  
 prius esset in Amphiarauum patrem , qui ei matris nequitias ape-  
 ruit . 18 Phineus rex Arcadiæ mortua Cleopatra priore con-  
 juge secundam duxit Ideam ; hujus suauu Cleopatras filios ex-  
 cœcavit , quare & ipse a Diis dicitur excœcatus , & continuo  
 jejunare cogebatur , nam Harpyæ cibos foedabant & rapie-  
 bant . 19 Inferorum supplicia poeta persequitur , vide pag . 223 .  
 20 de Crassi signis vid . elegiam superiorem pag . 279 . num . 7 .

## H E L E G I A VI.

## A V A R I T I A M

Mortalium pecuniaeque cupiditatem infectatur , cuius causa  
 \* Pater quidam naufragio perierat .

**E**rgo sollicita tu causa , pecunia , vita es :  
 Per te immaturum mortis adimus iter .  
 Tu vitiis hominum crudelia pabula præbes :  
 Semina curarum de capite orta tuo .  
 Tu Patum ad i Pharios tendentem linteæ portas .  
 a. Obruit insano terque quaterque mari .  
 Nem dum te sequitur , primo miser excedit auro ,  
 Et nova longinquis piscibus esca natat .  
 Et mater non iusta pia dare debita terra ,  
 Nec pose cognatos inter humores regos .

Sed

Quis fuerit ille Pater ignoratur , nisi forte sit ille Arrius  
 Pater , de quo existat Catulli epigramma pag . 214 . quod incipit  
 Chommoda dicebat &c . nam in Orientem cum navigasse & in  
 Jonio mari periisse scribit ibidem Catullus . i Pharon insu-  
 lam Egypti Alexandria vicinam significat . a submersis sepius  
 velania fluctibus .

Sed 3 tua nunc volucres astant super offa marine,  
 Nunt tibi pro tumulo Carpathium omne mara.  
 Infelix Aquilo, raptæ timor 4 Orithyia,  
 Quæ spolia ex illo tanta suæ tibi?  
 Aut quidnam fracta gaudes, Neptuno, carina?

Fortabat sanctos 5 alveus ille viros.  
 6 Piæ, quid aratænum numeras? quid cara natans  
 Mater in ore sibi est? non habet unda Deos.  
 Nam tibi nocturnis ad saxa ligata procellis  
 Omnia detrito vincula fune cadunt.

Sunt 7 Agamemnonius teßantia littera cupax,  
 Quæ notat Arginni pena patantis aquæ;

Hoc Juvene amissæ classem non salvit Atrides:  
 Pro qua macata est Iphigenia mors.

Reddite corpus humo, posseque in gurgite vita,  
 Pætum sparsæ tua viliæ aresa tegas.

Ut, quies. Pati transbit nauta sepulchrum,  
 Dicat: Et audaci tu timor esse potes.

Ite 8 rigos curvæ, & leti quoque texite causas;  
 Ista pœx humanas mors venit alta manus.

Terra parum fuerat, fariæ adjectim undas:  
 Fortuna miseras auximus arte vias.

Anchora te teneat, quem non tenuero penates?

Quid meritum dicas cui sua terra parum est?

Ventorum est quodcumque paras: haud ulla carina

Consenit: faltis portus & ipso fidem.

Na-

3 Prætum alloquitur poeta. Carpathium mare est pelagus ad Ægyptum vergens ab insula Carpatbo dictum sita inter Rhodum & Cretam. 4 Aquilo dicitur timor Orithyia, quæ dicit. Pandonia ab avo suo Pandione, nam ipse Aquilo seu Boreas Orithyiam filiam regis Erictei regis Athenarum rapuit. 5 Alveus i. e. navis; ita Virgil. Simul accipit alveo Ingentem Æream. 6 Ita surdi sunt venti & tempestas ut minime priorum preces audiant. 7 Amnis Cephissum intelligit, in quo Arginus Agamemnoni regi Mycenarum carus periit: hujus amnis aquas reddidit infames mors, quam unda irata Arginno inculpsa quare Agamemnon dictus Atrides ab Atreo patruo, ut placaret ventos Deosque maris Ippigeniam filiam immolavit, antequam solveret ex portu Aulidis ad Trojam expugnandam, & Navem execratur poeca, & hominum audaciam.

Natura insidians pontum substravit avaris;

Ut tibi 9 succedat, vix semel esse posset.

3 axis triumphales fregere 10 Capharea puppes;

Naufragia cum vasto Grecia traxa salo est.

Pauclatim 11 sotium jacturam levit Ulysses;

In mare cui soli non valuerat doli;

Quod si contentus pario bove verteret agros,

Verbaque duxisset pondas habere mea:

Viveret ante suos dulcis rovvivā penates;

Pauper at in terra, nil ubi stiere posset.

Non 12 tulit hic Pætus fidorem audire procedit;

Et Euro teneras lacerare fure manus;

Bed 13 Thyia thalamo, aut Onicia serobnthe

Effultum pluma verfcolorē caput;

Huic flatus vivo radicitus abstulit ungues,

Et miser invitam straxit hincus aquam.

Hunc parvo ferri vidit non improba ligno;

Pætus ut occideret, eoc coiere mala:

Flens tamen extremis dedit hac mandata quarelit;

Cum mortbunda niger clanderet ora, liquerat;

Dii maris 14 Aegei quæ sunt penes aquora venti;

Et quicunque memum degravat unda caput;

Quo rapitis miseror prima lanuginis annos?

Attulitque longas in freta vestra manus.

ab

9 Vix autem semel potest accidere ut tibi prospere succedat:

10 Caphareus mons in Eubœa, ubi mare nautis formidabile

ob vortices: ibidem Nauplius Eubœæ rex mortem filii Palamedis Ulyssis dole interempti uitus est. Græci enim cum vi-

tores ab Troja redirent, Nauplius facem in Capharei montis vertice apposuit, ut Græcis locus fidem portus haberet

videtur, quo cum venissent, inter eantes Caphartas naufragium fecerunt.

11 Ulysses quamvis mortalium vaserrimus,

pericula maris effugere non valuit, socioramque omnem comi-

tatum vel naufragiis, vel aliis calamitatibus amissos levit.

12 non potuit tunc Pætus fragorem tempestatis audire.

13 Dum vulnus Pætus thalamo cedrino caput reclinare, ipsum sibi

ungues rodentem gurges inimicis fluctibus obruit; Thyia est

arbor odorifera, quæ Cedrus dicitur. Orïam urbs Epri, ubi

nascitur Therebiathus, arbor ad verustatem fidelis.

14 mare Aegeum, nunc dicitur Arcipelago. Dongas, Scaliger in-

terpretatur non perjurio debilitas, puratum est olim, perjuros

fieri

*Ad miser! 15 Alcyonum scopulis affigat acutis*

*In me cœruleo 16 fuscina sumta Deo oft.*

*At saltēm Italie regionibus aduebas cœsus!*

*Hoc de me sat erit, 17 si modo matris erit*

*Subtrahit hac fantes sorta vertigine fluctus:*

*Ultima quæ Pæto noxque diesque fuit.*

*• 18 centum æquoreæ Nereu genitore puella,*

*Et tu materno tacta dolore Thetis,*

*Vos dicit lasso supponere brachia meno;*

*Non poterat vestræ ille gravare manus.*

*Et tu & seræ Aquilo, nunquam mea vela vidobis;*

*Conjungis ante fortes condar oportet iners.*

fieri mancos membra aliquo square idem dicit Poeta; *Porsabili  
lancos alveus ille viros: hoc est non perjuros.* Dusa longe ali-  
ter: inquit enim, *Pæto collisione fluctuum & scopalorum manus*  
*& digitos breviores factos & mutilos, quos integratos attulerat in*  
*mare: quod s̄æpe accidit hominibus naufragio in littus expulsi.*  
15 *Alcyones, aves sunt marinae quæ nidum aptant in scopulis.*  
16 *Neptunus contra me suum impingit tridentem, 17 si corpus*  
*meum mater habeat, 18 Nereidas maris Nymphas, quæ cen-*  
*tum credebantur, & Thetides Achillis matrem alloquitur poe-*  
*ta; quæ filii sui necem maternis lacrimis prosecuta est.*

## ELEGIA VII.

### MÆCENAS

Hortatus fuerat Propertium ad heroicum carmen scribendum,  
& grandiora argumenta tractanda; qui quidem se excusat  
non omnibus omnia convenire. Denique cum Mæce-  
natem impense laudari, maximam ejus mode-  
rationem se velle imitari proficeret,

**M**æcenas & eques Hetrusco de sanguine regum;  
Intra fortunam qui cupis esse tuam:  
Quid me scribendi tam vastum mittis in aquor?  
Non sunt apta meæ grandia vela rati.

*Turpe*

I. *Eques, contentus enim semper fuit ordine equestri quo*  
*natus est, altioresque dignitates etiam oblatas accipere noluit,*  
*Unde & Hor. lib. 3. od. 16. Mæcenas equitum decus: Quiun-*  
*dus fuit e gente Cilnia ex qua reges Etruriaz.*

Turpe est, quod nequeas, capiti committere pondus :  
 Et pressum infexo max dare terga genu.  
 Omnia non pariter rerum sunt omnibus apta.

- Fama nec ex 2 equo ducitur ulli' jugo .  
 Gloria 3 Lysippo est animosa effingere signa .  
 Exaltis Calamis se mihi jactat equis .  
 In Veneris tabula summam sibi ponit 4 Apelles .  
 Parrhasius parta vindicat arte locum .  
 Argumenta magis sunt 5 Mentoris addita forma .  
 At 6 Myos exiguum fletit acanthus iter .  
 Phidiatus signo se Jupiter ornat eburno .  
 Praxitelem Parius vindicat arte lapis .  
 Sunt , quibus 8 Eleæ concurrit palma quadriga :  
 Sunt , quibus in celeres gloria nata pedes .  
 hic satus ad pacem , hic castris utilis armis :  
 Natura sequitur semina quisque sua .  
 At tua , Mænas , vita præcepta recepi ,  
 Cogor 7 exemplis te superare suis .  
 Cum tibi Romano 9 dominas In honore secures ,  
 Et liceat medio ponere jura foro :

*Vel*  
 2 non ex eodem fonte Iaus omnis provenit . 3 statuarius  
 celeberrimus qui sexcenta & decem opera fecisse traditur. Ca-  
 lamis etiam insignis sculptor, qui currus equosq. sine æmulo  
 expressit . 4 Apellis Venerem omnis mirum in modum pre-  
 dicavit antiquitas. De Parrhasio Atheniensi vel Ephesino pi-  
 etore omnium primo in picturæ symmetria vide Plin. l. 35. c.  
 10, qui & ejus certamen cum Zeuxi narrat . 5 Argumenta  
 Mentoris , qui fuit vasis cælandis artifex mirabilis , qui adde-  
 bat formæ idest vasis jam perfectis sua opera , quæ nimis ru-  
 ìta applicareatur. vasis ut etiam detrahiri possent . 6 Myos  
 etiam fuit artifex peritissimus cælando argento : Acanthus  
 herba est , quæ alio nomine branca ursina dicitur ; hic accipi-  
 tur pro flexuoso & sinuoso ornatiū . 7 Phidiā's statuarius no-  
 bilitissimus , Diis efformandis nihil in eo genere perfectius ast .  
 Cic. in Oratōr. De Praxitele scribit Plin. l. 36. c. 5. Mar-  
 moris nobilitate superavit etiam seneb. Baptis Parius , qui  
 solo Praxitele dignus est , educitur ex insula Paro una ex Cy-  
 cladibus . 8 Alii , inquit poeta , ludis Olympicis celebran-  
 tur : Elei populi , unde Eleæ quadriga , sunt in Peloponneso  
 Jovis Olympicī templo & ludis Olympicis clarissimi . 9 de-  
 minatio nis indices .

Vel tibi 10 Medorum pugnaces ire per hostes ,  
 Atque ouerare tuam fixa per arma domum .  
 Et tibi ad effectum vires det Casar , & omni  
 Tempore tam faciles insinuantur opes :  
 Parcis , & in tenues humilem te colligit umbras .  
 Velerum plenos substrabis ipse finis .  
 Credo mihi , magnos aquabunt ista 11 Camillos  
 Indicia , & venies tu quoque in ora virum ;  
 Casaris et fame vestigia juncta tenebis :  
 Mæcenatis erunt vera tropæa fides .  
 Non ego uelifera tumidum mare fundo carina :  
 Tota sub exiguo fulmine nostra mora est .  
 Non flebo in cineres arcem sedisse paternos  
 12 Cadmi , nec semper prælia clade pari :  
 Nec referam 13 Scæas , et Pergama Apollinis arces ,  
 Et Danaum dacimo vere redisse rates ,  
 Mania cum Grajo Neptunia pressit aratre  
 Victor Palladia ligneus artis equus .  
 Inter 14 Callimachi sat erit placuisse libellos ,  
 Et cecinisse modis , Coe poeta , tuis .  
 Te duce uel Javis arma canam , cæloque minantem  
 15 Cœum , et Phlegræis Qromedonta jugis :  
 Gelsaque Romanis decerpta 16 palatia tauris  
 Qrdiar , et caeo mania firma Rema ;

Edu-

10 Medi sunt Aixæ populi Parchis Persisque frakimi . 11  
 Camillus dictus est alter Romulus ob Gallos Roma dejectos .  
 12 non canam arcem Cadmi , i. e. urbem Thebas a Cadmo  
 conditas , ab Alchæzone dirutas , & ubi fratres germani Ethe-  
 næles & polinices mutuis vulneribus conciderunt . 13 Scæas  
 portas & Pergama , i. e. bellum Trojanum cum Græcis qui  
 Trojani decem annis obfedere , quam Neptunus & Apollo  
 ædificavere , & quam deinde pressit equus ligneus opus Palla-  
 dis . 14 de Callimacha & Choo poeta vide pag. 272 . 15  
 Cœus fuit unus ex Gigantibus qui Jovem e cælo dejicere co-  
 nati sunt : sicuti etiam Qromedon in Phlegræis jugis : duplex  
 est Phlegræus campus alter in Thessalia , alter Puteolis . 16  
 Cantabo Romæ originem : Romuli tempestate boves in mon-  
 te Palatino herbas depascebant . Post mortem Remi nemo ani-  
 sus violare mania Urbis ,

288 P R O P E R T I I .  
 Eductosque pares 17 fibuestri ex ubere reges ,  
 Cresces et ingenium sub tua iussa meum .  
 Prosequar et currus 18 utroque ab littore avan-  
 Parthorum , astuta retia remissa fuga :  
 Castraque 19 Pelusi Romano subruda ferre ;  
 Antönique graves in sua fata manus .  
 20 Mollis tu coepit fautor cape lora juvente ,  
 Dexteraque immisit da mihi signa rosis .  
 Hoc mihi , Mæcenas , laudis concedis : et a 20 est  
 Quod ferar in partes ipse fuisse tuas .

17 Remum & Romulum lacte lupas nutritos intelligit . 18 i.  
 e. ab orientali & occidentali mari triumphos a Romanis duci-  
 bus relatios prosequar . Parthi fingebant fugam pugnando . 19  
 Bellum Alexandriaum notat , cum Antonium devicit Augustus ,  
 & ut sibi manus inferret compulit , & Pelusium urbem Aegypti  
 subvertit , nunc dicitur Bamiata ; 20 Mollis fautor , i.e. fa-  
 cilius & benignus . A te accepi , ut exempla tua sequerer ,

## E L E G I A V I I I .

### N O V Æ S P O N S æ

Natalis dies , ut lætius celebretur , cæli serenitatem operat  
 poeta , maris tranquillitatem & omnia fausta precatur :  
 & Sponsam ipsam ad sacrum illum diem natali-  
 tium celebrandum exhortatur .

**M**irabar quidnam missent mane i Camena  
 Ante meum stantes sole rubente thorum .  
 Natalis nostra signum misere puelle ,  
 Et manibus faustos ter crepuestr sonos .  
 Transeat hic sine nube dies , stent aere venti ;  
 Ponat & in fisco molliter unda minas .  
 Aspiciam nullos hodierna luce dolentes ,  
 Et 2 Niobes lacrimas suppressat ipse lapis .

*Alcyone*

1 Musæ celebraturæ diem natalem , Propertio summo mane  
 ante thorum astitere . \* Allusum ad illam ter crepandi plau-  
 dendiq. confuetudinem : ita Horas . Carm . 2 . Od . 12 . Lænum theba-  
 tris ter crepauit sonum . 2 Niobe filia Tantali & uxor Amphio-  
 nis Thebanorum regis , sex mares filios & sex feminas habuit:  
 ob educationem filiorum præfetulit Latona : Apollo & Diana

*ma-*

3 Alcyonum positis requiescant ora querolis :  
 Increpet absuntum nec sua mater & Ityn .  
 Tuque , o cara mihi felicibus edita pennis  
 Surge , & poscentes justa precare Deos .  
 Ac primum pura somnum tibi discute lympha ,  
 Et nitidas proffo pollice finge comas .  
 Inde coronatas ubi thure piaveris aras ,  
 Luxerit & tota flamma secunda domo :  
 Sit mensa rasio , neque inter pocula errat ,  
 Et crocino nares & myrrheus ungat onyx .  
 Tibia nocturnis succumbat rauca choreis ,  
 Addantur festis & bona verba sonis .  
 Dulciaque ingratis adimant convivia somnos .  
 Publica vicina perstrepas & aura via .  
 Annua solvamus Mufis solemnia nostris ,  
 Natalisque tui sic peragamus iter .

maternam ulciscentes injuriam duodecim ejus filios sagittis interemerunt: Niobem autem conquerentem convitiantemque in saxum transformavit Latona, & Amphion conjux praे dolore mortem sibi concavit. 3 Alcyones aves marinæ mortem lamentantur Ceycis conjugis Alcyones , quæ fuit in avem ejusdem speciei nauata. 4 Hoc est , nec Progne quæ facta est hirundo filium suum Iyn intererum & mensis appositum lamentetur. 5 Myrreus onyx est vasculum myrrha plenum , i. e. unguento pretiosissimo : unde Myrrheus crinis , & Myrrha coma , i. e. Myrrha delibuta. 6 aura viae publicæ perstrepit canu plausque .

## ELEGIA IX.

## MULIERUM IN VIROS

Potestas quæcunque sit, pluribus feminarum exemplis demonstrat.  
 Deinde in laudes Augusti excurrens Antonium & Cleopatram Romanis arcibus formidabiles infectatur.

**Q**uid mirare , meam si ueras fæmina vitam ,  
 Et orabis addictum sub sua jura virum ?  
 C. iminaque ignavi capitis mibi turpia fingis ,  
 Quod nequeam fratre rampere vincita iugis ?

T

Ven-

Venturam metius præfigit navis maritem;

Vulneribus didicit miles habere metum.

Ista ego præterita jactavi verba juvensa:

Tu nunc exempla disce timere meo.

1 Colchis flagranteis adamantina sub juga taurorum

Egit, & armigera prælia sevit humo:

Gustodisque feros clausit & serpentis hiatus,

Iret ut Æsonias aurea lana domos.

Ausa ferox ab equa quondam oppugnare sagittis

3 Meotis Danaum Penthesilea rates:

Aurea cui postquam nudavit cassida frontem,

Vicit victorem candida forma virum.

4 Omphale in quantum formæ processit honorem

Lydia Gygeo tintæ puella lacu:

Ut qui pacato statuissest in orbe columnas,

Tam dura traheret mollia pensa manu,

Persarum statuit Babilona & Semiramis urbem,

Ut solidum cocto tolleret aggere opus.

Et

1 Cholchis i. e. Medea a Chalchide oriunda incaneationibus effecit, ut Jason Tauros ignem spirantes, qui vellus aureum servabant, domaret jugo adamantina i. e. quod non frangi posset. Et Medea docuit Jasonem draconis dentes seminare, unde nati homines armati, qui sese mutuis vulneribus trucidarent. 2 Draconis pervigilis, quem incantamentis Medea Jason sopitum interfecit, ut in Thessalam vellus aureum in domum Æsonis patris Jasonis asportaretur. 3 Penthesilea Meotis, idest ex Scythia auxilium Priamo Trojanisque contra Græcos culit, demum cum eorundem classem impeteret, ab Achille est imperfecta: Achilles forma Penthesilee captus sepietendam curavit, at Diomedes suadebat in Scamandrum fluv., projiciendam. 4 Omphalem reginam in Lydia quæ se lavit in lacu Gygeo, qui 40. stadiis distat a Sardibus, ea floruit pulcritudine, ut Herculem ad lanificium & ad pensa trahenda libi servientem compulerit, qui postquam mundum monstris tyrannisque purgasset, laborum suorum metas duas erexit columnas in extrema Hispania Calpen & Abelam dictas. 5 Assyriorum regina, Nisia regis uxor, quæ hujus persona affumta annos 50. regnavit, & triumphis, divitiis imperioque omnes reges superavit. Babylonem ex cocto lacere maximam fecit,

Et due in aduersum misit per mœnia currus ,  
 Ne possent ratto stringere ab axe latas .  
 Duxit & Euphratēm medium , qua condidit arces ,  
 Jussit & imperio surgere Bactra caput .  
 Nam quid ego Heroas , quid 6 raptem in crimina Divos ?  
 Jupiter infamat seque , suamque domum .  
 7 Conjungis obsecni premium Romana poposcit  
     Mœnia , & addictos in sua regna Patres .  
 Noxia 8 Alexandrina dolis aptissima tellus ,  
     Et toties nostro Memphi , cruenta malo :  
 Tres ubi Pompeio detraxit arena triumphos ,  
     Tollerat nulla dies hanc tibi Roma notam .  
 Issent 9 Phlegraō melius tibi funera campo ,  
     Vel tua si socero colla daturus eras .  
 Scilicet 10 incesti meretrix regina Canopi ,  
     Una Philippeo sanguine inusta nota ,  
 Ausa Jovi nostro latrantem opponere 11 Anubin ,  
     Et Tiberim Nili cogere ferre minas :

Re-

fecit , portisque centum æneis , hortis penſilibus murisque altitud. 200. cubitorum , latitud. 50. ad leptimum terrarum orbis miraculum ornavit , ita ut duæ quadrigæ sibi occurrentes sine poriculo attingendi commeare possent : et fluv. Euphratēm per medium Babylonem induxit . Et Bactra caput Bactrianæ regionis Assyriorum imperio adjecit . 6 Quid vocem in crimen Divas & Heroas ? Jupiter ipse tot pellicibus cœlum infamavit . 7 Hæc fœmina est Cleopatra , quæ magnum dedecus intulit Romano nomini bellum intentando : & ab Antonio pro ſpurei conjugii mercede imperium Rom. poposcit & Senatores . 8 Poeta convertit sermonem ad Aegyptum , cuius metropolis Memphis , in qua fuerunt Pyramides iáter orbis miracula ; in Aegyptio littore occisus fuit Pompeius tot triumphis clarus quot suns terra partes , ait Cic. pro Cornel. Balbo . Tres triumphos afferit ei Velleius & Plinius . Et Albinus apud Priscian. Illo cui iernis Capitolia celsa triumphis Sponte Deum patuere . 9 Phlegraum campum vocat Pharsalicum in Thessalia , ubi cum socero suo Julio Cæfare Pompeius infaustis avibus decertavit . 10 Cleopatra regina Canopi urbis Aegypti , quorum cives moribus perditissimi : quæ meretrix Cleopatra dicitur infamiam inußisse genti Macedonum , a quibus ortam narrare historie omnes . 11 Pugnam Actiacam

292 P R O P E R T I I  
Romanamque tubam crepitanti pellere 12 *ffro*,  
13 *Baridos* & contis rostra Liburna sequi :  
Fædaque Tarpeio 14 Conopœa tendere saxo ,  
Jura dare statuas inter & arma Marj .

Quid nunc 15 Tarquinii frattas juvat esse securas ,  
Nomine quem simili vita superba norat ,  
Si mulier patientia fuit ? cape, Roma, triumphum ,  
Et longam Augusto salua precare diem .  
16 Fngisti tamen in timidi vaga flumina Nili :  
17 Accepere tue Romula vincia manus .  
Brachia spectavi sacris admorsa colubris :  
Et trahere accultum membra soporis iter .  
Non hæc , Roma , fuit tanto tibi 18 civis verenda ,  
Nec ducis assiduo lingua sepulta mero .  
Septem urbs alta jugis , zoto que praefides orbi ,  
Foamineas timuis territa Marte minas .

Anni-

designat, qua commissos esse Romanos ac Ægyptios deos asserat ; *Anubis* Deus maximus Ægypti capite canino effigieatur , unde *Lastraser Anubis* . 12 *Sistrum* musicum instrumentum Ægyptiorum , quo in tripudijs utebantur , sicuti *subi* Romani . 13 *Baris* navigii genus , quo vehebant Ægypti mortuorum cadavera ad sepulcrum : *Rofra Liburna* sunt Romanorum *rostratae* naves , dictæ *Liburna* a *Liburnis Myrici* populis . 14 Cleopatra ausa est tendere foeda tentoria in *Tarpeia* rupe i.e. Capitello : ubi erant statua & tropæa Caii Marii relata de Jugurtha , de Cymbis ac Teutonia . 15 *Tarquinius* Superbum intelligit poeta , cuius *secures* i. e. imprium fratum q̄s a Romanis , cum ejectus fuit : dicit autem Propertius si tyranno parendum sit , ferendum potius *Tarquinium* , quam foeminam superbam & impudicam . 16 Ex Actiaco prælio 50. navibus fugientem Cleopatram secuens Antonius victoriam reliquit Augusto . 17 de imagine Cleopatræ intelligendum ductæ in triumphum Romæ cum aspide mordicus ejus brachio inhærente : interim corpus abditam viam mortis attrahebat . 18 Augusto lospite foemina hæc non tibi , o Roma , metuenda est , neque lingua Antonii imperatoris perpetuo mero calentis : tu que vicisti *Annibalem* , *Syphacem* regem Numidiæ a Scipione captum & carcere inclusum , & *Pyrnum* Epirotarum regem , de quo Manius Curius Dentatus triumphavit .

*Annibalis spolia , & vitti monimenta Siphacis ,  
Et Pyrrhi ad nostras gloria fracta pedes .*

*19 Curtius expletis statuit monimenta lacunis :  
At Decus missa pralia rupit equo .*

*20 Coelitis abscessos restatur semita ponere ,  
Es cui cognomen 21 curvus habere dedit .*

*Hac Dii condiderunt , hac Dii quoque moenia servant \* .  
Vix similit , salvo Cesare , Roma Jovem .*

*Nunc ubi 22 Scipiade classes ? ubi signa Camini ?  
Aut modo Pompeja Bosphora capta manu ?*

*\*\* Leucadius versus acies memorabit Apollo .  
Tantum operis belli susculit una dies .*

*At \*\*\* tu five peers portus , sen , navita , linques :  
Cesaris in toto sis memor Jonio .*

*19 Cum Rom. forum vasto hiatu defedisset , aruspices dixerent , expleri non posse , nisi ea re qua plurimum posset Populus Rom. quod de virtute populi Rom. M. Curtius interpletatus equitans in eam voraginem se immisit , & hieatus , ut ferunt , expletus est . Et Decimae concitato equo in medios hostes irruit , Liv. lib. 8. 20 De Horatii Coestriis virtute nota est historia . 21 Valeriam Corvinam intelligit , ita dictus a Corvo qui ei in auxilium venit , cum contra Gallum provocantem , quem vicit interfecitque , dimicaret . \* Dum fœde Augusto adulatur osteadit , quam demissa de diis fenciat poeta . 22 Scipio Africanus summa celeritate in Africam classem transmisit : de quo Lucret. Scipiades bellum fulmen , Carthaginis horrer : Et Camillus Gallos Roma expulit , signaque quæ Romanis ademerant recepit . Bosphora neutro genere , ut Mae-nala , Ismara &c. duplex est Bosphorus Tractus & Cimmerius , utrumque vicit Pompeius . \*\* Apollo celebrabit victoriam Augusti , & versam in fugam Antonii classem . Apollo dicitur Leucadius a Leucade in Epiro , ubi templum habuit quod ornauit Augustus post Actiacam victoriam . Tantum opns belli confecit una dies . \*\*\* Elegiam clausurus poeta navigantes per mare Jonium monet , ut Augusto acceptum referant , quod tuti navigent eo mari , quod Antonius & Cleopatra armis suis infestabant , antequam delecentur .*

## ELEGIA X.

## POSTHUMUM QUEMDAM

Inclusat, qui ductus avaritia conjugem suam Gallam reliquerat,  
ut Augustum contra Parthos sequeretur, carpitque homi-  
nem, quod pluris ficeret pecunias quam uxorem,  
quæ castitate & pudicitia Penelopem vincoret.

**P**osthume plorantem potuisti linquere Gallam !

Miles & Augosti fortia signa sequi ?

1 Tantine illa fuit spoliati gloria Parthi ;

Ne faceres Galla mula rogante tua ?

Si fas est, omnes pariter percastis avari,

Et quisquis fido prætulit arma thoro.

Tu tamen injecta tebus, vesane, & lacernæ

Potabis galea fessus & straxis aquam.

Illa quidem interea fama tabescet inani ;

Hac tua ne virus frat amara tibi :

Neve tua & Meda latentur cæde sagittæ ;

Ferreus aurato neu cataphractus equo :

Neve aliquid de te stendum referas in urna :

Sic redeunt, illis qui cedidere locis.

Ter quater in casta felix, o Posthume, Gallæ !

Moribus his alia conjugæ dignus eras.

Quid faciet nullo munera puella timore,

Cum sit luxuria Roma magistra sua ?

Sed securus eas : Gallam non munera vincent,

Duritiaque tua non erit illa memor.

Posthumus alter erit miranda conjugæ & Ulysses.

Non illi longæ tot nocuere moræ :

Gr-

1 Tantine facis laudem de Parthis victis, ut Gallam tuam  
enixe te precantem, ne desereres, non exaudieris. 2 vestis  
militaris genus, unde populus urbanus togatus, castrensis vero  
seu militares Lacernati vocabantur. 3 fluvius Armeniæ ma-  
joris qui in Caspium exoneratur : sollempne militibus aquam  
galea potare. 4 Gallæ interea ob vanam gloriam tuam con-  
tabescet, ne hæc expeditio tibi sic luctuosa. 5 Medæ sagittæ i.e.  
Parthæ, qui populi insignes sagittarii : Ne ferreus cata-  
phractus gaudeat equo suo aurato. 6 Enumerat poeta Ulys-  
sis

**C**astra decem annorum, & Ciconum mons, & Ismara, Calpe,  
Exusta que sua mox, Polypheme, gene:  
**C**irce frandes, lotosque, herbaque tenaces,  
Scyllaque, & alternas scissa Charybdis aquas:  
**L**ampetie Ithacis verubus mugisse juvencos:  
( Paverat hos Phœbo filia Mampetie,)  
**E**t thalamum 9 Ææ flentis fugisse puella,  
Torque bisemis noctes, torque natasse dies,  
Nigransque domos animarum intrasse silengum,  
Sirenum surdo remige adisse lacus:  
**E**t 10 veteres arcus letho renovasse procorum,  
Errorisque sui sic statuisse modum:  
Net frastra: quia casta domi persederat uxor.  
Vincit Penelopes Lælia Galla fidem.

*fis* labores erroreisque; qui non nocuerunt eidem apud Penelopem constantem, ita apud Gallam pudicam expeditio Posthumus &c. Hos Ulyssis errores jam supra descripsit Tibuikis videlicet pag. 250. 7. *Ismara*, orum, mons Thraciae prope Circenses ipsos. \* *Calpe*, nunc Gibilterra, una ex columnis Herculis, mens & urbs Hispaniae Baeticæ: in Hispaniam ultimam navigavit Ulysses, quare urbs Ulyssippo *Lisbona*. 8. *Lampetie* filia Jovis, hæc dieitur pavisse boves patris sui in Sicilia, quos Ulyssis socii furati sunt: vide pag. 251, num. 24. 9. *Ææ puella* est Circes ab Ææa insula quam habitabat: hic autem Propertius intelligit de Calypso Nympha, nam jam dicit de Circe. Licet Homerus domum Calipsum afferit tuisse Ogygiam, sed circa fretum Sieulum plures fuere insulæ nomine Ææe. 10. *Arcus*, qui toto errorum Ulyssis tempore jacuerunt inutiles, contra procos Penelopis, quos omnes occidit, exercuit. vide Odyssi lib. 21. & 22.

## E L E G I A X.

## MULIERUM AVARITIAM

Insestatur & luxum, quem nimium libere grassari  
mores sinunt.

**C**erta quidem tantis causa, & manifesta ruinis,  
Luxuria nimium libera facta via est.  
T 4 Jada

*Inda 3. cavis aurum metit formica-metallis,*

*Et venit e rubro 2. concha Erycina solo :*

*Et 3. Tyrus ostrinos præbet Cadmea colores,*

*Cinnamom & multi 4. pastor-odoris Arabes.*

*Hec etiam clausas expugnant arma pudicas,*

*Quæque terunt fastus, 5. Icaroti, tuos.*

*Matrona incedit census induea 6. nepotum,*

*Et spolia opprobrii nostra per ora trahit.*

*Nulla est poscendi, nulla est reverentia dandi:*

*Aut si qua est, prelio solitus ipsa mors.*

*Felix Bois 7. lex funeris una maritis,*

*Quos Aurora suis rubra colorat equis:*

*Nanque ubi mortifero jastru est fas aloima letto,*

*Uxorū suis fias pia turba comis:*

*Et certamen habent lethi, qua viva sequatur*

*Conjugium: pudor est non licuisse mors.*

*8. Ardent victrices, & flamma petora præbent,*

*Imponuntque suis ora parusta viris.*

*Nic genus infidum nuptarum, hic nubila quella;*

*Nec fida 9. Evadne, nec pia Penelope.*

*Feliz.*

1. Indicat formicas narrant ex terris cavernis aurum egere. Metalla posuit pro fodinis. 2. Erycina dicitur concha a Venere, quæ concha vecta in Cytheram statim ac e sumabundo mari orta est: Erycina dicitur Venus ab Bryce Siciliæ monte in quo religiosissime colebatur. 3. Tyrus Cadmea quia nimirum Cadmus filius fuit Agenoris regis Tyrrorum. Tyrus conchilis & purpura nobilissima. 4. Pastores dicit Arabes quod armenta summas divitias astimarent, ut de Jobo in sacris Codd. Arabes mequant & colligunt omne genus aromatum & unguentorum. 5. Icaroti i.e.o Penelope: quæ fuit filia Icaris hæc dicuntur terere fastus, i.e. minuant famam ejus pudicitie in repellendis fortiter procis. 6. Nepotes sunt luxuriosæ vires homines: matronæ prodire in publicum audent amictæ fortunis hominum luxu perditorum, & exuvias probrosorum hominum gerunt ante oculos nostros. 7. Lex est apud Indos ut uxores (plures enim uni viro nubunt) judicio contendant, quæ magis maritum dilexerit: quæ vicerit exquisito cultu ornata una cum viro in rogum imponitur & crematur, quæ vieta est moesta discedit. 8. Quæ uxor vicerit gaudet & præbet corpus flammæ & facies suis ut perurante. 9. Romæ non est

*Evadne.*

Felix agrestum quotidem parva juvenas,  
 Birutis quorum mefis, & arbor erant.  
 Iulis pompa fuis decussa 10. Cydonia rama;  
 Et dare pustulis plena canistra rabi:  
 Nunc violas tondere manu, nunc mista referre  
 Lilia virgineos lucta per calathos:  
 Is portare suis vestitas frondibus uvias,  
 Aut variam plumae versicoloris avem.  
 Minulei pellis totos operibat amantes,  
 Altague nativo creverat herba toro.  
 Pinus & incambens latas circundabat umbras,  
 Nec fuerat castas 11. pena videre Deus.  
 Corniger 12. Idaeum vacuum pastoris in aulam  
 Dux aries saturus ipse reduxit oves.  
 Diique Deaque omnes, quibus est entela per agros  
 Præbebant vestriss verba secunda foels.  
 Et leporem quiemque utnis venaberis, hospes,  
 Et si force meo tramite queris avem.  
 Et me Pana sibi temitem de rupe vocato:  
 Sive peras calamo premia, sive cane.  
 At nunc desertis cessant sacraria lucis.  
 Aurum omnes vitta jam pietate colunt,  
 Aurea nunc vere sunt siecula, plurimus euro  
 Venit bonos, auro conciliatur amor.  
 Auro pulsæ fides, auro vanalina jura,  
 Aurum lex sequitur, mox sine lege pudor:  
 Torrida sacrificium testanent limina 13. Brennum,  
 Dum petit intonsi Pythia regna Dei;

At

Fundne, que in viri sui Capanei rogum se injecit. De Penelope nota fabula, que procos viginti annos delufit. 10 Cydonia lauit poma, de quibus loquitur Virg. Ecl. 3. Aurea mala decem misi, cras altera mittam. Rubum posuit pro moris.  
 11 Alludit ad fabulam Acteonis cui poena inflicta quod Diana conspexisset. 12 Ideus pastor est Paris, nam a pastoriibus in Ida monte nutritus est & pavit ipse greges: in Paridis autem cornutus aries reducebat oves saturas. 13 Tangit historiam Gallorum qui duce Brenno ducti prædæ cupiditate templum Apollinis Delphici invasere, (qui dicitur Pythius & Python serpente imperfecto, & Intonsus quia semper Juvenis;) quare eos Deus hic iratus fulminibus & concusso Parnassi vertice. & effusis nivibus a proposito disjecit.

148 PROPER. T I I

*At mons laetigero concusus vertige duras*

*Gallica Parnas. sparsit in arma nives.*

*Te scelus accepto 14 Thracis Polymnestoris auro*

*Nutrit in hospicio non, Polydore, pio.*

*Tu quoque, ut auratos gereres, 15 Eriphylla, lacertos;*

*Dilapsis nusquam est Amphiarauis equis.*

*Proloquar, atque utinam patrie sim vanus aruspex:*

*Frangitar ipsa suis Roma superba bonis.*

*Certa loquor, sed nulla fides; neq; enim 16 Ilia quondam*

*Verax Pergameis Mœnas habenda malis.*

*Sola Parin Rhrygiae fatum componere, sola*

*Fallacem patrie serpere dixit equum.*

*Bte 17 furor patrie fuit utilis, ille parenti:*

*Experta est veros 18 irrita lingua Deos.*

14 *Polymnestor fuit Rex Thracum, huic genero suo Priamus*  
*Polydorum filium cū magno auri pondere tradidit educandum,*  
*sed rex auri potiundi cupiditate *Polydorum* obtruncavit, unde*  
*merito appellatur *sceleris*. vid. Virg. lib. 3. Æn. 15. *Eriphylla**  
**Amphiarai* uxor virum in bellum Thebanum ire detrectantem*  
*prodidit, accepto monili aureo ab Argia Polynicis uxore.* 16  
**Amphiarauis* hiatu terræ in Thebis cū curru absumentus est.* 17  
*Licet certa dicam non mihi fides habetur, sicuti olim *Cassan-**  
**dræ* vera nuntiansi non creditum est: existimata est *Ilia Mœ-**  
**nas*, i. e. Trojana quondam furiis acta contra Trojam: Vati-*  
*cinata est Paridem fore Trojæ fatum & ruinam, & *Equam* il-*  
*labi patriæ funestum.* 17 *Ille furor *Cassandræ* fuissest utilis*  
*patriæ & patri *Cassandræ*, si fides ipsi habita fuissest.* 18 *Ir-*  
*rita lingua:* Cum Apollo *Cassandræ* precibus vaticinandi pe-  
*nitiam concessisset, auctorita qua mercede, voti compos cum pro-*  
*misis non steterit, Deus indignatus prædictus ei neminem ipsius*  
*yaticinij fiduci habiturum,*

ILE.

## ELEGIA XII.

## \* A BACCHO,

Cujus se laudes decantaturum pollicetur , suppetas  
implorat ad sollicitudines amovendas.

**N**unc , o Bacche , tuis humiles advolvimur aris ;  
Da mihi pacato vela secunda , pater :  
Tu potes insanos mentis compescere flatus ;  
Curartaque tuo fit medicina mero .  
Ne quoque enim non esse rudem restatur in afbris .  
1 Lyncibus in celum velta Ariadna tuis .  
Hoc mihi , quod veteres custodit in ossibus ignes ;  
Funera sanabunt , vel tua vina , malum .  
Quod si , Bacche , tuis per fervida tempora denis .  
Arcessitus erit somnus in offa mea :  
Ipse seram vites , pangamque ex ordine colles ;  
Quos carpant nulla me vigilante ferae :  
Dummodo purpureo spment mihi dolia musto ,  
Et nova pressantes inquines uva pedes .  
Quod superest vita , per te , & tua cornua vivam :  
Virtutisque tuae , Bacche , poeta ferar .  
Dicam ego maternos & Nysaos fulmine partus ,  
Indica 3 Nyseis arma fugata choris :

Vera.

\* *Bacchus qui & Liber pater , Bromius , Lenus , Lyaeus & Dionysius dictus est : fuit Jovis ex Semele filius , vini inventator, unde & pro vino ipso saepius sumi consuevit . 1 Lyaei sunt tigres , & pantheræ ferae Baccho dicatae : Hoc loco posseta ipsam etiam Ariadnen in celum fuisse devectam , quamquam tantum ejus coronam scribat Catullus , vide pag . 207 . n . 21 . 2 Bis eductus fuit in lucem *Bacchus* , primum cum mater eius Semele percussa fulmine , quod in *Aethna* Cyclopes fabricantur , abortum ejecit ; secundo cum Jupiter jam esformatum & maturo tempore partus edidit in lucem : quare dicitur bis genitus , & *Bis* mater . 3 *Nysaos* chorus voeat Satyros , Silenos , ac Mænadas Bacchi perpetuos socios : dicitur autem *Nyses* *Bacchus* , quia *Nyse* cuidam educandus traditus est a Jove ,*

**P R O P E R T I I**

Vesunumque uaga nequicquam in uite 4 Lycurgum :  
 5 Pentheos in triplex funera grata greges :  
 Curvaque 6 Tyrrenos delphinum corpora nautas  
 In uada pampinea deslaiisse rare .  
 Et ubi per medium 7 benevolentia flumina Naxon  
 Unde eum potant Naxia turba merum .  
 Candida 8 laxatis onerato colla corymbis ,  
 Ginget Bassaricas Lydia mitra comas .  
 Larus adorato servix manabit olivo ,  
 Et feries undos ueste fluente pedes .  
 Mollia 9 Dirceas pulsabunt tympana Theba ,  
 Capripedes calamo 10 Panes bianco canent .

*Vom*

4 Dicam Lycurgum infantem in vites: qui fuit rex Thracie,  
 qui cum videret Thracas nimio vino deditos, omnes vites exci-  
 di in suo regno iussit, inde fabula Lycurgum infensissimo odio  
 Bacchum prosecutum fuisse. 5 Pentheos genit. grucus. Penthei  
 membra discepta tergeminio grege: Pentheus quod sacra Bassi  
 alpernaretur misere disceptus est a tribus Baccharum gregibus,  
 primum gregem ducebat Agave mater Penthei, duos alios Ino &  
 Antonoe sorores Agaves, quare Propertius dicit mortem Pen-  
 thei fuisse gratam tribus gregibus. 6 Bacchus olim conduce-  
 bat navem pampinis ornatam plenam predatoribus Tyrrenis  
 ex Icaria, infra ad Naxon: Tyrreni cum vellent in Africam  
 Bacchum asportare ut eum venderent, hanc eis rem iratum  
 Bacchi numen serpentes & alia monstra oculis illorum objecit,  
 qui vel timore vel furore perciti in mare præcipites exsiliere, &  
 ea Delphino sunt transformati. 7 Ec dicam fluvios & fontes  
 qui in Naxe insula Aegei una ex Cycladibus vino fluunt & be-  
 ne olent, quos Naues incolae potant. 8 Tuum candidum col-  
 lum oneratum i. e. ornatum pendentibus corymbis: & Lydie  
 insula cinget tuos erines: Lydi seu Masonii populi Lydie in  
 primis usi sunt mitra: Bacchus autem dictus est Bassaren &  
 quodam vestis genere quae dicta est Bassara a Thracibus, quae  
 e pellibus vulpis constabat, id enim lingua Thracia Bassara  
 significat. 9 Dirceas dicuntur Theba in Boetia a fonte Die-  
 se, in quem mutata dicitur fuisse Dirce, Lyci regis Thebarum  
 noster. 10 Panes i. e. Fauni, Satyri, Sileni, Lares, Silvani, quae  
 domus erant comedies & ministri Panis silvarum Dei, qui omnes  
 erant pedibus caprinis.

Vertice 11 turrigero juxta Dæa magna Cybelle 63

Tundet ad Idaeos cymbala rauca chorus :

Ante fores templi crater antistitie auro

Libatum fundens in tua sacra merum .

Hec ego non humili referam memoranda cetharne ,

Qualis 12 Pindapico spiritus ore sonat .

Tu modo servizio uitium me siste superbo ,

Atque hos sollicitum vincere separe caput &

11 Cybelæ uxor Saturni , fringitur caput surrigernæ habore ,  
Cybelæ enim eadem est ac Terra , quæ ab uerbis & oppidis  
coronatur. Idei chori sunt Idæi ministri sacerdotescque Cybelæs ,  
quæ Idæ voxæ est , quod in Idæ monte Phrygia potissimum  
coleretur. 12 Pindarus Graecorum Lyricorum princeps spi-  
ritus magnificentia & carminis inimicabilis excellens cele-  
bratur. vid. Horat. lib. 4. od. 2.

### E L E G I A    XIII.

### MARCELLI MORTEM.

Deflet Propertius , qui filius Octavie sororis Augusti fuit , &  
cum Adilis esset perit in Bajano secessu ætatis anno 29.  
Cui Augustus filiam suam Julianam desponderat , & Romani  
ejusdem obitum vehementer doluerunt ; Octavia mater nul-  
lum flendi finem fecit , atque bibliothecam ad filii memo-  
riam prorogandam construxit . Marcelli quoque homine  
Augustus theatrum ædificavit . Isse est Marcellus de quo  
dixit Virgilius Lib. 6. Æn. Tu Marcellus eris.

**C**lansus ab umbroso qua ludit Pontus i Averne  
Humida Bajarum stagna repentis aquæ ,  
Qua jacet ex Troja rubicen 2 Misenus arena ,  
Et sonat Herculeo strutta labore via .

1 Avernus lacus est Campanie Plutoni dicatus , ab antiquis  
inferorum limen credebatur . Humida Bajarum : Baja urbs  
Campanie ad mare sita , in cuius agro sunt aquæ calide ad vo-  
luptatem & contra morbos : olim aeris temperie & Rom.  
civium frequentia & ædificiorum ornamentiis celeberrima .  
2 Misenus est promontorium , cui nomen dedit Misenus tu-  
bicen

Hic 3 ubi mortales dextra cum quereret urbes,  
 Cymbala Thebano concrepnuere Deo:  
 At nunc invisa magno eam crimine Baja,  
 Quis Deus in vestra constitit hostis aqua?  
 His pressus Stygias vultum demisit in undas,  
 Errat & in vestro spiritus ille latu.  
 Quid genus, aut virius, aut opima profuit illi  
 Mater, & amplexum Cesaris esse & fecer?  
 Aut modo tam pleno fluitantia 6 veta theatro,  
 Et per 7 maternas omnia gesta munus?  
 Occidit, & misero steterat vigesimus annus.  
 Tet bona tam parvo clausit in orbe dies.  
 In nunc, tolle animos, & tecum finge triumphos,  
 8. Et tantaque in plausum tota theatra juvent.  
 Attalicas supera uestes, atque omnia 10 magnis  
 Gemmea sunt ludis: ignibus ista dabitis.  
 Sed tamen buc omnes: buc primus, & ultimus ordo,  
 Est mala, sed cunctis ista rotenda via est.  
 Exoranda canis tria sunt latrantia colla:  
 Scandenda est torui publica cymba senis.

Ille

Necen ~~Ames~~ ibid. sepultus. Vid. Virg. 6. En. v. 234. Hercules  
 riam construxit in Campania quo suos boves traduceret: hanc  
 ornavit Augusti tempore Agrippa. 3 Hic obiit Marcellus  
 ubi, dum Hercules sub potestatem dextera & armis civitates  
 orbis redigeret, crotala eidem Herculi Deo Thebano concre-  
 puere; Hercules enim Thebis Boeotiae natus est. Dicuntur cym-  
 bala juxta Bajas huic Deo concrepuisse, nam in campus Phle-  
 graeis gigantes devicit. 4 His pressus aquis Marcellus &c.  
 5 Fecit, i. e. non profuit Marcellio arcto affinitatis vinculo  
 conjunctum esse cum Augusto, qui ei Julianam desponderat.  
 6 Marcellus Adilis theatum & forum velis in umbrasse, ut  
 salubrius litigantes confisterent, narratur. 7 Extollitur pietas  
 Marcelli, quod omnem aedilitatis suæ curam Octaviae matris  
 commendavit. 8 In Theatro spectatores assurgere solebant  
 honoris causa plausum datur. Cic. ad Att. lib. 2. ep. 19. Stantes  
 Curioni plauserunt. 9 Attalica uestes sunt aulæa pretiosa  
 auro argentoq. intertexta ab Attalo dicta rege Pergami, qui  
 omnes mortales pretiosæ hujus suppellectilis magnificencia su-  
 peravit. 10 Magni ludi sunt qui in honorem Jovis siebant  
 Deorum omnia principis. Ignibus ista dabitis, nam cum mor-  
 quis omnia vel gemmæ in rogam injiciendi mos erat.

Ille licet ferro catus se condas , & areas  
 Mors tamen inclusum protrahit inde caput .  
 11 Nirea non facies , non vis exemis Achilleam ,  
 Cræsum aut 12 Patolli , quas parit humor , agas ,  
 Hic olim ignatos luctus 13 popularvit Achivos ,  
 Atrida magno cum fletis alter amer ;  
 At tibi , 14 naura , pias hominum quæ traxitis umbras ;  
 Huc anima portent corpus inane tua ?  
 Quia Sicula vicit sellaris Cladius , & qui  
 Casar ab humana cessit in astra via .

11 Neq. Nireus quamvis formosissimus qui fuit Rex Naxi , neq.  
 Achilles quamvis fortissimus , neque Croesus licet dicissimus ,  
 qui fuit rex Lydæ mortem effugerunt 12 Patolum fluvium  
 Lydæ aureas arenas traxisse fabulantur . 13 Similis fletus  
 pene exhaustus funeribus Achivos nescientes quando novus  
 amor tam magno pretio constitit Agamemnon : poeta designare  
 videtur cladem Græcorum , cum Atrides i. e. Agamemnon  
 eripuit Achilli Briseidem quæ dicitur alter amor : unde Achil-  
 les indignatus amplius contra Trojanos decertare noluit , tan-  
 dem ei Briseis restituta fuit . 14 Nauta i.e. o Charon , anima  
 tua i.e. umbras tuas portent in eum locum Marcelli inane cor-  
 pus , per quem proavus ejus Cladius Marcellus , qui Siciliam  
 omnem expugnavit , & Jul. Caesar in Deorum numerum relatuus  
 in cælum discesserunt .

## ELEGIA XIV.

## MULIERUM PERVERSIATEM

Longe præstare virorum malicie elegia ostendit ,

**O**bijicitur roties a to mibi 1 nostra libido ;  
 Crede mibi , 2 vobis imperat ista magis .  
 Vos , ubi contemni rapitis frena pudoris ,  
 Nescitis capta mentis habere modum .  
 Flamma per incensas citius se detur aristas ,  
 Fluminaque ad fontis fins redditura caput ;  
 Et placidum 3 Syrtes portum , En bona illora nautis  
 Prebeat hospitio seva 4 Malea suo ;

1 Nostra i. e. virorum , 2 Vobis i. e. foeminis . 3 Syræ sunt duo sinus in Lybico mari navigantibus periculosisimi . 4 Malea promontorium est Laconiaz , adversis ventorum flatibus .

Quam

304. P R O P E R T I I

Quam posse vestros quisquam reprehendere cursus ,

Et rapida stimulos frangere nequitia .

Nam quid s Medea referam , quo tempore masris

Iram natorum cade piuvit amor ?

Quidve 6 Clytemnestra , propter quam tota Mycenis

Infamis stupro fecit Pelopea domus ?

Tuque , o Minos verundata , 7 Scylla , figura-

Tondens purpurea regna paterna coma .

Hanc igitur dorum virgo despenderat hosti ?

Nisi , tuas portas fronde raeluit amor .

At vos , innupta , felicis urite & tadas .

Renderet Grecas tratta 9 puella rara .

Nen tamen immerito 10 Minos sedet arbiter Ori .

Victor erat quamvis , eque in heste fuit .

bus navigationem efficit periculi plenam : unde proverbium :  
enim ad Maleam deflexaris , domesticos oblinisci . s Medea referam supple scelus . Medea regis Colchiorum filia ,  
Jasonis uxor , quam cum Jason repudiasceret , Creusamque super-  
duxisset , furore correpta geminos filios , quos ex Jalone pepe-  
xit , in uitacionem ante patris oculos jugulavit ; & ita matris do-  
lorem placavit Amor filiorum nesc . 6 Quidve Clytemnestra  
scelus reteram ? Hec fuit Mycenarum regis uxor & Agamem-  
nonem virum suum e Troja reversum Aegisto adultero adjuta  
interfecit . Dicitur tota Pelopea familia in Mycenarum urbe  
adulteriis infamis , omnes fere ejus domus & viri , & mulieres  
turpibus flagitiis famosi , unde in proverbium abierunt Pelopi-  
dae Nexus Pelopidarum . 7 Tuque o Scylla vendidisti  
teiplora ob formam Minoris hostis patris tui Nisi : cum spoliasti  
regnum paternum coma purpurea : quam comam spopondisti  
darem &c. Et , o Nise , amor rechabit porreas urbis tuae . Fatum  
totius regni Nisi sicum erat in purpureis ejus capillis . 8 Felicissi-  
mari se tadas , i.e. lectoribus auspiciis nebite : subentibus tada-  
bus præferebant ; vide Catullum pag . 181 . 9 Scylla puella Cre-  
tensis ob nupar dictum crimen projecta fuit in mare e puppi  
pedibus viacta , unde se rebatur non vehebatur . 10 Jure Mi-  
nos est judex inferorum hominis & justus , cum hanc Scyllam  
proditricem a se submovit , & quamvis esset Nisi bessis ac  
victor de capillorum purpureorum tonsura vultus est .

ELE-

## ELEGIA XV.

## CURARUM CESTU

Vexatus Poeta dicit se cælum mutare cogi , Athenasque proficisci , ut loci mutatione curæ minuantur , quæ quandiu Romæ moratur in dies crescere consuevere .

**M**Agnum iter ad doctas proficisci cogor Athenas ,  
Ut me longa gravi solvat amore via .  
Omnia sunt tentata mihi , quacunque fugari  
Posse , at ex omni me premit ipse Deus .  
Nunc agite , o socii , propellite in æquora navem ,  
Remorumque pares dueite sorte vices ,  
Jungiteque extremo felicia linteal malo :  
Jam liquidum nautis qura secundas iter .  
Romane turres , & vos valeatis amici ,  
Pontice tuque mihi tam bene culte vale .  
Ergo ego nunc rudiis 1 Adriaci uehar æquoris hospes ,  
Cogar & undisonos nunc prece adire Deos .  
Deinde per 2 Ionium vetus cum fessa Lechæo  
Sedaret placida vela phaselus aqua :  
Quod superest sufferte pedes , properate laborem ,  
3 Isthmos qua terris areet utrinque mare .  
Inde ubi 4 Pirai capient me littora portus ,  
Scandam ego 5 Thesea brachia longa via .

Illic

1 Indignatur Propertius quippe qui contra quod statuerat ,  
navigare cogatur , dixerat enim alibi : At tu sœve Aquilo num-  
quam mea vela videbis . Adriacum mare vulgo Golfo di Ve-  
nezia . 2 Jonium ab Adriatico incipit & inter Siciliam , Gra-  
ciam , Macedoniam , Epirum , Achaiam &c. interfusum extendi-  
tur . Lechæum est portus urbis Corinthi , constat enim gerainos  
portus fuisse Corinthi Lechæum & Centhreum : ita ut qui ex  
Italia in Græciam navigant utantur Lechæo , qui ex Asia Cen-  
threo : ideo apud Horat. Corinthus appellatur bimaris lib. i.  
od. 7. 3 Isthmus significatur Corinthiacus , i.e. angustum illud  
terræ intervallum inter duo maria Ægæum & Jonium , in ejus  
intervalli faucibus sita fuit Corinthus . 4 Piræus portus fuit  
Athenarum 400. navium capax . 5 Thesea via est quæ Piræum

V

portum

*Ilic vel studiis animum emendare 6 Platonis  
 Incipiam, aut hortis docte 7 Epicure tuis:  
 Persequar aut studium linguae, Demosthenis arma,  
 Librorumque tuos docte 8 Menandre sales:  
 Aut certe tabula capient mea lumina picta,  
 Sive ebore exalta, seu magis are 9 manus:  
 Aut spatia annorum, aut longa intervalla profundi  
 Lenibunt tacito vulnera nostra sinu.  
 Seu moriar fato, non turpi fratreus amore,  
 Atque erit illa mihi mortis honesta dies.*

portum Athenis stadiorum 40. spatio jungebat. Hanc viam *Theseus latronibus purgavit*, unde dicta est *Thesea*. 6 *Plato Academicæ sectæ princeps*. 7 *Epicurus primus hortos Athenis instituit*, ubi docuit: antea enim moris non erat in oppidis haberis rura. 8 *Menander Atheniensis, Comicus poeta comedias* 30. scripsit: tanto fuit in pretio, ut magnis honoribus & divitiis invitatus fuerit ab *Ægypti regibus*. *Elogium ejus profert Quintil.lib. 10. cap. 1. Instit. Orat.* 9 *manus i.e. artificum ex ebore vel are*.

## E L E G I A      X V I .

### \* T U L L U M A M I C U M

Diutissime peregrinantem Propertius revocat in urbem Romanam, qua nihil pulcrius & mirabilius toto orbe terrarum esse demonstrat. Hæc elegia ceteris difficilior ob bene multas fabellas, quibus unusquisque verius adornatur.

**F**rigida tam multos placuit eibi 1 *Cyzicus annos,*  
*Tulle, 2 Propontiacu qua fuit Isthmus aqua,*

Dix.

\* Quis fuerit ille *Tullus* incertum est, nisi forsitan fuerit frater L. Volcatii *Tulli*, qui collega fuit Augusti in secundo consulatu. 1 *Cyzicus urbs frigida* i.e. inacqua, urbs Asiae minoris, moenibus, arce, turribus marmoreis & armis inclyta. 2 *Isthmus alluitur Propontiacis aquis*, *Cyzicus* enim intra *Propontidem* sita angusto terre spacio in mare porrecto adhaerbat continenti. *Propontis* autem est totum illud mare quod ab *Helleponci angustiis* ad *Thracium* usque *Bosporum* pretenditur.

- 3 Dindyma ubi Argive sunt templa sacra Cybelle,  
 4 Raptorisque tulit qua via Ditis equos.  
 Si te forte juvant 5 Helles Athamantidos urbes,  
 Et desiderio, Tulle, 6 movere meo:  
 Tu licet aspicias cælum omne 7 Atlanta gerentem,  
 Sectaque Persea 8 Phorcidos ora manu,  
 9 Geryone fabula, & luctantum in pulvere signa  
 10 Herculis, Antæique 11 Hesperidumque choros:  
 Tuque tuo 12 Colchon propellas remige Phasis,  
 13 Peliaque trabis rotum iter ipse legas,

V 3

Qua

3 Dyndima, orum, mons est urbi Cyzico imminens: in hoc monte templum fuit Deæ Cybeles ab Argivis ædificatum, unde Cybele appellata Argiva: hic versus Propertii vario modo legitur a variis. 4 Propertius asserit Ditem seu Plutonem per hanc viam, idest circa Propontida rapuisse curru Proserpinam: licet alii fere omnes eam in Sicilia raptam fuisse referant. 5 Helles Athamantidos urbes, i.e. urbes Helleponæ. Helleponus autem hodie est lo stretto di Gallipoli: ita dictus ab Helle Athamantis Regis Thebarum filia, quæ novercamus fugiens Pontumque trajiciens in mare decidit. 6 meique desiderio teneris. 7 Atlas Japeti & Clymenes filius, Rex Mauritaniæ magnus Astronomus sphæramque primus adinvenisse dicitur, unde cælum humeris sustinere fingitur. 8 Phorcis est Medusa seu Gorgonis, cuius caput amputatum est a Perseo. Gorgones fuerunt tres filiæ Phorci, a quo Phorcides dictæ sunt. 9 Geryon rex fuit Hispaniæ, quem tricorporem seu tricipitem fuisse fabulati sunt: hunc Hercules interfecit, & ejus boves immumeros abegit in Græciam. 10 Si statuas aspicias Herculis & Antæi pugnantium, & vestigia in pulvere impresæ, &c. Antæus Terræ filius hospites ut secum decertarent congregabat, quos in lucta deinde enecabat: Plinius lib. 3. cap. 8. a Polycleto factum refert Herculem Anæcum a terra sublimem opprimentem. 11 Hesperides fuerunt tres sorores, hortosque habebant nemore aurifero pretiosos, quos pervigil servabat draco, hunc Hercules interfecit pomaque abstulit. Poeta dicit quod in his hortis Hesperides choreas agerent. 12 Atque Tu Colchicum Phasis impellas tuo remige: Phasis est fluvius maximus Colchicæ regionis ex Armenia in Euxinum illabens. 13 Peliaque trabs est navis Argo, quæ Argonautas a Thessalia ad Colchidem duxit ad yellus aureum.

*Qua ruditis 14 Argoa natat inter saxa columba*

*In faciem proræ pinus adacta novæ :*

*Et qua Gygæi visenda est ora 15 Caystri ,*

*Et qua 16 septenas temperat unda vias :*

*Omnia Romanae cedent miracula terra .*

*Natura hic posuit quidquid ubique fuit .*

*Armis apta magis tellus , quam 17 commoda noxae ;*

*Famam , Roma , tuæ non pudent historiæ .*

*Nam quantum ferro , tantum pietate potentes*

*Stamus : viñtrices temperat illa manus .*

*Hic 18 Anio Tiburne fluis , Clitumnus ab Umbro*

*Tramite , & eternum Martius humor opus .*

*19 Albanusque lacus socii Nemorensis ab unda ,*

*Potaque 20 Pollucis nympha salubris equo .*

At

*14 Argoa columba.* Argonautas monuerat Phineus ut columbam quam eis viæ ducem dederat ad Symplegadas insulas emitterent: quam ab Argo vocat *Argoam*: intentia poetæ est: Eas, qua parte ruditis pinus adacta (i. e. extorta) in faciem i.e. in formam navis recentis fertur per cautes duce *Argoa columba*: Hæc *saxa* sunt Symplegades insulæ quæ procul videlicibus apparet cautes & scopuli. *15 Cayster* flu. Lydiæ, qui dicitur *Gygeus* a *Gyge* Lydorum quondam rege, & in Joannum illabitur. Commendatur amoenitas regionis & urbium, quare dicitur *visenda*. *16* i. e. fluvius unus qui in *septem* vias seu alveos divisus cursum moderatur: fortasse Nilum intelligit, vel Gangem qui *septem* ostiis in mare orientale influit. *17* Roma idonea bello, quam inferendæ injuriæ: *tuam historiam fama* non erubescit. *18* De *Aniene Tiburtino* sive *Tiburno*, quia Tibur alluat & in Tiberim illabatur, dictum est sive, vulgo *Teverone*. *Clitumnus* est Umbriæ fluvius, cuius aqua pota boves facit candidos. *Trames* hic est pro silva. De *aqua Martia* dictum est elegiis superioribus. *19* Juxta Albam est nemus, & *lacus Albanus* Liv. lib. 5. cuius aqua quondam intumescens Vejorum expugnationem praesagiit. *Nemorensis lacus* dicitur socius *Albani*, quia ab iisdem fontibus oritur. *20* Hæc *aqua* est fons *Juturna*, quem bibit *Cyllarus Pollucis equus*; erat autem ægris *salubris*: duplex erat *Juturnæ* fons, alter in agro *Latino* in *Numicum* influens, alter in *Velabro*.

*At non squamoso labuntur ventre 21 ceraſtae,*

*22 Itala portentis nec furit una novis.*

*Non hic 23 Andromeda resonant pro matre catene,*

*Nec tremis Ausonias, Phœbe fugate, 24 dapes.*

*Nec cuiquam absentes arserunt 25 in caput ignes,*

*Exitium nato matre parante suo.*

*Penthea non sœvæ venantur in arbore 26 Bacche,*

*Nec solvit Danaas subdita 27 cerva rates.*

*Cornua nec valuit curvare 28 in pellice Juno,*

*Aut faciem turpi dedecorare bove:*

V. 3

Arbo.

*21 Huc usque laudavit Romanam regionem a propriis com-  
modis; nunc eandem laudat ab incommodis quæ non habet.*

*22 In mari Italo non visuntur immanes belluæ, quibus expo-  
ſitæ olim fuerant Hæſione & Andromede. 23 Andromede*

*Cæphei regis Æthiopum filia, ob matris superbiam, quæ Ne-  
reidas omnes pulcritudine fuperare gloriabatur, ab Nymphis  
ſaxo alligata & monſtriſ marinis exposita, a Perſeo liberata est  
eique nupta. 24 Sol fingitur ad Aurora rediſſe, ne cerneret  
coenam Thyesteam, in qua filium ſuum ipſi Thyesti comedendū  
appoluſt. Uti etiam Progneſ conjuſ proprium filium Ityn  
Tereo. Non times Ausonias dapes i.e. in Ausonia ſeu Italia.*

*25 De fato Meleagri fabellam attingit: Nato Meleagro, Pareæ  
ſtipitem flammis impoluerunt dicentes, tandiu Meleagrum vi-  
ſtum quandiu ſtipes in igne duraret. Althæa mater arreptum  
ſtipitem aſſervavit diligentissime. Althæa vero cum accepisset  
fratres ſuos a Meleagro imperfectos doloris impatiens ſtipitem  
illum in ignem injectit, quo exuſto Meleager etiam abſens exu-  
ſis intestinis consumtus eſt, itaq. mater nato ſuo paravit ex-  
iā.*

*26 De Bacchis & Pentheo vide pag. 299. & 300. 27 At-  
tingit fabulam Iphigeniæ filiæ Agamemnonis: quæ cum immo-  
landa eſſet ad placandoſ ventos, qui Græcam classem in Auli-  
dis portu detinebant, cervam loco Iphigeniæ ſacrificio ſuppo-  
ſuere: quo facto ventus afflavit ſecundus. 28 Io filia Inachi  
regis Argivoium Jovi nupta quare in vaccam conuerſa eſt Jovis  
nonis odio, quæ adeo fuit agitata ut nunquam poſſet conſiſte-  
re, donec formam priorem recipere, qua recepta in Ægypto,  
Iſis dicta conſecuta eſt diuinos honores: Romæ templum ha-  
buit in Campo Martio.*

*Arboresque cruces 29 Scinis, & 30 non hospita Grajis  
 Saxa, & 31 curvatas in sua fata trabes.  
 Hec tibi, Tulle, parens: hac est pulcherrima sedes,  
 Hic tibi pro digna gente petendus 32 honos.  
 Hic tibi 33 ad eloquium cives, hic ampla nepotum  
 Spes & venturae conjugis aptus amor.*

29 *Scinus latro fuit famosissimus, qui Corinthiacum Isthmum infestabat, duasque arbores flectebat, quibus simul flexis homines alligabat, utraque arbore deinde in sublime obnidente, eorum membra discerpebantur. Crux hic posuit poeta pro quo-vis instrumento quod erat.* 30 *Saxa Scyronia a latrone Scyrone Megarense sic dicta, qui viatores ab his saxis in mare præcipitabat.* 31 *His ultimis verbis denotat poeta Theseum eadem omnino poena affecisse Scinum latronem, qua & ipse alios afficerat. Haec omnia flagitia quæ fuerunt apud Graecos, scilicet Meleager interfactus a matre: ab Agave filius Pentheus discerptus in frusta: Iphigenia virgo maectata &c. feminæ in vaccas mutatae, Latrones grassantes &c. arbores flexæ in sufficiens perniciem, Romæ non exstant nec in Italia audiuntur.* 32 *Hic tibi capessendi sunt magistratus, prout dignitas gentis tuæ postulat.* 33 *præsto sunt cives ad audiendam eloquentiam tuam, vel quos facundia tua adjuvare possis.*

## E L E G I A      X V I I .

**A M I S S O S P U G I L L A R E S,**  
*In quibus res non exigui momenti scribere consueverat,  
 conqueritur, eique qui repertos sibi retulerit  
 præmia pollicetur.*

**E**rgo tam docta nobis perierte tabella,  
*Scripta quibus pariter tot perierte bona.*  
*Has quondam nostris manibus describerat usus,*  
 1 *Qui non signaras iussit habere fidem.*  
*Non illas fixum caras effecerat aurum.*  
*Vulgari buxo sordida cera fuit.*

Qua-

1 *Etsi illæ tabellæ non essent sigillo mutatae, usus fecit, ut fides eis haberetur, detritæ enim erant & manibus meis veluti consumtae.*

*Qualescumque mihi semper mansere fideles ,  
Semper & effectus promeruisse bonos .  
Me miserum his aliquis & rationem scribit avari ,  
Et ponit duras inter ephemeras .  
Quas si quis mihi restulerit , donabitur auro .  
Quis pro divitiis & ligna retenta velit ?  
I puer , & cito hac aliqua propone & columnam :  
Et dominum & Exquiliis scribe habere tuum .*

*2 In his tabulis quispiam expensa avari nunc describit ,  
Ephemeras hæc sunt diaria rationum seu expensarum diurnarum . 3 Ligna i. e. tabellas , quæ ex arboris corticibus componebantur . 4 Ida proponi columnas dicebantur , quæ omnium oculis ut conspicerentur exponebantur . Romæ erant plures hujusmodi columnæ , Columna Aarea in foro Romano , Laetaria in foro Oitorio , Mevia in Circu &c. 5 Exquilia mons est Urbis Romæ qui & Exquilius ; est nunc in ejus vertice Basilica S. Marie Majoris . Propertius in eo colle habebat utpote aeris salubrioris : Horat. sat. 8. lib. 1. Nunc licet Exquiliis habitare salubribus .*



## SEXTI AURELII PROPERTII

EX LIBRO IV.

ELEGIA I.

## OMISSIS LUDICRIS

Rebus ad res graves ac serias stilum convertit poeta: blandeque  
quasi peregrinum quendam compellans, altiusq. repetens Ur-  
bis Romæ primordia, vitam priscorum Romanorum rudem  
moreisque ac ritus rusticanos describit. Deinde Vatem  
quendam seu Astrologum inducit, a quo se fingit  
res futuras edoctum fuisse & a scribendo  
carmine heroico deterritum, quippe  
qui non sit ad hoc idoneus .

**H**oc quodcumque vides , hospes , quam maxima Roma est ,  
Ante Phrygem Aeneam collis & herba fuit .

y

An

Atque ubi navalii stans sacra i Palatia Phœbo,  
2 Evander profuga procubueret boves.

Filiibus crevere 3 Deis hac aurea templa.

Non fuit opprobrio facta sine arte casa.

Tarpeiusque pater 4 nuda de rupe ronabat,  
Et Tiberis nostris advena bubus erat.

Quo 5 gradibus domus ista Remi se sustulit, olim  
Unus erat fratrum maxima regna foens.

Curia, praetexto que nunc nitet alia senatu,  
Pellitos habuit rustica corda patres.

Buccina cogebat priscos ad verba Quirites.

6 Centum illi in prato saepe senatus erat.

Nec sinuosa cava pendebant 7 vela theatro.

8 Pulpita solennes non oluere crocos.

Nulli cura fuit externos quærere divos,

Cum tremeret patrio 9 pendula turba sacro.

Annuaque accenso celebrare 10 Palilia fæno,

Qualia nunc curso lustra novantur equo.

### Vesta

1 Templum Apollinis in **Palatino** monte erectum ab Augusto post victoriam Actiacam, seu post devictum Antonium significat: ideo dicitur *navali Phœbo*, *navalis* enim fuit Victoria. 2 *Evander* fuit ex **Arcadia**; cum casu patrem occidisset avito regno pulsus in Italiam venit, pulsisque **Aboriginibus** populis ea loca tenuit, ubi postea Roma condita est. 3 Ex *filiis libus* simulacris templo aurea in hanc majestatem excrevere. 4 *Jupiter* a **Tarpeio** monte nudo i. e. sine templo & ædificiis ronabat, & *Tiberis* fluvius peregrinus erat *nostris bobus*. 5 *gradibus* i. e. paullatim *domus Remi*, idest Roma se sustulit. 6 *Centum* Senatores creavit Romulus, quos *Patres* vocavit, quorum posteri *Patricii* dicti sunt. 7 De velis in theatro vide pag. 302. 8 *Pulpitum* locus est ubi lector positus ab omnibus conspiciri & audiri possit: *Pulpita* tunc temporis non oleabant crocos, qui deinde spargi solebant in ludis *solemnibus*. 9 *Pendula turbæ*: i.e. plebs attenta in propriis sacris contemiseret. 10 *Annua Palilia*, celebrabantur congerendo fæno: & stipulas ignemque magnum accensum transfiliebant, credentes ita se expiri: dicta sunt a Pale dea Pastorum, dies festorum hujusmodi erat xi. Kal. Maii, natalis Urbis Romæ. Adde quod *Palilia* sacrificia lastrabantur sanguine *equino*: uti in sacri-

*Vesta coronatis pauper gaudebat 11 asellis* &

*Ducebant macra vilia sacra boves*.

*Parva saginati lustrabant 12 compita porci* &

*Pastor & ad calamos extra litabat ovis*.

*Verbera 13 pellitus setosa movebat arator*,

*Unde Licens Fabius sacra 14 Lupercus habet*,

*Nec rūdis infestis miles radiabat in armis*,

*Miscebant usta pralia nuda sude*.

*Prima galeritus posuit prætoria 15 Lucmo*.

*Magnaque pars 16 Tatio rerum erat inter eves*,

*Hinc Taties, Ramnesque viri, Luceresque coloni*,

*17 Quattuor hinc albos Romulus egit equos*.

Quippe

sacrificiis *lustris* quinquennalibus sufficien<sup>t</sup> erat cum sanguine  
caudæ equina quæ decurtabatur, unde *Lustra curto equo novari* ait Propert. *Lustrum opus erat censorum*, qui completo  
quovis quinquennio populum lustrabant. 11 *Vesta* tunc inops  
gaudebat *asellis* panibus *coronatis*, & curru ad templo *ducebant* *sacra*. 12 *Festa Compitalia* erant Laribus eorumque  
matri *Maniæ* sacra, quibus *porci*, sicuti & *Cereri* & *Telluri*  
*immolabantur*. 13 Olim agricolæ in suis festis sollemnibus induci *pellibus* scuticas & lora e *pellibus* caprinis compacta agi-  
tabant, & obvios quoque *verberabant*. 14 *Lupercalia* festa  
quotannis celebrabantur diis agrestibus, ut *lupos* arcerent: sa-  
cerdotes sacrorum dicebantur *Luperci*, qui per maximam licen-  
tiam obviis *infigentes* flagella discurrebant; unde *Licens Lupercus*: qui quidem dicitur etiam *Fabius*, nam Romulus *Fabiūm* quendam sacris præposuit. 15 *Lucmo* sive *Lucrum* fuit  
unus e Tuscorum regibus, qui contra Romanos pugnavit; a  
quo *Luceres* dicti sunt: ubi primum constitutus est populus  
Romanus, statim divisus est in *Rhamnenses* a *Remulo*, in *Tatienses* a *Tatio*, & *Luceres* a *Lucumone*. Dicitur *Lucmo gal-*  
*ritus* a quodam pilei genere quo utebantur veteres Romani.  
Fixit *prima prætoria*: nam ipse *Lucmo* tabernaculum quodam  
dam constituit, in quo esset dux seu imperator in castris: appellavit  
*prætorium*, quia dux, cui parebat exercitus, *Prætor ap-*  
*pellabatur*. 16 *Tatius* rex fuit Sabinorum, cum quo Romu-  
lus imperium sociavit. 17 A parvis initiosis ita rem suam au-  
xit Romulus, ut *quadrigis* albis invectus sit in urbem trium-  
phum agens de *Catinensis* bus, de *Fidenæ* bus, de *Camerinis*, &  
non semel de *Vejentibus*.

*Quippe suburbana parva minus urbe 18 Bovilla ,  
 Et qui nunc nulli , maxima turba Gabii :  
 Et stetit 19 Alba potens alba suis omnia nata ,  
 Hac , ubi Fidenas longe erat ire , via .  
 Nil patrium nisi nomen habet Romanus alumnus ,  
 Sanguinis altricem nunc pudet esse lupam ,  
 Huc melius profugus missi Troja penates ;  
 O quali vexta est 20 Dardana puppis ave !  
 Jam bene spondebant tunc omnia , quod nihil illam  
 Laeserat abjegni venter apertus equi ,  
 Cum pater in nati tremulus cervice pepondit ,  
 Et verita est humeros arere flamma pids .  
 Tunc 21 animi venere Decii , Brutique secures ,  
 Vexit & ipsa sui 22 Casaris arma Venas ,  
 Arma resurgentis 23 portans vittricia Troja ,  
 Felix terra tuos cepit , Intra , Deos :  
 Si modo 24 Avernalit tremula cornu Sibyllae  
 Dixit Aventino rura pianda Remo :  
 Aut si 25 Pergamoe sero rasa carmina vatis  
 Longeum ad Priami vera fuere caput .*

Ver-

*18 Roma erat minor urbe **Bovilla** oppido Latii non procul  
 ab urbe Romæ, unde dicitur **suburbana**. Et **Gabii** tum tempore  
 habebantur in pretio, quibus minus erat Roma oppidulum :  
 medii erant inter Romam & Praeneste. 19 **Albam** condidit  
**Ascanius**, ita vocatam ab omni *suis alba*, quæ triginta porcæ  
 los edidit: conditam eo itinere quo itur ad **Fidenas**, urbem ab  
 Roma distantem stadiis 30. 20 Quam fausto auspicio **Troja**  
 na navis in Italiam **Aeneam** duxit. 21 Tunc in Italiam ve-  
 here animosi **Decii**. De **Deo** vide pag. 293. n. 19. **Bratus** he-  
 ros ille Romanus qui Reges Roma ejecerat, & liberos suos re-  
 vocandis in urbem Regibus studentes securi percuti iussit .  
 22 Vel quia **Venus** tutela fuit illius navis quæ **Aeneam** detulit  
 in Italiam: vel quia duce **Venere** **Aeneas** Juliusque, ( unde Ju-  
 lii gens ) in Italiam delati sunt. 23 **Julius** **Aeneas** filius por-  
 tans penates Deos, **Albam**, quam ipse condidit, transtulit. 24  
 Et **Sibylla** Cumana annosa prope **Avernus** lacum degens ve-  
 ta dixit in *cornu* i.e. ex tripode: scilicet **rura** & agros ex-  
 plandos esse sanguine **Remi Aventini**. **Remus** dicitur **Aven-**  
**tinus** vel quia in monte **Aventino** captavit auguria, vel quia  
 ibi sepultus, in loco qui etiam dicitur **Remuria**. 25 **Vates***

Per-

- 25 *Vortex equum Danai, male vincitis: Nia tollas  
Vincet, & huic cineri Juppiter arma dabit.  
Oprima nutritus nostris Lupa 27 Martia rebus;  
Qualia creverunt maria lache tuo!  
Moenia namque pio conor disponere versu,  
Hei mibi quod nostro est parvus in ore sonus;  
Sed tamen exiguo quadeunquaque e pettore rivi  
Fluxerit, hoc patria serviat omne mea.  
Ennius 28 hirsuta cingat sua dicta corona;  
Mi folia ex hedera porrige, Bacche, tua.  
Ut nostris tumesfacta superbiat 29 Umbria libris,  
Umbria Romani patria Callimachi.  
Scandentes si quis cernet de vallibus arces,  
Ingenio muros astinet illo meo.  
Roma fave, tibi surgit opus: date candida cives  
Omina, & incapsis dextera canet avis.  
Sacra diesque canam, & cognomina prisca locorum;  
Has meus ad metas sudet oportet equus.  
Quo ruis imprudens vase dicere facta, Properti?  
30 Non sunt a dextra condita stilo colo.  
31 An cessis lacrimis cantus: aversus Apollo:  
Poscis ab invita verba pigenda lyra.  
32 Certa feram certis auctoribus, haud ego vates  
Nescius arata signa movere pila.*

333

Pergamea est Cassandra que fuit a Pergamo, i.e. Troja; vera quidem ejus vaticinia sed sero, unde Virgil. Nunquam credidit Teucris. 26 Verba sunt Cassandras ad Graecos: Retrahite equum lignum: Trojani cineres in Italia maius imperium excitabunt, cui etiam Graecia olim subjicietur. 27 Poeta Iunnam altoquitur Romuli & Remi nutritam, que dicitur Martia, quia Marti lapi dicebantur sacri. 28 Hirsuta corona est ex lauro epico poetae conventionis; elegiaco poetæ ex hedera. 29 De Umbria patria Propertii, que nunc dicitur Ducasus Spoletanus vide pag. 260. 30 Opus quod a te texitur non est a colu felici & fausta deductum, superat enim tuas vires. 31 Tu qui fles amores tuos, ad lacrimas vis adjungere cantus & res lastas, sacra scilicet & dies festos. 32 Inducitur Astrologus, a quo poeta fingit de rebus futuris se edoctum: qui inquis se scire movere sphæram encam instar pila rotundam, quam Archimedes invenit.

*Me creas 33 Archytae soboles Babylonius Horos ,*

*Horos, 34 & a proavo ducta Conone domus .*

*Dii mihi sunt restes , non degenerasse propinquis ,*  
*Inque meis libris 35 nil prius esse fide .*

*Nunc 36 premium fecere Deos , & fallitur auro*  
*Juppiter . Obligia , 37 signa iterata rota ,*  
*Felicitque Jovis stella , Martisque rapacis ,*

*Et gravis Saturni fidus in omne caput :*

*Quid moveant Pisces , animosaque signa Leonis ,*  
*Lotus & Hesperia quid Capricornus aqua ,*

*Dicam , 38 Troja cades , & Troica Roma resurges ?*  
*Et 39 maris & terrae longa sepulera canam ,*

*Dixi ego 40 cum geminos produceret Arria natos ,*  
*( Illa dabat natis arma vetante Deo )*

*Non posse ad patrios sua pila referre penates :*

*Nempe meam firmant nunc duo busta fidem ;*

*Scripype 41 Lupercus , equi dum saucia protegit ora ,*  
*Heu sibi prolapso non bene cavit equo !*

Gal-

33 Me procreavit *Horos Babylonius Archytæ filius: Archytæ* fuit philosophus eximius Pythagoricus patria Tarentinus. *Horos* vel *Horus* dicitur *Babylonius* non a patria, sed a professione; *Babylonii* enim & Chaldae peritissimi astrologi semper habiti. 34 Et mea gens a *Conone proavo* orta est: *Conon* insignis fuit mathematicus ex insula Samo oriundus. 35 In meis libris nil potius & antiquius est *fide & veritate*. 36 Deorum religionem ( inquit Astrologus ) quidam verterunt in lucrum & quæstum: & *Jupiter* ipse propter aurum lucrandum dicitur falli ab Astrologis dum assignant stellam *Jovis* faustam in genitura. 37 Profitetur Astrologus se dicturum siderum cælestium naturam quam habet perspectissimam: scilicet cur *Zodiaci* tramitem sol oblique percurreat, cur *stella Jovis* sit benigna, *Martis* malefica, *Saturni* pernicioса; quid *Pisces*, quid *Leo*, quid *Capricornus* in genitura portendant. 38 Orationem proficitur genethliacus probatque ab exemplis se peritissimum esse vatem. 39 *Sepulcra* posuit pro funeribus , non liquet quæ funera prædicit, nisi de *terra & maris* & totius mundi interitu loquatur. 40 *Arria* cuidam mulieri, cum misisset duos filios ad bellum, prædictum Astronomus non relatueros sua arma ad patriam domum. 41 *Lupercus & Gallus* sunt duo liberi *Arriae* mulieris, primus equi lapsu extinctus, alter dum aquilam suam tueretur interemptus.

Gallus at in castris dum credita signa tuerit,  
 Concidit ante aquile rostra cruenta sua.  
 Fatales pueri duo funera marris avaræ:  
 Vera sed 42 invito contigit ista fides.  
 Idem ego cum 43 Cynaræ traheret Lucina dolores;  
 Et facerent uteri pondera lenta morans;  
 Junoni votum facite impetrabile, dixi:  
 Illa parit, libris est data palma meis.  
 Hoc neque arenosum 44 Libyci Jovis explicat antrum;  
 Aut sibi commissos 45 fibra locuta Deos:  
 Aut si quis metas 46 cornicis senserit alas,  
 47 Umbra neque hec magicis mortua prodit aquis,  
 Aspicienda via est cœli, 48 versusque per aera  
 Trames: & a zonis quinque petenda fides.  
 Exemplum grave erit 49 Calchas, namque Aulide soluit  
 Ille bene herentes ad pia saxa rates.  
 Idem 50 Agamennonæ ferrum service puella  
 Tinxit, & Atrides vela cruenta dedit.

Nec

42 Certa mei vaticinii veritas evenit mihi sed renuenti & in-  
 vitro. 43 Astrologus Cynaræ puellæ parturienti sine mortis  
 periculo parituram prædictit, si Junoni seu Lucinae parientium  
 præsidi votum exorabile faceret; quod cum evenisset, libris astro-  
 logicalis habita est maxima fides. 44 Jovis Hammonis celebre-  
 rimum oraculum intelligit in extrema Libya situm. 45 Per  
 aruspicinam ex fibris jecinoris ab aruspice exploratis futura  
 cognolcebantur, & voluntas deorum aperiebatur. Tibi. Signi-  
 ficat placitos conscientia fibra Deos. 46 Ostendit cornicem non  
 cantu tantum, sed etiam volatu facere auspicium, ideoque non  
 modo, oscinem sed & alitem esse. 47 Nec umbra mortui  
 hominis conspersa magicis aquis id indicat. 48 Zodiacum  
 intelligit. De Zonis dictum est saepius. 49 Aruspicinam  
 esse mendacem exemplo Calchantis arioli ostendit: cum Græci  
 ex Aulide portu solvissent, Calchas eos sospites ex Troja ever-  
 fa in patriam redituros prædictit, quod secus accidit, nam omnes  
 Græci ad Euboicos finis i.e. ad Caphareum promontorium, ad  
 quod Nauplii dolo Græca classis delata est, perierunt: vide  
 pag. 284.n.10. melius igitur classis Græcorum hæsisset in Auli-  
 de ad pia saxa, ideo pia, quia prohibebant cædes cladesque  
 Græcorum; scribit Strabo lib.9.regionem illam, ubi Aulis por-  
 tus est, saxosam esse. 50 Calchas Iphigeniam Agamennontis  
 filiam

## 318 P R O P E R T I I

Nec rediere ramen Donai , tu diruta fletum

Supprime , & 51 Euboicos respice , Troja , finis :

52 Nauplius ultores sub noctem porrigit ignes ,

Et natat exuvias Græcia pressa suis .

Vittor 53 Olide rape nunc , & dilige vatem ,

Quam vetat avelli ueste Minerva sua .

Hacenus histria : nunc 54 ad tua devehor astra .

Incipe tu lacrimis aquus adesse novis .

55 Umbria te notis antiqua penatis edit .

Mentior ? an patria tangitur ora tua ?

Quia nebulaea cavo rorat 56 Mevania campo ,

Et 57 lacus effusis intepet Umber aquis ,

38 Scandantisque arcis confurgit vertice murus ,

Murus ab ingenio metior ille suo .

Ossaque legishi non illa etate legenda

Patris , & in 59 tenues cogeris ipse Lares .

Nam

filiam ad placados ventos ac Dianam , dum in Aulide haereret  
clavis Græcorum jussit immolari ; inde Atrides i. e. Agamem-  
non dux Græcorum sanguine filiæ cruentatus in Trojam navi-  
gavit. 51 vide pag. 284. n. 10. 52 vide eandem pag. 284.

53 Astrologus insultat Ajaci Oilei filio , qui , cum deperiret  
Cassandra vatem , & propterea in templo Minervæ quæ eam  
violari veterat vim intulisset , caussa fuit potissima Græcorum  
naufragii. 54 Num ad tuum , Properti , inquit Astrologus ,  
fidus natalitium devenio , adfis meis novis carminibus . 55

Umbria te genuit nobilis antiquis penatis , an mentior ? An  
patriæ tuae fines non attinguntur ? 56 Civitas Umbriæ ad  
viam Flaminiam sita ; dicitur nebulaea ob circumiacentes val-  
les & agros pinguis , qui rore multo madentes exhalant nebu-  
las : hanc Patriam Propertii fuisse contendunt multi : vide  
p. 260. 57 Quisnam sit hic lacus non convenit inter interpre-  
tes : Scaliger ait esse Lacum Vadimonis , nunc Lago di Bas-  
fanello ; alii Lacum Velinum , il lago di Piedelupo . Taddæus  
Domnola de patr. Propert. lacum Umbrum contendit esse Cili-  
sumni fontes Hispello vicinos . 58 Meenia in jugo collis  
scandantis , i. e. eminentis confurgante , carminebus suis clari-  
ora . 59 Postquam patris cineres in urnam rite collegisset  
Propertius adhuc junior , in angustam domum sub macris eu-  
stodia , ubi arte habitus est , compulsus fuit .

Nam tua cum multi versarent rura juventi ,  
 Abstulit excultas & pertica trifitis opes .  
 Mox ubi 60 bulla rudi demissa est aurea collo ,  
 62 Matris & ante Deos libera summa rega :  
 Tum tibi paucia suo de carmine dictas Apollo ,  
 Et vetat insano verba sonare foro .  
 At tu finge elegos fallax opus ( hac tua castra )  
 Scribat ut exemplo cetera turba tuo .

60 Romanī agros perticis seu decempedis mensos veteranis attribuebant; id Propertio accidit: quare ad paupertatem reditus, & paternis possessionibus pulsus vidi agros pertica trifiti descriptos aliis assignari. 61 Bulla aurea in cordis figuram ante pectus pueris ingenuis ornamentum erat. 62 Ante Deos matris, idest coram maternis Laribus: sub matris tutela post patris mortem educatus est Propertius, & virilem togam sumuit.

## E L E G I A II.

## \* V E R T U M N U S

Inducitur hac elégia vires suas multiplices ac variae  
 referens, cauſasque cur *Vertumnus* nunacu-  
 petur, locumque ubi colatur .

**Q**uid mirare meas tot in uno corpore formas ?  
 Accipe *Vertumnus* 1 signa paterna Dei .  
 2 buscus ego, & 2 *Thusci*s orior, nec penitus inter  
 Pralia 3 *Volfini*os deseruisse focos .

Hec

